








RELIQVIAE MANVSCRIPTORVM OMNIS AEVI DIPLOMATVM AC MONVMENTORVM, INEDITORVM ADHVC.


TOMO VI.

HABENTVR

I. *Diplomatarium* BOHEMO-SILESIACVM, *cuius codicilli* Pontificum ; Caesarum ; Regum ; Principum.
II. *Epistolae arcanae inter* GALLIAE R. & C. PALATINVM *Rheni* 1490.
III. *Laurentii de* BYZYN, Cancellarii *Regalis diarium belli* HVSSITICI *ab* 1414. *ad an.* 1437.
IV. *Fasciculus miscellorum in rebus* POLONICIS ; HVNGARICIS ; MOSCOVITICIS *aliisque.*
V. *Diplomatarium* GRISSOVIENSE, *Silesiae coenobii* CISTERCIENSIS *ab* 1240 *ad an.* 1399.
VI. INDEX *voluminum nouissimorum.*

Cum praefatione ac recensione monumentorum singulari

IO. PETRI de LVDEWIG, ICTI, FRIDERICIANAE CANCELLARII.



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE, CIↃ IↃCC XXIV.

PRAEFATIO
AD TOMI VI.
RELIQVIAS
MANVSCRIPTORVM
ATQVE
OMNIS AEVI DIPLOMATVM,
CVM RECENSIONE EIVS
SINGVLARIVM ARGVMENTORVM.



Oluo nomen, quod dedi in nouissimis nundinis *Paschalibus*, celebribus *Lipsiae*. Sisto TOMVM ordine SEXTVM, qui sequitur in *manuscriptorum* reliquiis, rerum iuriumque singularium, in *sacris* & *ciuilibus* causis, adparatu instructissimum. Addito, qui in superiori omissus fuerat, *indice*, ultimis hisce *duobus uoluminibus* ideo communi. Illud igitur ratio instituti exigit nunc, ut illius codicillos & fasciculos recenseamus, indicatis potiorum momentorum speciminibus sigillatim. *Nexus TOMI VI. cum priori.*

I.
DIPLOMATARII BOHEMO-SILESIACI CONTINVATIO.

I. DIPLOMATARII BOHEMO-SILESIACI CONTINVATIO.

§. 2. Principio DIPLOMATARII BOHEMO-SILESIACI pars, quae ex *priori* tomo

a super-

fupererat, redditur exhibeturque. Neque tamen e re eft vifum, numeros huius diplomatarii, in priori abruptos, in hoc *tomo* continuare: fed periodum incipere & dare uoluimus nouam. De praeftantia rerum in eo, fcripfimus in *uoluminis* antecedentis *praefatione* p. 19. & fequentibus. Sequuntur ea, quae in hoc noftro occurrunt, notanda figillatim. In *dipl. 1.* patet *Francofurtum* ad Oderam an. 1319. paruiffe *Lufatiae* marchionibus; *laudem* idem effe, quam confirmationem. In *dipl. 2. Lufatiam* imperio Germanico femper fuiffe clientelarem. *Tributa* quondam non imperata, fed rogata & bona uoluntate conceffa a fubditis dictaque ideo *bethas* fiue rogationes. Idem *dipl. 9. p. 13. Dipl. 3. decibilis*, quod *decet*, remuneratio *recompenfa*, feudum *aperturae*. *Dipl. 4. Burggrauium* Silefiae *principis* etiam fidei *Regis* B. addictum p. 11. *Dipl. 6.* feruitia praeftita foederato *impenfis propriis*. In *dipl. 7.* de *Glogouia* & *Zittauia* oppignoratis. In *dipl. 10.* quod papa exerceat ius, *relaxandi* iuramentum *imperatori*. Quod imperator Carolus IV. pontifici fe obligauerit iuramento, etiam non requifitus. In *dipl. 11. comes* praefertur *Magdeburgico Burggrauio*, unde certum, fuiffe hunc illo dignitate minorem. Bona ecclefiae alienari nefas, fine pontificis confenfu.

Nomina potiora momentaque.

Papae *iuramentum praeftandum ab imperatore.*

Dipl.

Dipl. 12. denarius Sancti Petri in Poloniae & Boemiae regnis. Consensum in contrahendo sufficere; sed magis securam esse scripturam. *Dipl. 13. dispensatio* papae ante facta in *incestu uniuersim*, quam facta fuerat ulla desponsatio. *Dipl. 14. confessionario* Caesaris aucta facultas remittendi peccata. *Dipl. 15.* exemplum, quod, in bellis seruitiisque praestandis, Silesiae ordines *principi* ante teneantur, quam *regi*, quem posthabent illi. In *dipl. 14.* de *mundiburdio, dotalitio. Expressare*, facere mentionem. *Dipl. 15. aduocati* de *Plauen*, clientelares C. de Eberstein, cessi *Boemiae RR. Dipl. 16. Hochberg* comitatus regi Boemiae uenditus. *Dipl. 17. Dresda* R. *Boem.* subiecta cedit Misnensibus. *Dipl. 18. subpincernatus* Boemie R. cessus. *Dipl.* 20. oblatio allodii in *feudum*, seruato successionis promiscuo iure. *Dipl. 21. 23. dominium directum* pretio redemptum & *uasallus* factus pro numis. *Dipl. 22. camerarius* Boemiae uasallus *ligius*. *Dipl. 24.* iura Burggrauiatus *Noribergensis*. *Dipl. 25.* discrimina iuris *Franconici* & *Teutonicalis*; ciuitatis iura, *opifices* & *cereuisiae*. *Dipl. 26.* priuilegia *ordini Teutonico* collata, cognita etiam alias. *Dipl. 27. 28. 29. 30. 32. Breunouiensis* coenobii singularia priuilegia & immunitas. *Dipl. 35. 36.* feudum *iustitiariatus*. *Dipl. 39.* de iure agnoscendi iudicem, nonnisi *baronem*

Denarius Petrinus.

Dresda Silesiae urbs.

nem regni. *Dipl. 40.* iure *emphyteutico* ſiue *burgrecht* uel *kaurecht*. *Dipl. 41.* aduerſus *Viklefum* & *Huſſum*. *Dipl. 42. dos*, *ornatus* muliebris, *parapherna*, *deuolutio*, iura occurrentia. *Dipl. 43* legati a latere priuilegia *peierandi*. *Dipl. 44.* conſecratio campanae & eius *diuina* uis. *Dipl. 45. reliquiarum* matricula. *Dipl. 46.* reſtitutio filii aduerſus patris uim. *Dipl. 47.* *Tettauiorum* codicillus nobilitatis & inſignium & quae reiiqua. Addidimus nos *dipl. 51.* quo imperator IOSEPHVS totius principatus BRIEGENSIS *feuda* conuertit in *allodia*, ab ordinibus remuneratione facta largitori in aeris magna ui. Deſiderarunt olim iureconſulti exemplum, quo fieri poſſet, ut dominus *nuntium* mitteret ſuorum beneficiariorum *clientelae*. Neque enim putarunt, fieri poſſe, ut quis principum ita iura ſua poſſet profundere & ſe ipſum deſtituere nexu, fidelitate, ſeruitiis. Verum noſtra tempora cauſas habent, liberandi ordines prouinciales ab hoc onere clientelari. Nam, *militie* mercenario introducto eoque perpetuo, uix porro opus eſt armis ac *ſeruitiis beneficiariorum* ſiue uaſallorum. Quod ſi eſt, quaeſo, qui fit, quod hodieque *curiae feudales* priſtinis ſchematibus uexant exercentque ordines prouinciales. Vt requirant ſolennem eamque militarem in-

Kayſerliche LEHNS-VERERBUNG *in den Fürſtenthumen* BRIEG, &c *an. 1705.*

inaugurationem; furdis, mutis, claudis, inhabilibus ad militandum, illa negetur; ritu officioque neglecto militiae clientelaris, illi uel negetur feudum uel eo destituatur talium peccator & quae reliqua sunt genera offuciarum. Graue hoc iugum uasallis; neque domino conducibile. Idem plane, quam equus ephippio instructus; sed qui nunquam fert equitem. Aut iumentum, quod iugum gerit; sed recusat uehiculum. Audiunt enim uasalli hodieque *milites*, *equites*, *equestria* bona & dignitas, licet neuter se dederit *militiae* uel sit rei militaris peritus. Taeduit AVGVSTISSIMVM IOSEPHVM horum schematum otiosorum & uere ludicrium. Inde, *uasallis* de militia dimissis, etiam sustulit militaria illis nomina, ritus, leges, uestes & quae reliqua onera militiae. Idem fecit in SCHWEIDNICENSI & IAVRENSI principatibus an. CIↃIↃCCXIV. nostri temporis imperator, CAROLVS VI. *princeps* magnitudine & sapientiae rerum gestarum anteferendus pluribus, posthabendus nulli. Imitatus est horum exempla R. P. sed maiori erga suos *indulgentia*. Quod enim, pretio proposito, prouocarunt uasalli *Silesiae*, illud suis ipse largitus est gratis. Quo ipso certe reliquit posteris specimen singularis gratiae. Qua illi omnino se indignos reddunt, qui eandem nolunt recusantque. Nesciunt illi ho-

In SCHWEIDNIZ & IAVER 1714.

li homines, quid uoueant metuantque. Nam ad equitem & militem alendum nihil conferre uelle in republica: illud est, officiorum suorum prorsus obliuisci. Loquuntur *comitia prouincialia* & eorundem *leges*: quoties armis opus fuerat in republica, toties nobiles incolas, *landsassios*, uel castra sequutos esse uel soluisse stipendia, militiae praesertim *equestri* numeranda (*die Roßdienst-gelder*). Hoc iure utuntur principes cum in *Germania* omnes hodieque, tum in *Europa* uniuersa. Sed quid pars aduersa? Neutrum uult. Illud sufficere putant *dicier militem* aut *equitem*; sed *esse* aut fouere eundem *numis*, sua sorte indignum. Peccant certe plures ignorantia eorum, quae olim contigere & exigunt hodieque rationes clientelares. Tandem illud dolent, *imperari* hoc, quod olim sit *rogatum*. Sed quae hodieque in Germanico imperio prouincia, quae illud demum in comitiis prouincialibus non experitur, *preces principum esse leges*; bonas certe et sic, si reipublicae utiles, id est, ad patriam tutandam, non ad commoda priuata & luxum.

II.
EPISTOLAE GALLIAE R. CAROLI VIII. ET ELECTORIS PALATINI
AB ANNO CIↃ CCCC XCV.

§. 3.

Litterae PALATINI *Electoris ad Galliae regem an. 1685.*

§. 3. Sunt hae EPISTOLAE uere anecdotae, mihique CIↃ IↃCC XV. HEIDELBERGAE obtigerunt in *exemplo curiali msto.* Quod exinde potui intelligere; quoniam concepta uerba saepe correxit & emendauit *cancellarius* sua manu. Principio proditur in illis hoc: ARCHIPALATINVM ELECTOREM, PHILIPPVM, STIPENDIARIVM EGISSE REGIS GALLIAE, SVI VICINI. Stipendio non soluto, ursisse eum hoc, fiducia magna, uerbis grauibus, quandoque & minis. Cum hoc legissem, credidi eo facilius siue *fabulam* siue *historiam*, sermone mihi communicatam ab administro Palatino, uiro grandaeuae senectutis. Scilicet GALLIAE regem LVDOVICVM XIV. eo adduxisse uerbis ac spe CAROLVM LVDOVICVM, *electorem Palatinum*; ut parum abfuerit, quin omnem *Palatinatum* fecerit *Galliae clientelarem.* Nam ei pollicitum fuisse *Galliae* regem, se, *Belgio subacto*, instauraturum AVSTRASIAE REGNVM facturumque, ut PALATINVS ei praeesset REX, Galliae quidem *beneficiarius.*

Narratio arcana de instaurando REGNO AVSTRASIAE REGISque *adpellando* PALATINO.

Verum ab hoc consilio tandem abductum esse animum PALATINI, opera administri unius, quem ultimo eius fecerit participem. Proposuisse hunc sapientissimo principi exemplum infelicissimi parentis, qui adfectauerit purpuram alie-

DISSVASIO *consilii ab administro* PALATINO.

alienam ſitque ideo ad incitas redactus. Graue eſſe, imperio fieri perfidum; Auſtriam offendere, rerum foederumque ualidam; in odia incurrere omnium bonorum, addictorum uel Auſtriacis uel Germanico imperio uel cauſae aequitati. Sed praeterea naufragium metuendum in ipſo etiam portu, ſi quidem, coeca fortuna duce, ille teneatur. Potentem eſſe Galliam: ſed multoties fallacem. De ſola Germania uerum eſſe, quod *regibus* imperetur. Regem, Galliae ſubiectum *clientela*, nomine talem fore, re ipſa portentum immane & principis effrenis ludibrium aut inſtrumentum turpiſſimae ſeruitutis. Conſultum magis eſſe, *honeſta* principis Germaniæ *uoce* uti&gaudere re ipſa *potentatu*. Quam ſine hoc illudi titulorum ac purpurae inanibus *umbris*. Mortuo parente, qui *Galliae regem* poſtea lactauerit ſpe & temporis opportunitate, quod expectandum omnino in magni conſilii proſpero ſucceſſu: eodem modo ac morbo tentatum infectumque unigenam, CAROLVM, ſucceſſorem, ut his illecebris irretiretur. Is uero cum pariter fruſtrauerit Galliae regis in hac cauſa conatus: exacerbatum eſſe illius animum tantopere, ut, mortuo Carolo, in irruptione, ſecuta poſt quinquen-

Tentatio noua Caroli † 1685.

quennium, iuſſerit militem, graſſari in Palatinatu ferro ac igne; exuere omnem rationem ac humanitatem; delere urbes, oppida, pagos; ipſam ſedem Palatinam euertere & redigere in fauillas; neque parcere mortuis ac oſſibus principum; ſed turbare manes & ita ſe exhibere, ut uindiciarum ac immanitatum Galliae regis monumentum ſuperſit ferae poſteritati. Narro tum mihi narrata, fide neque data neque uocata temere in dubium. Verum ſuperſunt etiam in hoc libro alia. In *epiſtola IV.* excuſat ſe GALLIA REX, quod nequicquam adfectauerit nomen IMPERATORIS. Queritur tamen de *perfida Italia* & *Genuenſium* perduellione. *Epiſtola V.* eſt imperatoris ſatis quidem acerba in *pontificem*, quod excluſerit Palatinum a coetu fidelium eumque inauditum & archiprincipem, cujus rationem maiorem habere debeat papa, decreto iudicioque imperatoris. In *epiſtola VI.* GALLIAE regem princeps elector adpellat INVICTISSIMVM; ſed pag. 109. in curia mouetur dubium de hac tituli *nouitate*. Tum quidem. Nam centum annis ante nil noui ac inauditi fuit, etiam *reges*, pro temporum & cauſarum rationibus, uerbo *inuictiſſimi* compellare. Sed nunc hoc uerbum in ſenſu *curiali* pro-

Cauſae immanitatis Gallorum in Palatinatu an. 1689.

R. GALLIAE *adpellatur* INVICTISSIMVS.

prium eſt Caeſaris Romani eiusque ſolius. Alia, quae ſequuntur, induſtriae lectoris commendamus

III.
LAVRENTII BYZYNII DIARIVM BELLI HVSSITICI
AB AN. 1414. AD AN. 1422.

Hiſtoria belli HVSSITICI 1414 *quo auctore fideque ſcripta?*

§. 4. Laudat hunc BYZYNII libellum ſaepius ac iterum BALBINVS in Bohemicis. Verum ſub nomine MAGISTRI LAVRENTII; quod olim rerum maximarum adminiſtro dignum eſſet, gaudere hac laurea. Nos ſecuti ſumus fidem MSCTI. Vbi is dicitur CANCELLARIVS NOVAE VRBIS PRAGENSIS. BYZYNII nomen huic a loco datum, eidem patrio. Inde quandoque audit Laurentius de BYZYN. Quae omnia exponant declarentque Bohemi; quos talium cura tangit propius. In MSCTO ipſo aliquot fuerunt lacunae, quas indicauimus & forte ſupplere poterunt alii ex ſchedis aliis. Ratio ſcribendi, ut fuerant tum tempora, prorſus barbara eſt. Sed fides, ut uidetur, ſincera ac integra. Licet enim HVSSITICA ubique non adprobet, ut dubium ſit, num illis omnino fuerit addictus: quoties tamen ueritas exigit, Rcatholicorum artes, offucias, tyrannidem, improbitatem, ſtudia perfidiamque, tanta calami liber-

libertate describit, ut plura non expectaueris ab iurato Hussi aut sociorum sectatore. Accedit, quod de concilio *Constantiensi*, consiliis & bellis *Hussiticis*, praesertim in Boemia narret nobis singularia plura, ignorata scriptoribus, qui lucem uiderunt adhuc. Quo ipso satis intelligitur, quam sit maximi faciendus noster & qui locum ille meruerit in nostris reliquiis.

IV.
MISCELLORVM SYLLABVS RERVM MOSCOVITICARVM; TVRCICARVM; HVNGARICARVM; POLONICARVM; CVRLANDIAE ET RELIQVARVM.

§. 5. Solemus *singularibus* argumentis plerumque etiam inserere *miscella:* ut illis pariter sit locus, ubi totius libri aequare non possumus mensuram. In his *nouissimum* illud est, quod *num. 1.* exhibet *sententiam* POLONIAE *regis de* CVRLANDIA, *amissa per feloniam*, quae tamen *remissa* est *ducibus* postea an. CIↃ IↃC XVI. in *Poloniae regni* plenissimis comitiis. Fateor, me in hac causa illud inprimis didicisse, etiam *Poloniae* reges & regnum prouocare, in causis litigiosis,

SYLLABVS MISCELLORVM.

Sententia POLONIAE *R. de* CVRLANDIA *clientelari 1616.*

ſis, cum ad ius commune feudale *Longobardicum*, tum ad *Germanicorum Caeſarum* decreta. Quibus tamen hodie negant fidem & obſequium. Illud credidi, cum ſententiam legerem, fieri hoc ex *conſilii* ratione potius; quam *iure* aliqua neceſſitate. Scilicet, in condemnando, ipſi principes titubant maluntque exempla & leges extraneorum requirere, ne iuſto uideantur duriores, quam proprium iudicium ſequi. Quod ipſum quoque firmare ac inſtruere ſolent legibus alienis, ad declinandum odia & ſuſpiciones.

De RAZEBVRGENSIS *epiſcopatus origine an. 1154.*

§. 6. Quae *num. 2. 3. 4. 5.* de RAZEBVRGENSI eccleſia habentur: accepimus ab amico in ducatu Meklenburgico, neque indigna habuimus publica luce. Nam *principio* docent illius epiſcopatus origines an. 1154. *Tum* amicitiam *Henrici Leonis* cum *Friderico I.* in cuius ira uixerat pater. *Porro* epiſcopatum addictum *duci*; non *imperatori*. *Praeterea* ducem pro terris, imperio ita ſubtractis, alia plura dediſſe, hereditate *Welponis* ad ſe deuoluta in *Sueuiae* & *Bauariae* prouinciis. *Venedas* ſeu *Winedas* gentes (*die Wenden*) eousque coluiſſe paganiſmum. *Poſt*. *decimas* nouo epiſcopatui adſignatas per prouinciam uniuerſam. *Demum* excepta de iurisdictione *colli* & *manus* iudicia (*über Halß*

und

und Hand). Vt uerbum *wegimotinza* taceam, quod reddo *uectigalem* censum (*Wegzinß*) aliaque commendanda omnino industriae lectoris. Scio IGLENSEM praepositum ante aliquot lustra *potentissimo* REGI CODICEM MEMBRANACEVM obtulisse rerum episcopatus Lubecensis & huius uiciniae. Postquam eundem plures descripsissent. Gratissimus ille fuerat in curia *regali*, cum ad *Guelphicam* historiam faceret, tum maximopere cultam a *Leibnitio* & summo loco habitam a *M. Britanniae* monarcha. Vt princeps symbolum eo conferre posset, foederis & amicitiae uinculo ei addictissimus. Incidit eius exemplum post in manus LVNIGII, PROMI illius ditissimi & fortunatissimi Germanici regni monumentorum.

§. 7. Ante quinquennium *exul Hungariae* uendidit mihi *duo grandia uolumina* MSCTA rerum, ad HVNGARIAM pertinentium. Excussi igitur etiam hos loculos & aliquot schedas inde huc desumpsi. Aliae enim sequi poterunt deinceps aut doctissimo SCHMEIZELIO dari, qui meditatur nouam rerum *Hungariae collectionem*. Si quidem intellexero, opus illud prelo re ipsa datum. *Num. 6.* prolixum *consilium* habetur administri *Caesarei*, de *continenda cum Au-* *De rebus* HVNGARIAE

stri-

ſtriaco ducatu Hungaria: de *indulgentia* ueniaque Hungaris danda, rerum nouarum ſtudioſis ſubinde et quae alia ſunt. Vnde omnino poſſunt intelligi interiores eius regni receſſus. Legi ſcriptum poteſt ab illis, quorum intereſt eius regni arcana noſſe. *Num.7.* HISTORIA PACIFICATIONIS an. 1604. ſequitur inter ROMANVM & TVRCICVM imperatores, ab anonymo ſcripta. Et licet ratio ſcribendi hiulca & aſpera. Cum uero ſcriptor plura de *Turcarum* inſtitutis, praeſertim in hoc genere negotii habeat, alibi non extantia, cum iſtae pacificationes rarius nobis innoteſcant: non credidi, libellum a noſtris reliquiis fore alienum. Idem dicendum de *num.8.* qui HISTORIAM OBSIDIONIS VARADINENSIS ſiſtit 1589. Scripſit eandem miles, qui non ſolum rei interfuit; ſed etiam egit tum eius ſupremum praefectum. Quo ipſo rerum conſiliorumque principi ſui reddidit rationes. Vnde ſtyli ruſticitas eo facilius condonanda.

I. Hiſtoria PACIFICATIONIS *inter Romanum & Turcicum imperatores 1604.*

II. Hiſtoria OBSIDIONIS VARADINENSIS 1589.

Rerum MOSCOVITICARVM I. PSEVDODEMETRII.

§. 8. *Num.11.* DEMETRII RVSSI hiſtoria narratur. Licet enim plura de eius fortunis, caſibus, fallaciis, euentisque ſcriptores, praeſertim Poloni: erit tamen e re, etiam legiſſe noſtrum, ſcenae huius ſpectatorem actoremque. *Num.12.* illud

illud planum fecimus, quibus plures nostro aeuo irretiti & illaqueati, ut inopes essent consilii, unde illis in re, tenebris & dubitationibus circumsepta, tuto liceret emergere, salua Romani imperatoris maiestate ac *προεδρία* ante principes orbis uniuersi. Habemus aliqua in *miscellorum* illo *opusculo*, quod agit de *iure reges adpellandi*. Verum cum rerum ingens confusio nuperrime orta, postquam, potentissimus princeps, ZARVS Russorum aliorumque plurium populorum, adpellationem CAESARIS sibi sumeret requireretque eandem a regibus aliis quibusque: quid dicendum sentiendumque sit, non ex ingenio scripsi, sed quod obtinet in ipsis rerum argumentis. Vidit hoc ante me nemo. Sed epistola *num. 12.* prolata ostendit, clarum & plurimis exemplis testatissimum esse: ZAROS *Russorum* nunc CAESARES dictos, nunc CAESARVM CAESARES. Verbis iisdem quidem cum *Caesaribus Romanis*: sed alio prorsus significatu. Eo scilicet, ut ultimo soli primae debeantur inter orbis principes uniuersi, gentium quodam concentu, id est, quod ille dixit, uoce ac iure quodam naturae. Vltimum *num. 13.* tangit iura *praecedentiae* inter *Austriae archiducem* & *cardinalem*. Qua occasione re-

II. *De zari adpellatione caesaris caesarum* 1607.

De caerimoniali romano an. 1560. *f.*

recensui librum, qui CEREMONIALE ROMANVM audit, nostris curis & notulis, si quis illud e re sua duxerit bibliopola, rursus edendum reducendumque in uiam. Interest, eundem legisse iurispublici cultorum, ut uideant, quo loco habeantur Caesar, reges, electores, principes Germaniae, alii. Adhuc enim nemo eundem legit post *Marquardum* FREHERVM, cuius locum omnes alii exscripserunt, ipso auctore neglecto ignoratoque. Meum exemplum STEPHANVS BALVZIVS possedit, adauctum aliquibus ad ceremoniarum iura fragmentis. Adderem, si liceret, huic LIBRVM DIVRNVM ROMANORVM PONTIFICVM, editum a IOANNE GARNERIO, Iesuita *Parisiis 1680. in 4t.* Vnde *Stylus curiae Romanae* & illius uetustissimae formulae patent, quibus erga imperatores, reges & principes aliosque etiam in uariis ecclesiae ritibus ac codicillis seculo VII. VIII. & IX. fuerant usi in argumentis causisque diuersissimis. Cuius supplementum dedit MABILLONIVS *tom. I. mus. Italici.* Sed librum Romae editum *captiuum detentum*, questus est saepius *Ioan.* LAVNOIVS *part. I. epist. 4. p. 19. epist. 8. p. 53. part. 3. epist. 3. p. 191. part. 4. epist. 5. p. 317. part. 8. epist. 3. p. 708.* & forte alibi. Cum enim Romanae curiae auctori-

De LIBRO DIVRNO GARNERII.

ctoritas & poteſtas creuerit ex paruis initiis; conſulitur ei pesſime, ſi facies illius ex ultima uetuſtate reuocatur in memoriam. Hinc ille LIBER DIVRNVS, Yuoni CARNOTENSI; GRATIANO aliisque laudatus in *decretis*, diu ſuppreſſus fuit, licet carceres momorderit. Et tamen etiam illud dicendum; fieri poſſe, per chriſtianorum ſacrorum offucias, ut *faſtus* inuoluatur laruae *humilitatis* & animi demiſſi atque abiecti infimo loco. Vnde criſtas mox iterum erigere ſolent clerici, ſub noua ſpecie inanium, zeli adfectati pro honore & cauſa Dei. Cui pallio inuoluere poſſunt tyrannidem in omnes mortales ac immanitatem. Quo artificio deeſſe non poteſt ſcriptori occaſio ad metamorphoſes & conuerſiones rerum, iurium, rituum ac ſchematum ueteris aeui. In qua arte ſe exercet libri diurni commentator.

V.
DIPLOMATARIVM GRISSOVIENSE SILESIAE COENOBII
AB AN. 1240. AD AN. 1399.

§. 9. Propoſueram animo meo, ultimum locum dare rebus aliis. Sed accidit, ut DIPLOMATARIVM, ex SILESIA, muſis noſtris transmitteretur. Inde conſilium, *tomo* huic in *Sileſiacis* finem dare, in quibus ille incepiſſet. Debeo hoc DIPLOMATARIVM GRISSOVIENSE *Diplomatarium Grissoviense ab an. 1240. ad an. 1400.*

uiro, patrii iuris & hiſtoriae peritisſimo celeberrimoque ideo per Sileſiam uniuerſam. Eſt is *Ioannes Gottlib* MILICHIVS, cauſarum *ciuilium* & *feudalium* (*dem* MANNGERICHTE), in SCHWEIDNICENSI & IAVERENSI principatibus, forenſis. Is enim hunc codicem MEMBRANACEVM SECVLI XIV. a parente, *Gottlib* MILICHIO, *conſiliario imperiali* & *ſecretario* in curia *feudali* (*dem Königl. Manngericht*) deſcriptum, inter alias ſchedas plures, cum res patriae uniuerſim, tum praeſertim utrumque principatum illuſtrantes, accepit. Cum enim is olim in *foro* producendus eſſet a coenobitis; deſcripſit eum pater ſua manu eaque cura, ut etiam *barbaram* ueteris aeui retineret ſequereturque *orthographiam*. Quod omnino fieri ſemper deberet a librariis, quo coniici fidentius poſſet de monumenti cuiusque ueritate ac aeuo. Sed difficilius eſt, uerba ſcribere, quam litteras numerare & ſyllabas. Quod fieri ab illo debet, qui ſcripturam non ſuam uult ſequi, ſed alienam. Largitori huius muneris ideo gratiae omnino debentur a litterato orbe, me interprete, publico nomine, ei ſoluendae ac dicendae. *Centum* enim fere *diplomatum* copia adauxit ille noſtras reliqui-

liquias, quorum pleraque momenta habent, attingenda ac recensenda sigillatim.

Historia coenobii GRISSOVIENSIS *ab an. 1240.*

§. 10. Principio coenobii huius, de quo agit DIPLOMATARIVM, danda est historia summatim; quae plenius colligi potest ex ipsis rerum monumentis. Est illi nomen fere *triplex*. Nam principio, cum in sylua illud conderetur, CRESSOBOR (*Cressowbor*) audiit (*). Deinde uerbo ac syllabis contractis: *Cressow*, *Gressouia* & *Grissouia*. Nam apud barbaros & Grammatices ignaros populos omnes fere *uocales* promiscuae. Vt, pro labiorum indole ac modo, inuicem uerterentur praeter rem causamque aliam. Neque litterarum *C* & *G* ulla discrimina. Quapropter idem coenobium *dipl. 1. p. 370.* scribitur diciturque *Crissow* in eodemque *p. 371.* & alibi *Grizow*, iterumque in *dipl. 16. p. 398. Grissow* & *dipl. 18. p. 403. Grissouium* & *Grissouiense*. Quam scripturam, uti cultiorem in idiomate Romano, nos retinuimus. Verum an. CIↃ CC XCIX. nouus collapsi coenobii instaurator etiam hoc uoluit: ut illud,

Illi triplex nomen 1) Cressobor; *2) Cressow s.* Gressouia. *3)* Mariengnad, *gratia D. uirginis 1299.*

(*) Ita enim *an. 1242. Dipl. 70. p. 488. 489.* ANNA, *Silesiae & Poloniae dux*, indulget *Cressouiensibus* sacri ordinis tum *S. Benedicti* collegio, ut *Cressobor* locum syluestrem, ipsis a marito concessum, eradicarent suis *manibus* aut *impensis* recderentque agrum fertilem ita & foecundum. Hinc in *Dipl. 33 pag. 434.* dicitur: in *Grissow*, quae ecclesia alias, *Cressobor* & in *dipl. 36. p 442. monasterium* CRESOWBOR ordinis *S. Benedicti.*

quasi renatum, surgeret sub nouo nomine diceretur que a DIVA VIRGINE, tutelari, cuius honori illud, nouo instituto, dicatum, GRATIA (*) S. MARIAE, (*Mariengnad*). Vti autem a D. *uirgine* nomine, tot collegiis communi, plurima denominata fuerant: sic usu nouum nomen minus est probatum retentumque uetus *Grissouia*, *Grissa* uulgo, quo coenobitae adpellantur utunturque adhuc.

Situs GRISSAE *in* SCHWEIDNICENSI *ducatu.*

§. II. Situm est GRISSOVIAE (*Grissae*) coenobium in ducatu SCHWEIDNIZENSI, aliquot leucis a metropoli *Schweidniz*, in loco, olim syluestri. Post, quod *iure emphyteutico* primis coenobitis esset donatum, *nouelletis* & eradicando ligna & arbores, emendatum uersumque in statum foecundissimum (†).

Origines GRISSOVIAE *piae.*

§. 12. De ORIGINIBVS etiamnunc certiora dabimus illis, quae scripta sunt adhuc. Cum huic loco, ut fertur, ima-

(*) Vti in Magdeburgico coenobio celeberrimum GRATIA DEI coenobium (*Gottes gnad*) audiit habetque festiuum hoc nomen hodieque: ita *Grissouiense* audire noluit *Mariengnadium*. Ex instituto conditoris quidem: sed haec adpellatio exoleuit deinceps non usu.

(†) Debetur hoc etiam *monachis*. Quod *sterilia* loca occupauerint, instar *eremitarum*: culta post manibus & industria eorundem, ad inuidiam usque aliorum. Loquitur hic *dipl. 70. p. 488*. Neque enim adfectarunt coenobitae id, quod cultum esset, ubi largitores paulo difficiliores fuerant: sed quod posset coli. In quo non pepercere deinceps operis impensisque. Vt uel sic aeterna mererentur, colendo terram, unde uiuere possent sacri collegae posteri.

GOD.

go D. VIRGINIS, inſtar portenti hic repertum, dederit famam: hanc hiſtoriolam de *Griſſouienſis Mariae* imagine portentoſa deſcripſit peculiari libello *Dau.* *deſcriptae* *Euſtach.* SARTORIVS, primum 1628. edito, 1) Sartorio, poſt recuſo 1651. *Innocentius* FRITSCHE, 2) Fritſchelio. Griſſouii profeſſus, pariter aliqua ſuppeditat *Auguſtino* SARTORIO, theologo & 3) Sartorio. ſecretario ordinis *Bohemo-Ciſtercienſis*. Quae ipſe in libro, quem adpellare geſtit, CISTERCIVM BIS TERTIVM, quod *ſex ſeculorum* habeat aetatem, *tit. 28. p. 1124.* enarrat. Quem, quod in auctore *Sileſiaco* miror, exſcripſit *Michael Ioſephus* FIBIGER in *Henelii Sileſiographia renouata* 4) Fibigero. *cap. VII. §. 179. p. 679.* Cum tamen huic occaſio non defuerit, habendi narrationes pleniores: ueniam non meretur, quod in celebri hoc loco patrio aliena ſequi maluerit, quam ſcribere propria.

Hiſtoria GRISSOVIENSIS *coenobii S.* BENEDICTI *ab an 1340. quo Opatouicenſi abbatiae fuerat additum*

§. 13. Me auctore, res ita ſe habet. Fuerant coenobii OPTAVICENSIS in Bohemia (*) ſacri collegae, rigidae probitatis ergo, in hoc deſertum delati, inſtar *eremitarum* & *homifugarum*. Accedente uoto HENRICI *Sileſiae*, *Cracouiae & Poloniae* ducis ante annum CIↃCCCXL (**). Sed uti fieri ſolet, egeſtatem duritiemque uitae

(*) Habet hoc claris uerbis *diploma 70. p. 488.* firmatque illud SARTORIVS *in Ciſtercio tit 28. p. 1123.*

(**) Nam & hoc dicit illius uidua, ANNA. Quod maritus illius *Henricus* abbatem de *Opatowitz* (*Opatonico*) huc euocauerit *dipl. 70. p 288.*

uitae promitti facilius, quam promissam expleri: ita etiam, mortuo duce, illius uidua, egestate *homifugi* collegii mota, eidem indulsit, ut uerterent *Grissouiense* solum, colerent fererentque. Ne illorum membris, quae ad uictum & cultum facerent, deessent. Erant hoc tempore coenobitae addicti *ordini* ac *legibus S. Benedicti.* Cuius auctoritate habuerant auctus plures, in iisque an. 1254. 1256. tam agrorum, quam plurimorum iurium aliorum (†).

Venditum GRISSOVIVM *ab abbate* OPATVICENSI *Boleslao duci an. 1289*

§. 14. Dimidium *seculum* fere elapsum fuerat, ex quo abbas OPATOVICENSIS, forte quod GRISSOVIA & parum culta & parum uicina illi esset, eandem, intercessu consensuque *Vratislauiensis*, dioecesani *episcopi*, uendidit BOLESLAO duci Schweidnicensi, pro summa aeris 240. marcarum argenti *ponderis Polonicalis* an. CIↃCCLXXXIX. quo ipso ecclesiasticum hoc praedium rediit ad statum ciuilem (*).

BOLKO *Dux instaurat coenobium* GRISSOVI-

§. 15. Verum an. CIↃCCLXXXIX. BOLCO, in ducatu successor, memor, locum hunc DIVIS olim dicatum, pretii, quo ille ite-

(†) Aperiunt docentque has donationes *Diplomata 35. & 37. pag. 440 441.*

(*) Habes instrumentum uenditionis an. 1289. in *diplomate 71. p 289.* Et cum dux non haberet aes, quo statim soluere posset; obstrinxit se abbati *Opatouicensi*, creditori suo ad OBSTAGIAM, colendum in *Legn z*, cum *tribus* fideiussoribus ex ordine nobilium. Quod omnino singulare: quod etiam *principes* ac *duces*, belli iure instructi, non dubitauerint, *obstagii nexu* se irretire. Sub poena *infamiae*, si de loco discessissent.

rum

rum ab ecclesia fuerat redemtus, immemor, animo sibi proposuit, eundem DIVIS reddere. Vt tamen *largitoris* nomen mereretur magis, quam *instauratoris*; omnia uertit in alium melioremque statum. Nam an. CIↃCCLXXXIX. locum hunc rursus sacrum esse uoluit; sed aliis formulis, schematibus, figuris. *Principio*, collegium, quod olim Benedictinis addictum fuerat, dedit ordini CISTERCIENSIVM (†). Deinde tutelarem nominauit DIVAM VIRGINEM MARIAM (††). Tum non ab *alieno* abbate illud pendere uoluit: sed gaudere proprio (*). Porro & latifundia addidit (**) & priuilegia ac iura, ut iam certare posset cum ditissimis, amplissimis dignissimisque Silesiae uniuersae. Plurium singularium dabimus hic epitomen.

ENSE *illudque dicat* D. MARIAE & *ordini* CISTERCIENSI *1289.*

§. 16. *Principio* illud reperi, quod *foeminae duces* in Silesia, potentissimae, plura contulerint ad coenobii *Grissouiensis* incrementa (†). Claro argumento, ple-

Praecipua iura GRISSOVIAE *coenobii ab an. 1289.*

(†) Habes id in *Diplomate I. p. 370.* Nam anteriora instrumenta annorum 1292. 1295 per summam exhibita num. 2. 3. 4. 5. sed *dipl. IX. p 390.* docet id tempus, quod uolumus.

(††) Dicitur hoc *dipl. I. p. 370.*

(*) Licet enim *dipl. I. p 371.* dicitur: *quod nostrum Grissouiense ad filiationem* HENRICHOVIENSIS coenobii pertineat: illud tamen eo tantum pertinet, quod conditor a uicino HENRICHSOVIO primos euocauerit coenobitas.

(**) De his agunt omnes huius *diplomatarii* numeri. Inprimis *dipl.* 1. 2. 3. 4. 5. 87. *p. 521.*

(†) Speciminis loco euolui ac legi potest *diploma 87, p. 520. 521. seq.* In quo *Agnes ducissa* post loca plura contulit etiam *regalia*. Quae illi nomine, quod notari

rosque illius principatus fuiſſe ſucceſſionis *promiſcuae*. Quae credenda in Silesiae prouinciis eo quidem usque, dum alter oſtenderit, ſolis *maſculis* fore locum. *Deinde* illud eſt ſingulare, quod in aliis locis *Griſſouienſibus* dentur *regalia*; ſed DVCALIBVS *iuribus* exceptis. In aliis etiam ultima haec illis conferantur (†). Vnde adparet, hoc intuitu, illos non procul abfuiſſe a *potentatu*, acceſſorio Germanicis principatibus. *Deinde* illa notanda documenta, in quibus PRAECIPVI IVRA *Griſſouienſis* coenobii enumerantur ſigillatim. Hinc enim intelligi quoque poſſunt onera, ſuſtinenda ſubdito ac clienti Silesiae principatuum (††); quibus ſacrum

meretur, ueniunt IVRIVM DVCALIVM, [*der Landeshoheit*]. Vti enim in *Longobardiae* regno talia *regis* indeque *regalia* dicuntur, 2. *F.* 56. ſic in *Sileſia* haec *ducum* ſunt, non *regis*, inſtar *Germanici* imperii. Hinc nefas etiam eſt, *maieſtatica* haec iura *regalia* adpellare: ſed potius *ducalia*, *principalia*, *territorialia*, *Landesfürſtliche gerechtſame*, acceſſoria territoriorum & principatuum.

(†) Specimen habes in *dipl.* 87. *p.* 521. 522. ubi *ducale dominium* conferre omnino licet cum Germaniae principum territoriali ſuperioritate. Nam in *dipl.* 22. *p.* 411. ſuperius *ius ducale* excipitur retineturque.

(††) *Diplomate LXXV. p.* 497. habentur 1] *cenſus*, 2] *exactiones*, 3] *petitiones*, 4] *collectae*, 5] *pecuniae monetales*, 6] *uecturae*, 7] *arraturae*, 8] *ſtationes*, *leger*, 9) *angariae*, 10] *parangariae*. In *dipl.* I. *p.* 372. nominantur alia 11) *ſolutiones*, 12) *exactiones*, 13) *extorſiones*, 14) *ſeruitia* eaque ſecundum ius POLONICALE ſeu THEVTONICALE. In *dipl.* 10. *p.* 392. nomina leguntur alia, 15) *bethae* ſiue rogata tributa, 16) *precariae dationes*, 17) *ſteurae*. In *dipl. XX. p.* 408. iterum alia 18) *exactiones annonales & pecuniales cenſus*. Nolo eſſe amplior; cum ſatis ſint ſpecimina haec, ad indicandum *onera* ſubditorum ſiue ex nobilitate, ſiue ex

hoc

hoc collegium eſt liberatum. Id uolo; Sileſiae olim duces a ſubditis ſuis omnia iure requiſiuiſſe, quibus in Germaniae prouinciis gaudent principes imperii. Adeoque fruſtra eſſe, qui ſibi duces in *Sileſia Landſasſios* fingunt, quibus nil dandum ac indulgendum a *rege*, quam uulgaria acceſſoria feudi cuiuscunque nobilis incolae. Contra enim illud uerum eſt, eosdem non minus, quam Germaniae principes, habuiſſe olim *potentatum*. Quo enim iure hodie gaudeant, illud nunc quaerere aut diſputare, noſtri non eſt inſtituti (*).

§. 13. In *iurisdictione*, coenobio tributa, illud inuenio: quod prohibeat dux uarii generis *iudices*, ne in iure dicundo ſacris collegis ſunt moleſti. Principio ſuae *curiae* (†); tum *hereditarios*; deinde *prouinciales*; demum *camerarios*. Vnde illud adſequi mihi uideor coniecturis: quod, praeter *curiale tribunal*, *dem* HOFGERICHT, fue- *De* IVRISDICTIONE *coenobii & prohibitis iudicibus aliis.*

plebe. Vt non habeant noſtra tempora, quare de oneribus noſtri aeui moueatur querela.

(*) Quamuis mutatio, ut leges habent, *facti* ſit probandaque, non credenda temere. Ceterum quod p. 372 diſcrimen habeatur, inter ſeruitia ſecundum ius POLONICALE atque TEVTONICALE; illud forte pertinet ad indolem coloniarum. Quae apud *Polonos* plus dant rerum dominis, quam apud *Germanos*, proſcriptis ſeruitutibus.

(†) His nominibus *iudices* unius loci omnino in *diplom. 6. p. 382.* atque in *diplom. 87. p. 523.* ac alibi diſtinguuntur. Sed Germanica horum tribunalium uocabula habes in *dipl. 89. p. 528.*

rint

rint quoque *die* ERBGERICHTE *der Landſaſſen*; tum *die* LANDGERICHTE ordinum prouincialium; tandem *die* MANNSCAMMERN. Et cum olim raro locus *adpellationibus*, ubi cauſae non diſtinxere iudicia, ibi *iurisdictio* fuit *concurrens*. Quod idem offendo in medii aeui Germaniae inſtitutis. Scilicet etiam *imperator* uel ipſe egit *iudicem*, ſi quando in prouincia fuerat *praeſens*; vel, ſi *abſens*, in quibusque locis conſtituit *praefectos* (LANDTVÖGTE); *burggrauios*; *ſcultetos*; *ſcabinos* (†); *miſſos* & quae nomina generis eiusdem. Hi enim, praeter dominos territorii, pariter *iudicarunt* in prouinciis. Vt in arbitratu eſſet partium; uel agere coram *imperialibus* iudicibus uel coram *principe* & eius beneficiariis. Cauſas tamen maiores, inter imperii ordines, non *ſolus* imperator decidit: ſed ille nonniſi in ſocietate ordinum & ſolennibus comitiis. Vt adeo hodie, ubi imperator ſolus expedit rem iudiciariam in *iudicio curiali* (REICHS-HOFFRATH,) eius maior ſit autoritas, quam ullo tempore olim.

Praecipui iura Griffo niae. §. 14. In priuilegio pontificali plura ſunt, quae ſingularia. Principio ius *aſyli p. 447. interdictum* de *alienando*, niſi ex conſenſu partis ſanioris *p 448.* de non *fideiubendo*; de *probato coenobitarum teſtimonio* in propria cauſa; de *electione* propria *abbatis*; conſilio, ſi *epiſcopus* negligens in *benedicen-*

(†) Nam SCABINOS IMPERIALES, *die Kayſerliche* SCHÖPFEN-STÜHLE, diſperſos reperio per omnes prouincias Germaniae uniuerſae. Et talem nuper quoque reperi in *Eislebiae* uicinia, HELFFTAE. Vbi abſit, ut ideo tales *pagos*, *uillas*, *oppida*, *urbes* fingere debeamus *imperiales*. Cum habuerit olim imperator iurisdictionem, quodammodo concurrentem cum *iudicibus prouincialibus* aliis. Qui hodie iure dicundo gaudent *priuatiue*. Confer ea, quae in *tom. V.* notata & *dipl. 66. p. 484.*

do,

do, vt habetur *c. 3. X. de neglig. praelator.* in consecrationibus *gratuitis*; exemtione *in banno prouinciae* uniuersae & quae *p. 450. 451.* & deinceps sequuntur.

§. 15. Vti uero GRISSOVIENSE hoc coenobium hodieque est florentissimum, ita *abbas*, DOMINICVS, qui ei nunc praeest, in magna laude & meritis uersatur tum in suos, tum in res prouinciae Schweidnicensis uniuersae. Commendant extolluntque illius doctrinam, literas, prudentiam, probitatem, uigilias, industriam fere immanem. Quo ipso morbum contraxit grauissimum, ut lectulo fere sit adfixus. Omnes boni uouent, ut ex illo iterum eluctetur uiuatque suis uitam longaeuam. Reliquorum abbatum matriculam habet recensetque FIBIGERVS in Silesia renouata. *Facies illius praesens & ABBAS laudatissimus.*

§. 16. Cum etiam alius COENOBII HENRICOVIENSIS, in ducatu MVNSTERBERGENSI, in hoc diplomatario fiat mentio: binis uerbis de hoc aliquid est dicendum. Nam condidit illud *prope oppidum* NISSAM dicauitque CISTERCIENSIVM ordini NICOLAVS, ducis Vratislauiensis *cancellarius*, qui alibi *notarius* adpellatur, idque an. 1222 (*). Ferunt, hunc *seculo*, quod dicitur, nuntium misisse, deuouisse se huic collegio in eoque mortuum esse. Verum eius crepundia forte tanta non fuerunt, ad dotandum illud digne. Inde accessit beneuolentia HENRICI ducis, qui illud, nouo instituto, instaurauit deditque ei nomen HENRICHOVIAE, quasi locus Henrico largitori sacer (†). Patris largitionem excepere beneficia filii & nepotis BOLESLAI an. 1262 (*). Vt iam ei nihil fere deesset. Nam & iura *opificum* & *officinarum* acceperat (**) an. 1276. Hodieque huic coenobio pristina sunt in- *HENRICHOVIENSE coenobium ab an. 1222.*

(*) Ita Polonici annales in iisque *Matthias a* MECHOVIA *lib. III. c. 34.* Ioan. DLVGOSSVS *lib. VI. p. 628.* CROMERVS; alii ad h. a. etiam *Angelus* MANRIQVE *in Cisterciensibus tom IV. c. 13*

(†) Habes pleraque ad origines HENRICHOVIENSIS coenobii facientia *dipl. 72 p. 491.* Plura IONGELINVS *in notitia abbat. lib. V. p. 53.* SARTORIVS *in Cisterc. tit. 28. p. 1116.* & FIBIGER *in Silesia renouata cap. 7. § 177. p. 661.*

(*) Huc refer *dipl. 72. p. 491.*

(**) Prodit hoc ipsum *dipl. 62. p. 479. 480.* recensetque nomina 1) *pistorum*, 2) *carnificum*, (Fleischer) 3) *fabrorum*, 4) *sutorum*, 5) *tabernarum* in alieno loco. Vnde illud certum: *opificum iura* neque coenobiorum esse neque locorum aliorum, quam urbium aut oppidorum. In his uero datum hoc aliquibus instar priuilegii, etiam aere prouocati, ut in aliena ciuitate *proprios opifices* liceat alere, habere & uti in illos iurisdictione, exempta ab urbis ipsius tribunali. Specimen aliud habes in *dipl. 51. p. 469. 470.* & *dipl. 3. p. 378. 493.*

stitu-

ſtituta, flos, amplitudo, celebritas & coetus ſacrorum collegarum.

Singularia alia plura in GRISSOVIENSI *diplomatario.*

§. 17. In memorabilibus aliis Griſſouienſis diplomatarii uela contrahenda eundumque per ſummam. In *dipl. 1. p. 372. & 483. 487.* mentio fit diſcriminum inter ius POLONICALE & TEVTONICALE an. 1299. quo tempore forte Saxonica iura iam dum peruaſerant Poloniam. *Maldrata*, noſtris *Malter p. 375. Supremum* dominium & iudicium *ſanguinis p. 375. Vinuleta & Hinnuleta*, noſtris uineae & uirgulta *p. 377. 425. 426. Heyne* noualia *p. 426. 428. 430. Limites* dicuntur *greniciae*, graenzen *p 382. 390. 392. grenicibus* & *gadibus p. 403. 408. 522. graenzen* und *reinen p. 414. 417. 422. 449.* Iudicium, coenobio datum *manus* & *capitis, über Halß* und *Hand p. 382.* Confirmationes Bohemiae regis, cum conſenſu ordinum, factae *p. 385. 465. 526.* Reſtitutionis in *integrum* ſpecimen minorennis *p. 387.* Diuerſa, *ius, litterae, ſtatuta, conſuetudo* BOHEMICALIS *p. 388. Oratio* pro *defunctis an 1367.* probata ex loco Machabeorum. *Dominium ducale* Sileſiae idem, quod *territoriale* in Germania *p. 391. 393. 407. 411. 441 523.* Piae donationes inter uiuos dicuntur tamen factae *teſtamentaliter p.* 393. & *teſtamentum irreuocabile p* 402. 403. 405 415. 420 470. *Filiaſter p. 396. Burckgreue zu Trutenow p. 399. Burggrauius* ſeu Caſtellanus *p. 461. Vogteiae* iuriſdictio ſuprema ac infima p. 404. 518. In contractu conſentiendi *neceſſitas conthoralis; puerorum* ſiue filiorum; *fratrum* p. 410 421. 459. 464. 469. *Exbrigare* euincere p. 413. 505. *VVarandare* p. 510. Formula: non coacte, *mit froelichem Antliz und lachendem Munde p. 418. Formula & proceſſus* latae ſententiae 1375. inter duos parochiae candidatos, quorum unum tuebatur pontifex, ceu *prouiſum*, alterum coenobitae *Griſſouienſes*, quod parochia obuenire poſſit *monacho* & regulari, non ſeculari clerico p. 431 - 438. Manſi *Franconici* in Sileſia 1256. p. 442. 443. forte idem, quam menſurae aut coloniae *Francorum.* Iure *Teutonico* locare p. 443. Lapides id eſt *libras, ſtein ſchmehr* p. 447. In *boſco* & plano, *im VVald und auf freyem Feld* p 447. *Fartorium & curia mactatoria, Kuttelhof p.* 456. Dotalitium pro dote p. 462. *Grangia* ſeu curia p. 465 516. Brachium ſeculare p. 460. 465. *Iudex hereditarius, Erb-herr p.* 469. *Populare* regionem, *mit Leuten beſetzen p.* 483. *Scabinatus* ſpecimen p. 484. *Obſtagii* obligatio etiam principis & ducis ipſius p. 483. *Duces* Sileſiae *magnifici & illuſtres p* 515. *Payare* numerare p. 498. & quae eiusmodi. Verum ſatis haec. Alia enim plura inueniet notabitque lector rerum iuriumque gnarus. Scripſi in FRIDERICIANA die

III. nonar. menſis Septembr. CIↃ IↃCC XXIII.

RELIQVIAE

MANVSCRIPTORVM,

OMNIS AEVI

DIPLOMATVM

AC

MONVMENTORVM,

INEDITORVM ADHVC,

EX

MVSEO LVDEWIGIANO.

TOMVS VI.

TOMI VI.
LIBER PRIMVS,
DIPLOMATARII
BOHEMICI
ET
SILESIACI
CONTINVATIO.

DIPLOMA I.

HENRICI D. de FVRSTENBERGK & IAWER renuntiatio in marchias *Budissensem* & *Luscensem* donatioque iurium facta IOANNI REGI Boemiae CIƆ CCC XIX.



ENRICVS *dei gratia dux Slesiae & dominus de* IAWER *& de* FVRSTENBERGK, omnibus in perpetuum! ut modus & ordo gestorum nostrorum, quae efficaci permanentia perpetuo *oportet* & debent subsistere & solida permanere, in membranis recondatur & redigatur iugiter ualituris; uigor aequitatis & ordo postulat rationis. Hinc est, quod nos, *Henricus* praedictus ad perpetuam rei memoriam praesentibus recognoscimus, quod matura deliberatione praehabita & omnium ac singulorum *fidelium & consiliariorum nostrorum consilio* accedente & *laude*, assignauimus & dedimus ac *donauimus*, quinimo praesentibus resignamus, damus & *donamus* omnia & singula iura, quae siue ex *origine nostrae natiuitatis* & *sanguinis* quorumcunque progenitorum nostro-

HENRICVS D. de IAWER 1319.

Consensu ordinum, i. e. LAVDE, *cedit & donat iura, ab imperio Romano in Marchias*

Lusiz, Luben, Budissen,

nostrorum vel ex *successione* legitima siue *feudali titulo a sacro Imperio* uel *Romanorum rege* uel a quocunque alio dependeant domino, nobis hæredibus aut successoribus nostris in MARCHIIS, prouinciis, terris & possessionibus LVSICENSI, LVBVCENSI, BVDISSINENSI ac etiam in ciuitate FRANCFVRD sita prope ripam fluminis dicti *Odera*, quæ uel ad eas uel alteram earum vnquam competierunt, competunt, uel in futurum competere poterunt, quocunque titulo siue modo cum omnibus & singulis ciuitatibus, oppidis, castris, castellis, munitionibus, foris, uillis, allodiis, comitibus, liberis *Baronibus*, *ministerialibus*, *uasallis*, *inquilinis* & accolis ad praedictas marchias prouincias terras & possessiones & ad ciuitatem *Franckenfurt* prædictam de iure uel consuetudine quocunque modo uel titulo spectantibus, *serenissimo principi* IOANNI, BOEMIAE & POLONIAE regi, *Luzenburgensi* comiti, *Marchiaeque Budissinensis* domino, haeredibus & successoribus eius in perpetuum tenenda, possidenda pariter & habenda expresse nos praefatus dux Henricus nostro, nullum heredem superstitem habentes, heredum & successorum nostrorum futurorum nomine, renunciantes in scriptis omni *beneficio in integrum restitutionis*, interdicti, de dolo actionis, beneficio cuiuscunque iuris, quo quis resignationem, donationem, dationem per se factam retractare poterit aut posset. TESTES autem, coram quibus tractatus huiusmodi sunt habiti vel ordinati, uenerabilis pater, *Witko Misnensis Episcopus*; illustris princeps dominus Nicolaus *dux* OPPAVIENSIS, nec non nobiles uiri dominus Petrus de ROSENBERG, Wilhelmus de LANDSTEIN, Hincko dictus *Berka* de *Duba*, Thino de *Colditz*, Fridricus Hermannus *Fritzko*, fratres de Schonenberg, *Benesiu* de *Michelsberg*

cum accessoriis

Regi Boemiae Ioanni,

sine ulla spe poenitendi.

TESTES *donationis.*

berg, Vlricus de *Mendico*, Friedricus de *Sman*, Otto dictus de Heiden, de DONYN, Albertus de *Lisnick*, Stephanus de *Parchwitz*, Sigfridus de *Baruth*, Lutherus de *Schriebersdorff* & Cristannus de *Gerbartsdorff*. In cuius rei &c. DATVM in castro prope OLSNITZ, decimo calendas Octobris anno MCCCXIX. *Datum 1319.*

DIPLOMA II.

Venditio ciuitatis imperio clientelaris GOERLIZ CIↃCCCXIX.

IN *nomine domini amen. Nos* HENRICVS, *dei gratia dux Slesiae dominus de* FVRSTENBERG *&* *in* LAWER, omnibus in perpetuum tam praesentibus quam futuris uolumus fore notum, quod nos, deliberatione matura & consilio diligenti nobis cum *amicis* quoque ac *fidelibus* nostris praehabitis eorumque fauore & *consensu* expressis accedentibus, ciuitatem nostram & terram *Gorlitz*, quae ab *imperatoribus* ac *Romanorum regibus*, nos & praedecessores nostri *recipere consueuimus* cum omnibus suis iuribus & pertinentiis, quocunque uocentur nomine & in quibuscunque consistant, exceptis *Lubano* ciuitate & territorio eiusdem ciuitatis *Lesna*, oppido forensi *Czanow* & *Cwilau* castris cum suis appendiis nominatim exceptis, etiam *Sorme* ciuitate, *Tribel* & *Prebus* castris & oppidis, cum omnibus suis iuribus, dominiis & pertinentiis omnibusque *feudis* & *feudalibus*, quae in terra *Lusatiae* habere dignoscimur, expressis & non expressis, *principi magnifico domino* IOANNI, BOEMIAE *&* POLONIAE *regi* ac *Lucemburgensi* comiti, *sororio* nostro carissimo, *uendidimus* & in alia bona, *uitae nostrae* duntaxat possidenda temporibus, nobisque de medio *sublatis*, relictis per nos heredibus uel non

HENRICVS D. de FVRSTENBERG & LAWER an. 1319. *cum consensu suorum, GOERLIZ, quod ab imperio R. habuit,* *Ioanni BOEMIAE Regi uendidit commutatque cum aliorum usu uitaliti.*

non, ipſa, quibuslibet remotis, ad regnum *Boemiae* libere *reuerſura*; etiamſi caſtrum aliquod in bonis eisdem noſtris inſtaurauerimus laboribus & expenſis, *Trautenaw* uidelicet & curiam, cum ſuis appendiis, bonis, fidelibus & hominibus ſaluis omnibus eorum, quibus ad nos pertinuerunt iuribus in tantum etiam, quod nec COLLECTAM nec STEVRAM GENERALEM quae BETHA uulgariter dicitur, de eisdem, niſi per regem ipſum aut ſuos officiales impoſita fuerit regno *Boemiae* & tunc *taxationem* illam, quae colligitur in *Boemia* recipere debeamus, ſecum *commutauimus*, ipſas ſibi, haeredibus ac ſucceſſoribus ſuis Boemiae regibus *iure hereditario*, praeſentibus teſtibus ſubnotatis noſtro, haeredum ac ſucceſſorum noſtrorum nomine ſponte & libere reſignantes habendas, regendas, uti fruendas per ipſum heredes ac ſucceſſores ſuos praefatos ac etiam poſſidendas. Renunciantes in his perpetuo modo noſtro, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum nomine praedictorum *exceptioni* doli mali, *in factum actioni*, *beneficio reſtitutionis in integrum*, omni iuris auxilio tam canonici, quam ciuilis; literis quoque a *papa*, *imperatoribus* aut *Romanorum regibus* impetratis uel etiam impetrandis, ac alteri cuiuis adminiculo, quae uel per ſucceſſionem hereditariam uel *infeudationem imperialem* uel alium quemcunque modum nobis heredibus uel ſucceſſoribus noſtris antedictis competunt, uel competere fortaſſe poſſent, per quae nobis ſuffragium ferri, *regi* uero, heredibus aut ſucceſſoribus ſuis ſaepedictis diſpendium uel impedimentum poſſet aliquo modo generari. Promittentes omnia & ſingula ſupra ſcripta firmiter obſeruare & contra ea uel eorum alterum in toto uel in parte nullo unquam tempore ſiue caſu, dolo, frau-

De ſteura ſiue BETH.

Exceptione iurium papae & imperatoris.

fraude uel ingenio aliquo de iure uel de facto per nos ipsos alium uel alios facere aut uenire. In quorum omnium &c &c. TESTES sunt uenerabilis pater, dominus *Witko*, episcopus *Misnensis*; illustres principes & domini, Rudolphus SAXONIAE, Henricus *Wratislauiae*, Boleslaus *Lignicensis*, Bolko *Falkenbergensis*, Bolko *Opoliensis*, Henricus & Cunradus fratres *Glogouienses* duces per nos ROGATI, qui *sigilla* sua praesentibus appenderunt in testimonium praemissorum. Et nos *Witko* dei gratia, MISNENSIS episcopus, Rudolphus SAXONIAE, Henricus *Wratislauiae*, Boleslaus *Lignicensis*, Bolko *Falckenburgensis*, Bolko *Opoliensis*, Henricus & Conradus, fratres *Glogouienses* duces, testes, supradictis *emtioni, uenditioni & commutationi* praedictis praesentialiter affuimus & *sigilla* nostra *rogati* & *iussi* per principem illustrem dominum Henricum supradictum, sororium nostrum & consanguineum carissimum, duximus in *testimonium* & robur firmum appendenda. DATVM & ACTVM *Vratislauiae* in die inuentionis sanctae crucis anno domini MCCCXIX.

TESTES.

Datum & actum 1319.

DIPLOMA III.

In donatione GLOGOVIAE ad dies uitae facta HENRICO DVCI de FVRSTENBERGK & IAWER, reseruatur Regi donatori ius APERTVRAE CIↃCCCXXXVII.

NOs HENRICVS, *dei gratia dux Slesiae, dominus de* FVRSTENBERGK *& in* IAWER ad uniuersorum notitiam tenore praesentium uolumus peruenire: quod, cum magnificus *princeps dominus* IOANNES, BOEMIAE *rex ac* LVCEMBVRGENSIS comes, sororius noster carissimus, ciuitatem suam GLOGOVIAM cum toto territorio & dominio

HENRICVS D. de FVRSTENBERGK & IAWER 1337.

GLOGOVIAM *donatam*

ac aliis vniuersis pertinentiis, motus telo sincerae amicitiae pro *uitae nostrae* temporibus *donauerit*, datis nobis suis literis super eo. Nosque

a Rege Boemiae confitetur.

ad RECOMPENSAM uiceuersa congruam & *decibilem*, ubi poterimus, non immerito pro uiribus intendere uolentes: ne etiam per *donationem* terrae

In recompensam

iam praedictae nobis factam, ipse dominus *rex Boemiae* in quibuscunque casibus aliqualiter *seducatur*; harum serie promittimus firmiter & sincere ac etiam *adstringi* uolumus, quod ipsum *dominum regem* & suos *in dictam ciuitatem Glogou* & *castra*, *oppida* & *fortalitia*, quotienscun-

promittit APERTVRAM *castri.*

que & quandocunque opportunum fuerit, sine tamen nostro ac nostrorum praeiudicio & grauamine! & extra *dimittere promittimus* & spondemus nihilominus: ipsum dominum regem contra suos *aduersarios*, sibi iniuriantes, in *Boemia* & *Bolonia* cum praedictis firmitatibus & totis nostris uiribus promittimus *adiuuare*. In cuius rei te-

Datum 1337.

stimonium &c. DATVM *Wratislauiae* anno M CCC XXXVII. in octaua innocentium..

DIPLOMA IV.

Adstringi uult Dux de Iawer suum BVRGGRAVIVM castri etiam Regi Boemiae CIↃ CCC XXXVI.

HENRICVS D. de IAWER

NOS HENRICVS, *Dei gratia dux Slesiae*, *dominus in* FVRSTENBERGK. & *in* IAVERN, omnibus has literas inspecturis cupimus fore notum,

Burggrauium *suum*

quod quotienscunque BVRGGRAVIVS ac *capitaneus* in *Canth*, castro & oppido, locari per nos & constitui contigerit, tunc excellenti principi domi-

iubet fidem etiam addicere Regi Bohemiae

no IOHANNI, *Boemiae regi* & *consulibus ciuitatis Vratislauiae*, si ipsum *dominum regem abesse* contingeret; promittere debeat & spondere *fide praestita*, ut si nos ab hoc seculo, priusquam *Canth*

castrum

castrum cum oppido *liberetur* & exsoluatur, migrare contingeret, idem *burggrauius*, qui pro tempore fuerit, sibi, domino regi aut successoribus suis cum eisdem *castro* & oppido, tanquam suo, pareat, obediat & intendat. Harum &c. Datum Wratislauiae CIↃ CCCXXXVI.

&, se mortuo, ei pareat.

Datum 1336.

DIPLOMA V.

Dimissio FIDEIVSSORVM Regis Boemiae CIↃ CCCXXXI.

NOs HENRICVS, *dei gratia &c.* ad uniuersorum notitiam &c. quod cum magnificus dominus IOHANNES, BOEMIAE & POLONIAE rex ac *Lucenburgensis comes*, sororius noster carissimus de promissa nobis, ratione *resignationis* ciuitatis & territorii GORLICENSIS pridem sibi per nos factae, sub pactis & conditionibus super eo tunc confectis, literis roborata cautione *fideiussoria*, eadem adimplendi per quosdam suos principes nobis posita, nos *assecurauit*, nobiscum in praesenti sic *iuste*, *sic rationabiliter*, *sic unice concordauit*, ita quod eosdem principes *fideiussores* suos in hac caussa nobis positos, dicimus *liberos*, *quittos* pariter & solutos nec eos pro *fideiussione* huiusmodi ullo unquam tempore impetere modo quouis promittimus & spondemus. Harum &c. Datum anno domini MCCCXXXI. in sexta beati Bartholomaei apostoli.

HENRICVS *Dux ab Ioanne* BOEMIAE *R.* *intuitu* GOERLIZ *ei datos fideiussores, e nexu dimittit &* quittat.

Datum 1331.

DIPLOMA VI.

Foederis formula & pactum, quo praestari debeant SERVITIA & auxilia, num IMPENSIS *propriis*, an uero *alienis*? CIↃ CCCXXXVII.

HENRICVS D. de IAWER

IOANNI R. BOEMIAE

promittit auxilia etiam in Polonia.

Propriis dispendiis.

Sed aduersus rebelles.

DAMNIS *a Rege restituendis &* LVCRIS *capiendis.*

Aliter extra limites.

Datum 1337.

NOs HENRICVS, *dei gratia dux Slesiae, dominus de* FVRSTENBERGK *& in* IAWER, *ad uniuersorum &c.* quod quia cum illustribus principibus dominis IOANNE *Boemiae rege ac comite Lucenburgensi*, nec non CAROLO *marchione Morauiae*, eiusdem domini regis *primogenito sororiis nostris* carissimis ad plenam *concordiae* peruenerimus *unionem* & talia cum ipsis *colligationis* intrauerimus foedera: quod nos ipsos in *regno Boemiae* seu *Morauiae* aliisque terris ipsorum POLONIAE cum TOTA nostra POTENTIA quotiens & quando eis necesse fuerit, fideliter adiuuare contra ipsorum *aduersarios* eos iniuriari uolentes sub nostris *propriis dispendiis* debeamus: ipsi vero in *expensis* nobis tunc prouidere tenebuntur. Si autem in dictorum dominiorum *obsequiis* cum aliquo *rebelle* uel *rebellibus* ipsorum bellum *campestre*, in dictis terris eorum, iniuerimus; *damna*, quae nos sustinere contingeret, nobis *restituere* sunt adstricti, sed ad eos *lucra*, quae reportauerimus pertinebunt, si uero cum eis *extra limites suos* ad alienas terras processerimus in eorum *seruitiis*, tunc non solum pro *expensis*, uerum etiam pro *damnis* quae sustinuerimus, nobis respondere tenebuntur & pro seruitiis nostris etiam, qua contentari aut subsistere possumus, facere *recompensam.* DATVM *Wratislauiae* in epiphania domini anno MCCCXXXVII. nostri sub appensione sigilli in testimonium praemissorum.

DIPLOMA VII.

Ciuitatis ZITTAVIENSIS nexus pro 19000. marcis regi BOEMIAE a *Duce* de IAWER CIↃ CCC. XXXVII.

Nos

NOs HENRICVS *dei gratia &c. ad uniuersorum* &c. quod, cum *magnificus princeps*, *dominus* IOANNES BOEMIAE *rex ac Lucemburgensis comes*, sororius noster carissimus, caritatis affectibus & telo purae amicitiae erga nos motus, ciuitatem *Glogoviam* & terram totam cum uasallis, reditibus, prouentibus, iuribus, dominio, & pertinentiis suis uniuersis nobis *dedit* tenendam, uti fruendam ad *vitae nostrae* tempora, & etiam possidendam: nos praemissis consideratione debita & condigna recompensatione satisfacere pro uiribus cupientes, obligationem *ciuitatis* ZITAVIAE & castrorum *Czinonis* & *Rhonau* cum eorum pertinentiis uniuersis, in quibuscunque consistant uel quocunque censeantur nomine, nobis per dictum dominum *Boemiae* regem, ratione DOTIS PROPTER NVPTIAS dominae AGNETIS, CONTHORALIS quondam nostrae carissimae, in *decem nouem millibus marcarum* LVI. grossos pro marca qualibet computando nobis factam, relaxamus in hunc modum videlicet, quod uniuersos & singulos ipsius ciuitatis ZITAVIAE ciues, castrorum praedictorum *burgrauios*, *homines* & vasallos territorii eiusdem ad hoc, quod praedicto domino *regi Boemiae* heredibus & successoribus suis *Boloniae* regibus seu ipsius nomine *nobilibus uiris Hinconi*, *Berke de Duba*, *burgranio Pragensi*, *Henzelino de Lippa*, *Thymoni de Coldiz & Vlrico Pflugoni* seu alteri eorum seu aliis, quem uel quos ipse *dominus rex* ad hoc deputandum duxerit, *fidelitatis bomagium faciant* & *praestent*, inducere & efficere debeamus & si eosdem BVRGRAFFIOS destituere & alios praeficere uoluerimus: ex tunc tales per nos debent institui, qui hoc idem homagium faciant ipsi *domino regi* uel praedictis quibus commisit uel com-

HENRICVS D. de IAWRN 1337.

quod R. Boemiae *ei dederit* GLOGAV *ad dies uitae.*

Ipse ZITTAV

pro 19000. marcis oppignorat.

Et nexu ei adstringit BVRGGRAVIVM *& alios officiales.*

committet, quemadmodum priores fecerunt, si etiam, quod absit, liberis MASCVLIS post nos non relictis decesserimus, ciuitas *zitauia* iam praedicta cum nostris & aliis praedictis ad dictum *regem Boemiae* heredes & successores suo libere deuoluantur. Si uero liberos MASCVLOS habuerimus, qui nos superuixerint; tunc ciuitas, castra & territorium praedicta in *decem nouem millibus marcarum praedictarum* nobis & eisdem nostris heredibus sub modo pristini pignoris remanebunt: insuper castra *Czinonis* & *Ronaw*, quae aere alieno obligauimus, disbrigare & soluere promittimus & debemus. In cuius rei &c. DATVM *Wartislauiae* anno domini M CCC XXXVII. in octaua innocentium.

Cum spe succedendi, si mortuus sine masculis.

Datum 1337.

DIPOMA VIII.

Ducis de IAWER noua compensatio Regi Boemiae facta pro GLOGAV. Scilicet adsignatio *Sorau* aliorumque, si decesserit sine mascula prole.

NOs HENRICVS *Dei gratia &c. ac uniuersorum &c.* quod cum serenissimus princeps dominus IOANNES *Boemiae rex* ac *Lucenburgensis comes*, sororius noster carissimus, ciuitatem *Glogouiam* & districtum ad *uitae nostra* tempora dedit: nos uice uersa, pro nostro posse, pro huius modo *impensis beneficiis*, RECOMPENSAM non immerito, ubi poterimus, facere cupientes, ciuitatem nostram LVBANENSEM cum oppido nostro FRIEDEBVRG, SORAW & PVCK cum castris & uasallibus quibuslibet, uidelicet *Sensftenbergk*, *Zachaw*, cum eorundem omnibus & singulis possessionibus, reditibus, hominibus & dominiis & rebus aliis, in quibuscunque consistant, usque ad aquam, *Queis* dictam

HENRICVS *D. de* IAWER *pro concessione* GLOGOVIAE

Regi Boemiae adsignat Luben, Frideburg, Sorau, *alia.*

dictam, aut aliis ubicunque sitis, ad praedictum *dominium* pertinentibus, omni eo iure, quo huc usque tenuimus & ad nos dignoscuntur pertinere, *dicto domino* regi, heredibus ac successoribus suis *Boemiae praesentibus assignamus* & *nobilibus uiris* Hinckoni Berke de *Duba* uidelicet, Henzelino de *Lippa*, Thimoni de *Colditz* & Vlrico Pflugoni seu aliis, quos ad hoc ipse dominus rex deputauerit, ipsius, heredum & successorum suorum nomine, per antedictos homines in praedictis ciuitate *Lubano*, *Friedeburgk*, *Sorau & Puck*, castro & dominio residentes *fidelitatis homagium* fieri statim tenebuntur procurare: ut nobis, quod absit! sine HEREDE MASCVLO decedentibus, ex tunc praedicta omnia ad saepe dictum regem, heredes & successores suos ad regnum *Boemiae* libere reuertantur. Habitis autem legitimis heredibus *masculis* post nos relictis; ex tunc omnia praenotata nobis & eisdem *remanebunt*. In cuius rei testimonium &c. DATVM ut in praecedentibus.

Testibus praesentibus.

Vt heres sit rex, si moretur dux sine mascula prole.

Datum.

DIPLOMA IX.

Partitio COLLECTARVM ZITTAVIENSIVM inter regem Boemiae & Ducem de Iawer CIↃ CCC XXXVII.

NOs HENRICVS *dei gratia &c.* uniuersis literas praesentes inspecturis uolumus fore notum, quod cum magnificus princeps dominus *Ioannes* BOEMIAE *rex* nobis indulsit, ut in ciuitate a bonis ciuium & hominum *Sittauiensium* de *marca* qualibet unum *latonem grossum*, nomine *exactionis* exigeremus, promittimus firmiter & tenemur, nos *medietates totius pecuniae* illius, exactae nomine dicti domini regis & pro eo in summa *duorum millium marcarum*

HENRICVS D. de IAWER, *quod R. Boemiae ei indulserit* collectam *in* ZITTAW, *hanc cum ipso partitur.*

carum, in quo certa bona & possessiones, ad castrum *Cauth* spectantia & districtum ibidem, sunt *obligata*, *pignoris* pro exolutione eorum, defalcare, in ipsa summa parte media, ipsum dominum regem contingente, totaliter deducenda. Harum serie literarum. DATVM Wartislauiae, anno domini M CCC XXXVII. die dominica, qua canitur laetare.

Datum 1337.

DIPLOMA X.

BVLLA ABOLITIONIS, qua CLEMENS VI. papa CAESARI PERIVRIVM remittit, quod renouare iuramentum neglexerit, papae ab electo Romanorum rege, post octiduum, praestandum CIↃ CCC XLVII.

CLEMENS VI. PAPA, 1347.

CLEMENS, *episcopus*, *seruus seruorum dei*, *carissimo in Christo filio*, CAROLO, *regi Romanorum* ILLVSTRI, *salutem & apostolicam benedictionem*! Vota tua, carissime *fili*, & praesertim illa, quae *conscientiae tuae pacem* respiciunt, benigno libenter fauore prosequimur eisque, si egeant, pronam adicimus *apostolicae clementiae* ac *lenitatis exhibitionem*; siquidem, nobis nuper pro *celsitudinis tuae* parte factae, petitiones continebant, quod tu nonnulla IVRAMENTA, quae priusquam *in Romanorum regem* fueras *electus*, nobis & *apostolicae sedi* praestiteras, post *electionem* ipsam intra *dies octo renouare* (prout & ipsorum iuramentorum serie tenebaris, cum ad hoc, sicut asseris, non crederes te teneri, nisi prius ex nostra & dictae sedis potestate requisitus existeres) omisisti; quanquam illa postmodum per alios paucos *dies*, sicut per *literas tuas* & etiam publica

pro pace conscientiae Caesaris, periurii maculam *tollit Carolo IV. imperatori.*

publica documenta, tuo *ſigillo* munita, nobis plenarie conſiſtit, iuxta praefatam ſeriem *fideliter & plenarie renouata*. Quare nobis humiliter ſupplicauiſti, ut, ad tollendum omnem *ſcientiae tuae ſcrupulum*, prouidere tibi ſuper hoc *de benignitate apoſtolica* dignaremur. Nos itaque tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, omnem *periurii maculam* ſiue *notam*, quae, propter omiſſionem & *retardationem* huiusmodi, tibi forſan poſſet impingi, ex certa ſcientia & apoſtolicae plenitudine poteſtatis, tenore praeſentium, *penitus* ABOLEMVS. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrae *abolitionis* infringere uel ei, auſu temerario! contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumſerit, *indignationem* omnipotentis *Dei* & beatorum *Petri* & *Pauli*, apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. DATVM *Auinonis*, XV. kalendarum Ianuarii pontificatus noſtri anno *quinto*.

Quod iuramentum, ante papae praeſtitum, quam electus eſſet, poſtea intra octo dies non repetierit, electus Rex Romanorum.

Datum.

DIPLOMA XI.

Bulla INNOCENTII VI. papae, qua CAROLI IV. Caeſaris probitatem extollit, reddendi CASTRVM ab epiſcopo *Ratisbonenſi* emtum, inſcio neque conſentiente Pontifice Romano CIↃCCCLVI.

INNOCENTIVS, *epiſcopus*, *ſeruus ſeruorum Dei*, *cariſſimo filio*, CAROLO, IMPERATORI *ſemper auguſto*, *ſalutem & proſperitatem & apoſtolicam benedictionem*! Venerabilis frater noſter, Bertrandus, epiſcopus Aptenſis, quem, ad inſtantiam tuam, in *Almaniam* hoc anno transmiſimus, ut informet ſe de commodo & incommodo, quod reſultaret *eccleſiae* RATISBONENSI, de permutatio-

INNOCENTII VI. PAPAE 1356. ad Carol. IV. imperatorem

tatione castri *Tumslauff*, *Ratisbonensis dioeceseos*, ad *mensam ecclesiae* ipsius pertinentis; facienda tecum ad alia bona per episcopum & dilectos filios *capitulares Ratisbonenses*, ad nos his diebus praeteritis rediens, retulit nobis, praesente dilecto filio, nobili uiro, BVRGHARDO, *comite &* BVRGGRAVIO MAGDEBVRGENSI: quod, licet tu considerans damna grauia & pericula grauiora, quae ipsi ecclesiae imminebant & imminere poterant, ex detentione *castri* dicti per quosdam *potentes* illarum partium, quibus illud, *inconsulto Romanorum pontifice*, per eum episcopum, non uerentem transgressionem iuramenti, quod, de non *alienandis bonis*, ad ipsam pertinentibus, eodem *inconsulto pontifice*, in promotione sua ad ecclesiam ipsam, praestiterat, fuerat obligatum; idem *castrum* non absque magnis laboribus & *solutis per te magnis pecuniarum summis*, de ipsorum *potentum* manibus eruisses; &, considerans, quod idem episcopus minus plene soluendo pecunias, per te pro ipsius castri, ut praemittitur, redemtione solutas, restituere facile non ualeret; sibi, uolenti & requirenti, pro eodem castro quoddam castrum, uillas ac bona alia, longe maioris ualoris & reditus! in *regno tuo Boemiae* constituta, nomine *cambii* tradidisses: tamen, fortitudinem & situm dicti castri *Thumslauffen* considerando, hoc ab ecclesia ibidem separari nullatenus expediret: ac dictus comes, ad haec respondens, asseruit: *quod tu, sicut princeps* CATHOLICVS *& honoris & status ecclesiastici ampliator! utilitatem ipsius* ECCLESIAE *quibuscunque tuis desideriis anteponens & praeferens dei beneplacita uotis tuis, paratus eris, praefatum castrum*, TVMSLAVFF, *episcopo memorato* RESTITVERE, *ubi ipse tibi redderet* PECV-

quo laudat eum, praesente BVRGGRAVIO MAGDEBVRGICO *ei narratum, quod in alienatione episcopi Ratisbonensis, inconsulto pontifice, nulliter facta, paratus sit reddere castrum* THVMSLAVF *episcopatui.*

PECVNIAM *nec non* CASTRVM *& uillas & bona*, *per te illi soluta & tradita pro eodem*, & uelut animi tui puri & recti ad dominum praescius, addidit: *quod illa solum uolebas honoribus tuis adiicere, & illa tantum tuis conformia beneplacitis reputabas, quae amica iustitiae, cuius tota intentione Zelator es, & quae tuo tu accepta crederes creatori*: haec, princeps inclyte, ab eodem comite multum hilari & alacri facie de tua probitate prolata, quanta nos iucunditate resperserint quantaque laetitia, explicare facile non possumus. Gaudemus etenim, quod *Romani culmen imperii humilitate mentis ad deum* altius erigis; gaudemus, *quod fulgori caesareo* sincerae deuotionis studio *splendorem adiicis ampliorem*; gaudemus etiam insuper, quod ad eum, qui *humilia* respicit & alta a longo cognoscit, respiciens, sicut non ambigimus, respiciaris ab eodem; & quo nunc fortius roborari *thronum* & *sceptrum* firmius instaurari sine dubitatione speramus. Cum itaque *episcopus* RATISBONENSIS, ut sui *corrector erroris*, ad correctionem illius LIMAM CENSVRAE APOSTOLICAE non expectans! tam solutam *pecuniam* quam assignata *castrum*, *uillas & bona* per te sibi, *restituere tibi* sine dilatione procuret & *capitularibus praefatis*, ut hoc etiam procurent celeriter fieri, per alias literas iniungamus & alia quaedam remedia per nos prouisa fuerint; *ut satisfactionem* ex his celerius consequaris, & credimus indubie, quod, iuxta cor nostrum, prouisionis huiusmodi effectus, dante domino! sequatur optatus: *Serenitatem tuam*, non, quod necessarium esse credamus; sed ut adimpleamus officii nostri debitum, attente *rogamus*, quatenus praedictum castrum, *Tumslauffen*, episcopo & eccle-

Dummodo episcopus reddat PECVNIAM, ***ab imperator acceptam.***

ſiae praedictis *pro diuinae maieſtatis reuerentia*, tuae conſideratione *ſalutis* & noſtrae interceſſionis intuitu, libere & cum effectu mandes & facias reſtitui & admitti in hoc eum. Licet uero, ex innata tibi gratia bonitatis, te promtum inuenire ſperemus; ex eo tamen te reddi petimus promtiorem, quo permulta caſtra & alia bona, ipſius *eccleſiae* nonnullis, ut noſti, *obligata proceribus*, ad eandem eccleſiam reuertentur, & pactiones & *ligae* quondam *illicitae abominabiles deo* & praeiudiciales ipſi eccleſiae; quas nos etiam *caſſauimus* & irritauimus & nullius eſſe roboris uel momenti; locum ex tunc aliquem non habebunt. DATVM *Auinionis* ſexto kalendas Octobris, pontificatus noſtri anno quarto.

Datum 1356.

DIPLOMA XII.

Elogium CAROLO IV. imperatori ſcriptum ab INNOCENTIO VI. ob promotionem DENARII PETRINI in terris *Poloniae* & *Bohemiae* CIↃ CCC LVI.

INNOCENTII VI. PAPAE 1356. *litterae, quibus extollit* CAROLI IV. Caeſaris *pietatem in eccleſiam,*

INNOCENTIVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei*, cariſſimo in Chriſto filio, CAROLO *imperatori Romanorum ſemper Auguſto, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* Dilectus filius *Androynus monaſterii Cluniacenſis, Matiſconenſis* dioecoeſeos, quem ad te miſeramus, pro quibusdam noſtris & eccleſiae Romanae, cui, autore domino, deſeruimus, *negotiis*, quorum *promotionem* de tuo praecipue ſperabamus & ſperamus *auxilio*, ad nos pridie rediens; quantum eum *benigne receperis*, quantumque *amicabiliter* & *generoſe tractaueris*, quantum honoraris eundem, quantum ſibi circa huiusmodi negotiorum directionem & promo-

promotionem utile praestiteris auxilium & fauorem; seriose narrauit. Quibus omnibus diligenter auditis & inspectis etiam *imperialibus literis*, IMPERIALIBVS DIGITIS *exaratis*, magnas omnipotenti *Deo* gratias egimus, quod talem *uniuersae reipublicae principem* temporibus nostris praesidere concessit, qui *thronum Caesareae dignitatis* ac *imperiale fastigium* exornat moribus, decorat uirtute &, quod his omnibus maius est, sinceritate *fidei* & deuotionis puritate uenustat. Quicquid igitur circa huiusmodi negotia, ad laudem dei, honorem ac commodum ipsius ecclesiae, actum est, futuro tempore fore credimus *tuis studiis* effectum: nostraque suffragia tibi inuicem rependi pollicemur & uota tua, quorum defectus modestia & tempus est, creatoris tui, in cuius amore sancto constanter permanes, beneplacitis conformia, apostolicis, deo propitio! fauoribus prosequi sumus dispositi. Ceterum licet, multum fauorem praestans ipsi ecclesiae, in *collectione* ac *solutione census*, qui dicitur DENARIVS SANCTI PETRI, qui in terris POLONIAE ac aliis partibus, ditioni tuae ac regno tuo BOEMIAE subditis, ecclesiae praefatae debetur; eidem ecclesiae concessisti tuam, tam per literas tuas, quam per nuncios tuos, propensionem: quia tamen te tantum ad recuperationem huiusmodi officii, quantum idem *Abbas* asseruit, minime putabamus; illam hucusque distulimus. Sed nunc, tua circa eam affectione plenius cognita, huiusmodi literas tibi remittimus, quanquam multorum consilio in contrarium declinarint *beneplacitum tuum* nostris & ipsius ecclesiae fauoribus circa haec praesentes. Quaesumus ita magnitudinem tuam, fili carissime, ut nostrum & ipsius ecclesiae ad te *zelum*

& epistolam, imperialibus digitis scriptam

in fauorem

DENARII S. PETRI *in terris* Poloniae *&* Boemiae.

Qua causa omnino laudem meretur

purae caritatis attendens, molestam non habeas dilationem, quam circa huiusmodi restitutionem ingessit necessitas eiusdem ecclesiae, non uoluntas, nam maior est tuae fidei fauor & affectionis sinceritas erga ecclesiae memoratae negotia, quam posset literis comprehendi & plus de tuo, & successorum tuorum *fauore* confidimus, quam de cuiuslibet *scripturae obligatione* speremus. *Voluntas* enim libera praeualet & acceptior affectus est, quem gignit deuotio; quemque fides nutrit & sincera mens exhibet ad omnia promptior ea; quam coactio uel necessitas trahit inuiam. Sed tamen ut iurium ipsius *ecclesiae* fidem adstruas & conseruationi eorum fauorem adiicias, tuarum etiam testimonio *literarum*; ex confidentia paternae caritatis, deposcimus: ut iuxta ea, quae idem *Abbas* & dilecti filii BVRGHARDVS, BVRGGRAVIVS *& comes Madeburgensis*, MAGISTER AVLAE IMPERIALIS, per eorum, nobis, literas, intimarunt, recognitionis literas, super debito *census* ipsius, nobis sublimitas tua mittat. Datum *Auinionis* idus Februarius pontificatus nostri anno *quinto*.

Et licet sufficiat uoluntas in obligatione, malle se tamen litterarum testimonia.

Burchardo BVRGGRAVIO *Magdeburgico.*

Datum *1356.*

DIPLOMA XIII.

Indulgentia INNOCENTII VI. papae, qua Carolum IV. Caesarem ab incestu liberat, si quidem uxorem duxerit in *quarto* aut *tertio gradibus* consanguinitatis & adfinitatis *gradu secundo* CIↃ CCC LV.

INNOCENTII VI. PAPAE *1352 Carolo IV. imperatori indulget*

INNOCENTIVS, *episcopus*, *seruus seruorum dei*, *charissimo in Christo filio*, CAROLO, *Romanorum regi illustri*, *salutem & apostolicam benedictionem*. Eximiae deuotionis, quam ad nos & Ro-

Romanam geris ecclesiam, sinceritas promeretur, ut uotis tuis in his maxime, quae *serenitati tuae* opportuna cognoscimus, sacrorum *canonum* etiam mitigando *rigorem*, quantum cum deo possumus, fauorabiliter annuamus. Hinc est, quod, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, TE cum QVACVNQVE MVLIERE, TIBI QVARTO VEL TERTIO CONSANGVINITATIS AC AFFINITATIS AC SECVNDO ETIAM AFFINITATIS GRADIBVS & aliquo uel aliquibus ipsorum graduum coniuncta, quam tu, fili carissime, duxeris eligendam, *ut*, *impedimento*, quod ex *consanguinitate* uel *affinitate* prouenit, non obstante! *matrimonium* inuicem contrahere & in eo, postquam contractum fuerit, remanere, hac uice licite ualeas. Dummodo tu, *filii carissime*, per CONTRACTVM huiusmodi, te cum inimico uel *inimicis* eiusdem ECCLESIAE non coniungas, auctoritate *apostolica*, praesentium tenore, de SPECIALI GRATIA DISPENSAMVS; PROLEM ex huiusmodi suscipiendam matrimonio LEGITIMAM nunciantes. Nulli erga &c. DATVM apud *uillam nouam*, AVINIONENSIS dioeceseos, Kalend. Iunii, pontificatus nostri anno primo.

nuptias, remoto INCESTV canonico in IV aut III gradibus consanguinitatis & secundo adfinitatis

Liberosque *inde natos edicit legitimos.*

Datum 1352.

DIPLOMA XIV.

INNOCENTII VI. papae, quo CONFESSIONARIO imperatoris *Caroli IV.* indulget, absoluendi eum in mortis articulo ab omni peccato CIↃ CCC XLII.

INNOCENTIVS, *episcopus*, *seruus seruorum dei*, *charissimo in Christo filio*, *Romanorum regi*, CAROLO, *illustri salutem & apostolicam benedictionem*. Prouenit ex tuae deuotionis affectu, quo

INNOCENTIVS VI *Carolo IV. imperatori*

 nos

nos & Romanam ecclesiam reuereris, ut petitiones tuas, illas praesertim, quae animae tuae salutem respiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinati; ut CONFESSOR tuus, quem duxeris eligendum, omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contritus & ore confessus fueris, semel tamen in mortis articulo; plenam remissionem tibi in sinceritate fidei, unitate sacrosanctae Romanae ecclesiae ac obedientia, & de nostra uel successorum nostrorum Romanorum pontificum intrantium, persistenti autoritate apostolica, concedere ualeat, deuotioni tuae tenore præsentium indulgemus. Sic tamen, quod idem *confessor* de his, de quibus fuerit *alteri satisfactio* impendenda, iam tibi per te, si superuixeris; uel per heredes tuos, si tunc forte transieris, faciendam iniungat, quam tu uel heredes tui facere teneamini, ut praefertur. Et ne, quod absit, propter huiusmodi *gratiam* reddaris *procliuior* ad illicita inposterum committenda; uolumus, quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliquid forte commiseris; quod ad illa praedicta remissio tibi nullatenus suffragetur. Nulli ergo &c. Datum *Auinionis*, quarto Kalend. Martii pontificatus nostri anno primo.

indulget, ut eius CONFESSOR *in mortis articulo eum absoluat ab omnibus peccatis. Saluo iure satisfactionis uel a Caesare uel eius heredibus expectandae. Neue Caesar procliuior inde ad peccandum. Datum.*

DIPLOMA XV.

NISSENSIS ciuitas promittit *regi Boemiae auxilia* praestare, excepto casu, si *regi* bella cum *episcopo* Vratislauiensi, quem tum regi teneantur anteferre, ut dominum immediatum CIↃ CCC LI.

Noue-

NOuerint uniuersi praesentes litteras inspecturi: quod nos *Nicolaus* KELNER, *magister consulum*; nec non *Petrus* GROSCHNER, *Sidlinus* HOPPE, *Nicolaus* WINANDI & *Conradus* CARATZ, consules ciuitatis *Nissensis*, affectantes ex animo serenissimi principis domini CAROLI, *Romanorum regis semper augusti & Boemiae regis* nobis gratias attrahere & fauorem sperantes ex promotione ipsius nobis, ciuitati ac terrae *Nissensi* pacis & tranquillitatis commoda multiplicia prouenire sibi, heredibus & successoribus suis Boemiae regibus pro nobis & successoribus nostris de *speciali* & expresso *mandato* domini nostri *Pretzlai, episcopi* VRATISLAVIENSIS & consensu CAPITVLI eiusdem ecclesiae, bona & sincera fide nostra promittimus in perpetuum & spondemus: quod nullum penitus regem, principem uel potentem extraneum, utpote *extra Vratislauiensem* dioecesin constitutum, praedicto domino *Carolo*, seu ipsius heredibus & successoribus *Boemiae* regibus & etiam suis principibus, in ipsa *Vratislauiensi* dioecesi suos principatus & dominia habentibus, qui simul *uasalli* existunt; & etiam ciuitati *Vratislauiensi* & omnibus annexis ad ipsum regem & regnum pertinentibus, contrariari seu aduersari uolentem, in ciuitatem nostram *Nissensem*, perpetuis temporibus debeamus intromittere seu quocunque modo receptare in praedicti domini *Caroli*, heredum & successorum eius regum *Boemiae* ac dictorum principum uasallorum suorum & ipsius ciuitatis *Vratislauiae* dispendium; nec eisdem extraneis regibus, principibus & potentibus cuiuscunque conditionis seu status existant, aduersus dictum dominum Carolum, heredes ac successores suos Boemiae reges; nec non princi-

Consules ciuitatis Nissensis *ad gratiam demerendam regis Boemiae promittunt, mandato & consensu* episcopi *&* capituli *Vratislauiensis, nullum recipiendi extraneum, Carolo IV. regi hostem,*

pes uasallos ipsius ac etiam ciuitatem Vratislauiam praebere auxilium, consilium uel fauorem, eo saluo duntaxat & excepto, si *rex Boemiae*, qui illo tempore fuerit, dominos nostros *episcopos*, qui pro tempore fuerint, capitulum uel clerum illius & ipsorum bona, quod absit, forsitan publice impugnaret; tunc dictos dominos nostros *episcopos*, *capitulum* & *clerum* ipsius adiuuare tenebimur & eis, tanquam *dominis nostris* hereditariis, assistere modis omnibus pro posse. Et si aliquis uel aliqui principum uasallorum in dioecesi Vratislauiensi existentium, uel ipsa ciuitas Vratislauia ipsos dominos nostros episcopos, capitulum uel clerum ipsius molestare uel ipsis guerram mouere uel negotiis eorundem negotia sua opponere conaretur; tunc dominis nostris praedictis toto nostro posse similiter assistemus & nihilominus *rex Boemiae*, qui pro tempore fuerit, super eo, per praedictos nostros episcopos uel capitulum requisitus mandare tenebitur suis principibus, uasallis & ciuitati *Vratislauiae*, guerram ecclesiae Vratislauiensi mouere uolentibus seu mouentibus, ut ab impeditione huiusmodi quiescant omnimode, donec inter partes ipsas decernatur iustitia; & si principes ipsi uel ciuitas Vratislauiensis iustitia noluerint contentari; ex tunc ipse dominus *rex Boemiae* dominos nostros episcopos, *capitulum*, ecclesiam Vratislauiensem, nos, ciuitatem & terram *Nissensem* in iuribus suis tenebitur adiuuare. Sopitis uero & complanatis impugnationibus & aduersitatibus huiusmodi inter *regem Boemiae* seu *principes uasallos* suos & ipsam *Vratislauiensem* ciuitatem ex una; & dominos nostros *episcopos*, qui pro tempore fuerint, & *capitulum* parte ex altera; quotiens

Excepto casu, si Rex Boemiae *bella habeat cum episcopo & capitulo Vratislauiensi*

tum auxilia praestanda dominis immediatis, non primo seu mediato, regi.

tiens illud acciderit, tunc saepe dicto domino Carolo, nec non heredibus & successoribus suis regibus Boemiae ad praedictorum nostrorum promissorum obseruantiam perpetuis uolumus temporibus obligari. In cuius rei TESTIMONIVM *sigillum* ciuitatis praesentibus est appensum. Nos quoque *Pretzlaus*, dei gratia *Vratislauiensis* ecclesiae episcopus, una cum *capitulo* supradicto firmiter sperantes & tenentes indubie ex praedicti domini Caroli & heredum ac successorum eius regum Boemiae protectione, gratia & fauore nos, ecclesiam nostram ac singulares personas eiusdem ipsamque terram *Nissensem* continuis pacis & quietis proficere incrementis; praesentes litteras saepe dicto domino CAROLO, heredibus quoque & successoribus suis *Boemiae* regibus, nos mandasse dari recognoscimus; & in testimonium huius SIGILLVM *nostrum* & dicti *capituli* nostri praesentibus apponi iussimus seu appendi. DATAM *Nissae* anno domini CIↃ CCC LI. in die omnium sanctorum.

Assensus episcopi & capituli Vratislauiensis.

Datum 1351.

DIPLOMA XVI.

Abbatissa renuntiat suae hereditati in Glogouia accipitque *tutorem* seu potius *curatorem* ipsum R. CIↃ CCC LX.

NOS CONSTANTINA, ABBATISSA *monasterii in Tauza ordinis sanctae clarae, Cracouiensis dioeceseos*, notum facimus, tenore praesentium, uniuersis, quod nos, de protectione & defensione inclytorum & magnificorum principum dominorum *regum Boemiae* illustrium spem firmam & indubitatam fiduciam assumentes, animo deliberato, amicorum nostrorum consilio, freta, &

CONSTANTINA *abbatissa 1360.*

certa nostra scientia, serenissimum principem & dominum, dominum CAROLVM *IV. diuina fauente clementia Romanorum imperatorem semper augustum Boemiae regem, dominum nostrum gratiosum*, tanquam Boemiae regem nec non post eum heredes & successores suos Boemiae reges in casu, quo illustrem principem dominum *Bolkonem ducem* SLESIAE & dominum SVIDNICENSEM *fratrem* nostrum carissimum mori contingeret, super ciuitatibus *Glogouiensi* & *Rathumiensi* & castro *Tarnaw* & eorum districtibus, attinentiis & pertinentiis quibuslibet ac aliis rebus, quibuscunque etiam nominibus specialibus possent *expressari*, quae nobis a clarae memoriae olim illustri domino PRIMISLAO, *duce Slesiae & domino* GLOGOVIENSI *consorte nostra*, nomine DOTIS seu ueri DOTALITII data, assignata & deputata fuerint, nostros ueros & legitimos *maniburnos*, *tutores & defensores irreuocabiles* fecimus constituimus ac etiam tenore praesentium facimus & creamus, dantes nihilominus & concedentes praefato domino nostro *imperatori* tanquam *Boemiae regi* & post eum suis heredibus & successoribus Boemiae regibus & cuilibet in solidum plenam liberam & absolutam & omnimodam potestatem, post *mortem* tamen *fratris nostri* ducis SVIDNICENSIS, ut praefertur, nos in dictis bonis & eorum quolibet tuendi, defendendi & omnia ac singula alia in his necessaria uel opportuna faciendi & exercendi, quae ueri & legitimi *tutores*, *defensores* & *manburnii* facere possunt consuetudine & de iure; etiamsi talia essent, de quibus *speciale* in praesentibus necesse foret fieri mentionem, ratum & gratum perpetuo habiturae, quicquid ipse dominus noster imperator, tanquam *Boemiae rex* & post

in gratiam Regis B.

*renuntiat iuri hereditario & do*talitio *in* GLOGAV,

expressari,

munibur-dis *electis*, tutor *hic idem*, *qui* curator.

& libera potestas tutelaris

& post eum, dicti sui *heredes* & *successores* post mortem tamen fratris nostri praedicti fecerint in praemissis & quodlibet eorundem. Et quia proprio caremus *sigillo*, rogauimus & rogamus dilectas nobis sorores & conuentum monasterii nostri in *Tauza*, ut *sigillum* conuentus ipsius praesentibus apponant, in testimonium omnium praemissorum. Et nos, *sorores* & *conuentus* dicti monasterii in *Tauza* recognoscimus publice in his scriptis, quod ad rogatum dictae dominae nostrae abbatissae sigillum conuentus nostri pro testimonio & perpetua roboris firmitate omnium praemissorum adposuimus ad praesentes. *Datum* in monasterio in *Tauza*, anno domini MCCCLX. die prima mensis Februarii.

Carent sigillo utitur alieno.

Datum 1360.

DIPLOMA XV.

Hermannus C. de EBERSTEIN renuntiat nexui feudali, quo ipsi addicti fuere nobiles domini de *Plauen*, aduocati, ut illi regi Bohemiae post sint addicti CIↃ CCC XXV.

NOs *Hermannus comes de* EBERSTEIN, ad uniuersorum notitiam tam praesentium, quam futurorum cupimus deuenire, quod cum consensu & bona uoluntate fratris nostri dilecti *domini Ottonis*, *Hildesemiensis & Mindensis* ecclesiarum canonici atque maturo consilio fidelium nostrorum subditorum prius super eo habito, pro omnibus *feodis*, quae ad nos, in partibus seu terminis *Dobene*, ex morte progenitorum nostrorum & patruorum nostrorum, uidelicet: *Ottonis*, *Luduici*, *Conradi*, *Ottonis & Hermanni* atque ipsorum heredum, bonae memoriae & felicis recordationis! comi-

Hermannus C. de EBERSTEIN 1325.

soluit nexu feudali

comitum de *Eberstein*, hereditarie sunt deuoluta; cum nobili uiro *Henrico seniore* aduocato de PLAVEN, & suis heredibus, qui ipsa *feuda* una cum eorum progenitoribus a nobis & a nostris hactenus tenuerunt progenitoribus; composuimus amicabiliter & complete sub hac forma: quod praefatus nobilis uir HENRICVS, ADVOCATVS DE PLAVEN, suique heredes omnia praefata *feoda* in terris praedictis DOBENE sita deinceps ab inclyto principe domino IOANNE, *rege Boemiae* & suis successoribus regibus Boemiae cum pleno iure, sicut ipsa *feoda* a nobis & a nostris habuerunt & tenuerunt progenitoribus, nunc in posterum suscipere teneantur *titulo feodali*. Nam praefato *Henrico* & suis heredibus omne *ius feodale*, quod in supra dictis terris *Dobene* ad nos pertinere dignoscebatur, apud praedictum dominum IOANNEM, *regem Boemiae*, quaerere & suscipere, demandamus pleno iure. Ne autem super praemissis possit imposterum dubitatio suboriri aliqualis uel *quaestio nocitura*: praesentes literas saepe dicto HENRICO ADVOCATO de PLAVEN & suis heredibus dari fecimus, *sigilli* nostri munimine roboratas pro cautela temporis instantis & futuri. TESTES uero huius *ordinationis* & praedictorum *feodorum condescensionis* sunt honorabiles & religiosi uiri, qui ipsam condescensionem placitarunt, frater Henricus de *Schonbergk*, prior fratrum praedicatorum in *Plauen*, frater Ioannes de *Schwalbenbergk*, noster confessor de conuentu *Minden*, frater Henricus, ditus de *sexta feria*; & nobilis uir, auunculus noster, dominus Henricus comes de *Sladum* atque strenui milites Ioannes dictus *Pust*, Henricus de *Odir*, Ioannes *Fritze*, & alii quam plures fide digni, qui huic ordi-

Henricum de Plauen.

Aduocatum, Vogtium in Vogtia.

Vt Ioanni R. Boemiae illi sint deinceps addicti.

Dobene.

Aduocatus de PLAVEN.

Testes.

ordinationi interfuerunt. DATVM & *actum* in oppido nostro *Hermannsbergk*, anno domini M CCC XXVIII in die sancti Nicolai. Datum 1328.

DIPLOMA XVI.

ALBERTVS, Comes de *Hochberg* sua bona in *Brisgouia* ad *nigram sylvam* uendit Regi *Wenceslao* suscipitque ab eodem *in feudum* CIƆ CCC XC.

NOS ALBERTVS, *comes de* HOENBERGK, tenore praesentium notum fieri uolumus uniuersis tam praesentibus quam futuris, quod nos bona nostra, uidelicet castrum *Wiseneck* cum iuribus & attinentiis suis omnibus ad *montem sanctae Mariae* in *nigra sylua*, nec non uillas *Merdigensem*, *Tungensem* & *Keizeiten*, sita circa *Rhenum* in prouincia dicta *Brisgouia* cum suis etiam attinentiis, quae iusto hereditatis & *proprietatis* hactenus tenuimus, habuimus & possidemus titulo, *magnifico principi*, *domino* WENCESLAO *inclyto* REGI BOEMIAE & *marchioni* MORAVIAE, *affini nostro carissimo*, ementi pro se & heredibus suis uendidimus pro *quadringentis marcis* puri argenti, *Pragensis* ponderis, quas nobis ipse dominus *rex* soluit plenarie & fatemur nos, easdem *quadringentas marcas* ab eodem domino *rege* recepisse integraliter & in totum: transferentes ex nunc nostro & heredum nostrorum nomine ius & omne dominium, quod nobis & nostris heredibus competebat, uel competit in bonis praedictis, in dominum regem & heredes suos praedictos; cedentes eis libere de eisdem disponendi facultatem, ipsosque dominum *regem* & *heredes* suos, bonorum praedictorum *dominos* & *possessores*

ALBERTVS *C. de* HOENBERG, *cum consensu filii*, *castra & loca in* nigra sylua in Brisgouia WENCESLAO BOEMIAE *regi pro* 400. *marcis uendit.*

res legitimos & perpetuos facientes. Praefatus uero dominus *rex*, affinis noster cariſſimus, ſinceritatis ſuae affectum, quo nos pure amplectitur, generoſis erga nos indiciis declaraturus, *praedicta bona*, quae ſuperius exprimuntur cum ſuis *iuribus* antedictis, nobis & heredibus noſtris in *feudum* & *iure feudi* contulit & conceſſit, quae quidem bona fatemur nos ab eodem domino *rege* recepiſſe & tenere iure feudi, praeſtito eidem domino regi, tanquam domino noſtro, de obſeruandis ei & heredibus ſuis fidelitate & homagiis! *corporaliter ſacramento*; & obligantes nos & *Albertum*, *filium* noſtrum, praeſentem & *conſentientem* omnibus ſupradictis ac alios filios heredes ſeu ſucceſſores noſtros ipſi domino regi & heredibus ſuis nomine dictorum bonorum ad ea omnia, quae iura feudi exigunt & requirunt. In quorum omnium *teſtimonium* & robur perpetuo ualiturum praeſens inſtrumentum praefato affini & domino noſtro, *regi Boemiae* atque ſuis heredibus damus & tradimus noſtro *ſigillo proprio ſigillatum*. ACTA ſunt haec in *Miſenburgk* praeſentibus uenerabilibus Bernhardo de *Camentz*, Miſnenſis eccleſiae praepoſito, Rudolpho comite de *Habsburgk*, fratre Bartholdo de *Gepzenſtein*, & fratre Heluico de *Goltbach*, ordinis domus Teutonicae; nec non uiris nobilibus Hildprando, *mareſcalco*, Walthero dicto de *Bemswage*, Boluiſlao de *Bor*, Andrea de *Cantzebm*, Vdeſlao de *Zaſſaw*, Viſeborio de *Namos* & aliis pluribus tam *clericis*, quam nobilibus *laicis* Boemiae & Sueuiae. DATVM uero ibidem anno domini M CCC XC.

ſuſcipitque iterum in feudum a Rege Boemiae.

ACTVM. *Teſtes.*

Datum 1390.

DI-

DIPOMA XVII.

De DRESDENSIS urbis iuribus, pendentibus a rege *Boemiae* & inde contingentibus Marchionibus Misniae CIↃ CCC XLIV.

AD uniuerſorum notitiam nos HERMANNVS & FRIDERICVS iunior de SONBVRCH, *fratres*, tenore praeſentium uolumus peruenire; quod nos *caſtra* & *munitiones* ſeu *ciuitates* infra ſcriptas uidelicet DRESDEN, caſtrum & ciuitatem *Radeberg*, *caſtrum Tarant*, duo caſtra *Diſpoldis waldt*, ciuitatem *Willanstorff* ciuitatem & caſtrum *Libental*, & *Ottendorff* municionem per *excellentisſimum dominum noſtrum* VENCESLAVM, *regem Boemiae*, *ducem Cracouiae*, *Sandomeris*, *marchionemque* MORAVIAE, magnifico uiro, *domino Fridrico*, filio quondam *illuſtris domini Henrici*, MARCHIONIS MISNENSIS & ORIENTALIS *in feudum* collata nobisque iuxta ordinationem inter eosdem dominum *regem* & *Fridericum* ſuper hoc habitam, cuſtodienda & ſeruanda in expenſis dicti domini *Fridrici* praedicti domini *regis* ac heredum ſuorum nomine *commiſſa* & *aſſignata* pro rege ipſo ac heredibus eius diligenter ſeruare promittimus & fideliter cuſtodire, &, ſi contingat per mortem dicti *Fridrici* ſine legitimis filiis decedentis uel alia cauſa legitima, ipſius Fridrici uel heredum ſuorum temporibus *feudum* praedictum *uacare*, ſtatim caſtra, ciuitates & municiones praedictas eidem *domino noſtro regi* & heredibus eius *reſignauimus*, occaſione ac difficultate qualibet procul mota. Hoc, de ſaepe dictorum domini *regis* & *Fridrici* uoluntate, addito expreſſe: quod ſi alterum noſtrum contingat decede-

HERMANNVS & frater de Sonburch 1344. DRESDEN & alia oppida a Boemiae R Marchioni MISNENSI collata, pollicetur custodire. mortuo Friderico

cedere; alter, qui *superstes* fuerit, uel nobis ambobus decedentibus; duo fratres nostri, *Fridricus* uidelicet senior & *Theodoricus*; uel eorum altero decedente; alter superstes ad tenendum ac seruandum ac custodiendum castra, ciuitates & municiones praedictas ac *resignandum* etiam *eidem domino regi* & suis heredibus teneantur, sicut nos tenemur, prout superius est expressum. Si munitiones, ciuitates & castra praedicta, sicut praemittitur, uacare contigerit & dictus rex, seu heredes eius non essent parati statim ea recipere, uel nos ipsorum *pecuniam* non possemus habere; promittimus, eis *ciuitates*, *municiones* & *castra* praefata, usque ad medium annum a tempore uacationis huiusmodi, eorum nomine, in expensis propriis fideliter custodire. In cuius rei &c. DATVM *Pragae* anno CIↃ CCC XLIV. secundo nonas Septembris VII. indictione.

tradere regi Boemiae

Datum 1344.

DIPLOMA XVIII.

Renuntiatio SVBPINCERNATVS officii Bohemiae regi facta CIↃ CCC XII.

FRIDERICVS de SONBVRCH

NOuerint uniuersi, praesentes literas inspecturi: quod nos FRIDERICVS HERMANNVS & FRIDERICVS, *fratres de* SONBVRCH, *bona & spontanea uoluntate nostra*, omnibus iuribus & actionibus, quae nobis in officio SVPPINCERNAE & in appendiis & pertinentiis eius, ex quacunque causa, competierunt, competunt ad praesens uel possent competere in futurum; & literis seu priuilegiis quibuscunque super his a *Romanorum* uel *Boemiae regibus* aut aliis quibuslibet personis, sub quacunque forma uel conceptione uerborum traditis seu concessis *renunciamus* expresse & de huiusmodi iuribus & actionibus serenissimo domino

supbincernae officium

a Romanorum regibus

mino noſtro, domino *Ioanni*, *Boemiae & Poloniae regi*, libere cedimus ac idem *officium* cum *ſuis pertinentiis* uniuerſis beneuole *reſignamus*; uolentes omnino: ut literae & priuilegia huiusmodi ſint *caſſa*, *irrita* & iuribus *uacua* & *nullam* de cetero, tam in iudicio, quam extra iudicium, roboris obtineant firmitatem; exceptis literis dicti domini noſtri, *regis Boemiae*, quas de *nouo* ſuper bonis ad dictum ſuppincernatum pertinentibus, ſub ſimili dato harum literarum, recepimus ab eodem. In cuius rei &c. DATVM *Pragae* VII. Kalendas *Octobris*, anno domini M CCC XII. *Conceſſum Regi B. reſignat.* *Datum Pragae 1312.*

DIPLOMA XIX.

Gens SPARENBERGIORVM reſignat uillas *Plintendorff* & *Vlrichsreut* Regi Boemiae ab eoque ſuſcipit in feudum CIↃ CCC XXVII,

N*Ouerint uniuerſi, praeſentium tenorem inſpecturi: quod ego Petzoldus de* SPARENBERGK *de bonis imperialibus, quae ad caſtrum meum* SPARENBERGK *ab imperio in feudo tenui* & teneo, duas uillas uidelicet *Plintendorff* & *Vlrichsreut*, habentes decem marcas reditus annuos, cum aliis ſuis iuribus & pertinentiis, in quibuscunque rebus conſiſtant, in magnifici & excellentis principis domini mei, domini IOANNIS, *Boemiae & Poloniae regis ac Lucemburgenſis comitis libere reſignans manus*, ab ipſo, meo, heredum ac meorum in ipſo caſtro ſucceſſorum nomine, recepi & me in *feodum* fateor recepiſſe, ut de ipſis uillis ego, heredes ac ſucceſſores mei praedicti in praefato caſtro, praelibati domini mei, *regis Boemiae*, heredum ac ſucceſſorum ſuorum, regum *Pezoldus de SPARENBERG 1327.* *duas uillas* *Ioanni R. Boemiae ac Poloniae reſignat,* *quas tenuit ab imperio.*

Boemiae, dici & esse *feodatarii* debeamus in perpetuum & *castrenses*. Harum mearum testimonio literarum. DATVM *Pragae*, anno domini M CCC XXVII. XIII. kalendas Aprilis.

Datum 1327.

DIPLOMA XX.

OBLATIO oppidi & munimenti in feudum sub pacto successionis hereditariae & foemineae ac liberae alienationis CIↃ CCC XXXIX.

WINCKLER 1339.

Ad *uniuersorum notitiam ego, Nicolaus* WINCKLER, uolo, tenore praesentium, perueni re: quod, non coactus uel aliqua necessitate compulsus; sed ex spontanea & bona mea uoluntate ac ex affectione speciali, quam ad *serenissimum dominum meum, dominum Ioannem*, BOEMIAE *regem* ac Lucemburgensem comitem habeo, omnia mea, scilicet *oppidum* & *munitionem* VALKENAW cum omnibus iuribus, quae in eodem iudicio bona fide teneo & possideo; & simul ea bona, quae in *iudicio Lompez* hereditarie habeo & possedi huc usque, cum *iudiciis, feodis, libertatibus, iuribus & pertinentiis suis* uniuersis, in ipsius *resignando manus*; ea *ab ipso recepi* & recipio in feudum &, facto sibi per me *homagio* fidelitatis, uolo de bonis iisdem (quae, licet *ex feodo* & *corpore regni Boemiae* existant, tamen alias ab eodem domino rege & *regno suo* praedicto non dependebant *in feudum*) ex nunc in antea ipsius domini regis *homo* & *uasallus* esse de cetero & censeri. Ipse etiam dominus rex *subiectioni meae* in hac parte uolens occurrere generose, mihi *bona* praenotata cum *iudiciis, feodis, libertatibus, iuribus* & *pertinentiis* suis uniuersis,

Regi Boemiae

oppidum & iudicium, bona hereditaria,

resignat

ab eoque illa recipit in feudum,

nouus homo & uasallus regis,

uerſis, quibus ego illa tenui & mei praedeceſſores bona eadem tenuerunt, in *hereditarium feudum*, ſuo, heredum ac ſucceſſorum ſuorum Boemiae regum nomine, iterato *contulit* & *donauit*, per me & heredes meos tenenda, habenda & perpetuo poſſidenda pacifice & quiete taliter, ut, ſi ego absque *filiis legitimis*, quod abſit! deceſſero, ex tunc *filiae meae*, ſi quas, nutu dei habuero, bona praefata omnia, ut, praedicitur, hereditarie habere & poſſidere debeant uere *& titulo feodali.* Ex *dono ſuae gratiae ſpecialis* decreuit etiam ſerenitas *regalis* mihi gratiam facere ſingularem, uidelicet: ut, ſi bona eadem cuipiam ſeu quibuspiam inpoſterum *uendidero*, *donauero*, *permutauero* ſeu in *uita* uel in *morte legauero* aut per alium modum quemcunque in alium uel alios eadem bona transtulero; quod tunc ille uel illi, ad quem uel ad quos bona ſupradicta peruenerint, illa eo iure, quo ego tenui, tenere & poſſidere debeant; ſaluo ſemper *iure feudi* in bonis eisdem domino meo, regi praedicto, heredibus & ſucceſſoribus ſuis praelibatis ex nunc & in antea competente. Sub harum, quas meo & *nobilium uirorum*, dominorum TROST WINKLER, fratris mei, Nicolai de VALLE, *Petri* PLICK, nec non ciuitatis *Cubitenſis ſigillis* procuraui ſigillari, teſtimonio literarum. DATVM *Pragae*, anno domini MCCCXXXIX. in octaua feſtiuitatis corporis Chriſti. Et nos *Troſt* WINCKLER, Nicolaus de *Valle*, Petrus *Plick* nec non *iudex* & iurati *Cubitenſis* ciuitatis praenotati, ad inſtantias & preces domini Nicolai *Winckler* antedicti in teſtimonium omnium praemiſſorum &c. Datum loco, die & anno praenotatis.

ſed tamen ſub indole feudi hereditarii & foeminei

ac alienabilis

Sigilla.

Datum 1339.

DIPLOMA XXI.

Oblatio feudi pro pecunia, a nouo domino soluta nouo uasallo CIↃCCC LIV.

KEMNATER regi B. pro LX. gr. septimanalis pecuniae, Wochengeld,

EGo *Conradus*, *dictus* KEMNATER, *notum facio uniuersis*, *praesentes literas inspecturis*: quia serenissimus princeps & dominus, dominus CAROLVS, *Romanorum & BOEMIAE rex*, meus dominus generosus, mihi *quadringentas sexagenas* grossorum denariorum *Pragensium* de *septimanali sua pecunia* in montibus *Cutnis* super festo pentecostes, proxime nunc uenturo, tollendas per suas patentes literas deputauit; ego domino meo, regi praedicto uiceuersa promitto pro me, heredibus & successoribus meis firmiter & sincere, quod, cum easdem 400 sexagenas de praedicta

in feudum offert

septimanali pecunia domini mei regis plene percepero, ipsas cum augmento siue additamento pecuniae meae *propriae ducentarum* quinquaginta decem & septem sexagenarum, eiusdem numeri & monetae in emtionem bonorum siue redituum in

Sulzbach.

districtu & dominio *Sultzbach* sitorum conuertam, eademque bona & reditus, meo, heredum & successorum meorum nomine, ab ipso domino meo rege praedicto suscipiam & suscipere tenebor, tenenda a saepe dicto domino rege, heredibus & successoribus suis & a *corona* regni Boemiae in perpetuum iure & *titulo feodali*. In cuius

Datum 1354.

rei testimonium &c. Datum *Franckfurt* anno MCCCLIV. feria ante festum purificationis beatae uirginis proxima.

DIPLOMA XXII.

Promissio *fidelitatis ligiae* a Camerario

rio regni Boemiae aduerſus quemcunque hoſtem regis Boemiae CIↃ CCC XV.

EGo *Petrus de* ROSEMBERGK, ſummus regni Boemiae *camerarius* ad uniuerſorum notitiam tenore praeſentium cupio peruenire: quod sereniſſimo domino meo, domino IOANNI, BOEMIAE & POLONIAE *regi illuſtri ac comiti Lucemburgenſi*, uice & nomine praeſtiti *iuramenti! corporali fide* promiſi & promitto *adhaerere, adſtare* & ſibi *ſeruire* totis uiribus meis & toto poſſe meo, quod habeo & habere potereo, tanquam meo uero, legitimo & *naturali domino*, contra omnem hominem *nullo excepto*, uiriliter, fideliter & conſtanter quotienscunque & qualiter per ipſum uel ex parte ſui fuero *requiſitus*; nec, ad alicuius conſilium uel ſuggeſtum, ab ipſius domini mei regis fidelitate ac ſeruitiis, uerbo uel facto, publice uel occulte, toto uitae meae tempore ex aliqua occaſione uel caſu *reſiliam* uel *recedam*. Sed quia cum quibusdam *amicis meis*, uel de ferendo inter nos mutuo ſubſidio uel iuuando nos viciſſim contra *omnem hominem* me firmaui, promitto modo, quo ſupra: quod ſi eosdem contra dominum meum regem praedictum *rebellionis calcaneum* erigere contingeret & ipſi forſitan ſpiritu ſeducti impudentiae, praefato meo domino *regi* obedire renuerent & ſeruire: tunc, *gratiae domini mei regis* memor! non obſtante compromiſſione illiusmodi inita, ut praemittitur, cum iisdem ipſum dominum meum regem iuuabo & ſibi adhaerere & aſſiſtere uolo & promitto, quemadmodum ſuperius exprimitur, contra ipſos. In cuius rei &c. DA-

Petrus de ROSENBERG 1315. camerarius Boemiae

B. regi iurat fidelitatem & ſeruitia

aduerſus quemcunque,

nullo excepto.

Datum 1315. TVM *Pragae*, VII. kalendas Decembris, anno domini MCCCXV.

DIPLOMA XXIII.

Oblatio plurium locorum in feudum Regi B. facta, ritu cessionis & acceptationis a nouo domino atque redditionis ac susceptionis in feudum a nouo uasallo. Saluo iure dotalitii uxoris CIↃCCCXXVII.

OTTONES de LOBDEBVRCH de BORGOW 1327. *Regi Boemiae & Poloniae de bonis pluribus*

NOs *Otto senior & Otto iunior*, *fratres de* LODBVRCH, dicti de BORGOW, recognoscimus tenore praesentium & fatemur: nos *magnifici* principis domini *Iohannis*, regis *Boemiae* & *Poloniae* ac comitum *Lucemburgensium*, matura deliberatione super eo praehabita, de *bonis* nostris infra scriptis, uidelicet antiquo & nouo *Seberg* & ciuitate nostra *Belina* cum castro ibidem & omnibus bonis & hominibus, ad ipsa uel ad ipsam spectanctibus, munitionibus, uillis, homagiis, allodiis, agris, cultis & incultis, siluis, rubetis, pratis, pascuis, piscinis, piscationibus, uenationibus, aquis, molendinis, censibus, reditibus, fructibus, honore, dominio, iure patronatus ecclesiarum cum omnibus aliis iuribus & pertinentiis suis, in quibuscunque nunc uel in futurum rebus consistant, *factos* esse *feudales* & *uasallos* &, eorum *resignatione* in suis sponte facta *manibus*, ea *ab ipso*, pro nobis, heredibus & successoribus nostris, huiusmodi bonorum nostrorum dominis seu possessoribus *in feudum recepisse*, sibique fidelitatis ac homagii seruandum perpetuo *iuramentum* corporaliter praestitisse, promittentes, sub eodem praestito iuramento, quod ipsi

factos se esse feudales & uasallos.

domi-

domino nostro regi suisque heredibus & successoribus *Boemiae regibus* tanquam uero domino seu ueris dominis nostris nos heredes ac successores nostri, quicunque praedictorum bonorum domini seu possessores fuerint, uelut eorum uasalli & *feodales* cum omni fidei constantia & debita *promptitudine* semper in antea *intendemus*; eo saluo, quod *uxoribus* nostris *legitimis* duo *milia marcarum* grossorum denariorum *Pragensium* & nihil amplius, *sexaginta quatuor grossos* pro *marca* qualibet computando, in supradictis seu omnibus aliis bonis nostris, castris & ciuitatibus duntaxat exceptis possimus *dotalitii* nomine uel *donationis propter nuptias* assignare, quae quidem bona pertineant ad heredem uel heredes nostros utriusque *sexus*, ita quod si *filium* uel *filios* non habuerimus; ex tunc *filia* uel *filiae* nostrae legitimae in huiusmodi bonis nostris succedere ualeant pleno iure in praefata summa *pecuniae* exsoluta ad eum uel eos, seu etiam eam uel eas denuo reuertentur possidenda semper per ipsum uel ipsos, ipsam uel ipsas a domino nostro rege, heredibus & successoribus suis memoratis *titulo feudali*. In quorum omnium &c. DATVM *Pragae* anno domini MCCCXXVII. septimo idus Iunii.

Vxoribus prospectum de dotalitio. Pro marca LXIV. gr. & hereditate filiarum.

Datum. 1327.

DIPLOMA XXIV.

Litterae INAVGVRATIONIS Friderici Burggrauii NORIBERGENSIS, ab ALBERTO I. Caesare CIↃCCC.

ALBERTVS *Dei gratia* ROMANORVM *Rex semper Augustus*, Vniuersis praesentem litteram inspecturis salutem & credere subnotatis. Regalis praeeminentiae requirit honestas, ut singulos & uni-

ALBERTVS I imperator an. 1300.

& uniuerſos nobis deuote & fideliter famulantes dignis debeamus praemiorum retributionibus praeuenire, ut ſpe remunerationis ceteri ad noſtra & Imperii obſequia confidentius animentur. Notum igitur eſſe uolumus & praeſentibus publice proteſtamur, quod nos aduertentes deuotionem & fidelitatem dilecti nobis FRIDERICI *Burggrauiae de* NVRENBERG uniuerſa bona infra ſcripta; uidelicet COMITIAM *Burggrauii in Nurmberg*; CASTRVM quod tenet ibidem, CVSTODIAM PORTAE ſitae prope idem caſtrum, IVDICIVM PROVINCIALE in *Nurmberg*, cui etiam VICE IMPERATORIS omne Iudicium iudicans praeſidebit, *officialis* etiam eiusdem *Burgrauii*, una cum *Sculteto noſtro* in ciuitate *Nurnberg iudicio* praeſidebit & quicquid *emolumenti* de ipſo iudicio, uel per *homicidium* uel quemcunque caſum alium peruenerit, idem officialis *duas partes* eiusdem lucri per ſe tollit dictoque Burgrauio quaeque *fabrica* in Nurinberg ſoluet *unum ſolidum* annuatim; Cenſum quoque tollet de omnibus *areis* ab *altera parte pontis*, & de quolibet tempore *meſſis* unum meſſorem, tertiam *terram*, tertiam *arborem* de *foreſto* ac omnia ligna iacentia in eodem, officium FORESTI ab iſta parte pontis cum ſuis attinentiis; Villam *Werde*, Villam *Puch*, oppidum *Schwand*, Caſtrum *Cruſen*, aduocatiam *Coenobii in Steina*, Redditus decem librarum denariorum de officio *Sculteti* in Nurinberg, *decem libras* de *thelonio* ibidem cum reliquis *feudis*, quae idem & ſui progenitores a noſtris anteceſſoribus habuiſſe dignoſcuntur: *titulo* FEVDALI in feudum duximus concedenda. Ad maiorem itaque obſeruantiam praemiſſorum, & roboris firmitatem, ſcripta praeſentia noſtri SIGILLI charactere iusſimus roborare.

Fridericum Norimbergensem Burggrauium inaugurat
1) comitia
2) caſtro
3) cuſtodia
4) iudicio prouinciali,
5) iudicio in urbe
6) ſportulis
7) cenſu.
8) telonio.

DATVM

DATVM apud *Argentinam*, Idus Maii, Indictione XIII. Anno Domini M CCC. Regi uero nostri Anno II. *Datum 1300.*

DIPLOMA XXV.

Priuilegia, quibus *Friburg* ciuitatem muniuit BOLCO, dux FVRSTENBERGENSIS & SCHWEIDNIZENSIS CIↃ CCC XXXVII.

IN Nomine Domini Amen. Nos BOLCO *Dei gratia Dux Silesiae*, *Dominus de* FVRSTENBERG *& in* SCHWEIDNITZ. Ad uniuersorum praesentium & futurorum notitiam uolumus deuenire: Quod donamus & conferimus nostrae Ciuitati *Friburg* omnia *iura* & *consuetudines* habitas ex antiquo more IVRIS FRANCONIAE & TEVTONICALIS: Primo & principaliter, quod ipsa Ciuitas *Friburg* habere debeat omnia *iura ciuilia* plenarie & perfecte, usque ad Gades & Grenicias Villae *Gunzendorff*, & usque in medium Villae *Polznitz*, ueluti aliae Ciuitates, sitae in nostro *Ducatu*, habeant, in eorum metis, *Gadibus* & *Greniciis*, ita, quod omnes eius incolae *ciuilia iura* habentes, *pannos* & *stamina* non falsificata, cuiuscunque ualoris & coloris fuerint, licite possint uendere & *incidere* per *ulnas*, ulnatim uel integre. Extranei autem *forum* ibi quaerentes, debent adducere *Stamina* qualiacunque & uendere sine *incissura*, uti fecerunt ab antiquo. Item conferimus, quod hae *Villae*, uidelicet quod una pars *Cirlae* sita ex ista parte aquae uersus Ciuitatem *Friburg*, tota Villa *Polsniz*, tota Villa *Adlingsbach*, tota Villa *Saltzborn*, tota Villa *Sibotendorff*, tota Villa *Libichae*, & tota Villa *Cunzendorff*, omni iure in dictam *Ciuitatem* debeant pertinere, sicuti antiquitus pertinebant & quod in

BOLCO *D.* Furstenberg & Schweidnitz,
Friburgum iuris
1] Franconiae
2] Teutonicalis,
in grenzen,
habeat ius,
pannos & stamina
uendere per ulnas.
Extranei im gantzen.

in eisdem uillis & etiam aliis a dicta Ciuitate infra *milliare circumferentialiter situatis* non debeat haberi *taberna* aliqua, nec aliquis *operarius*, nociuus ciuitati, sicuti: *Pistores*, *Sutores*, *Carnifices*, *Sartores & Fabri* & praecipue in *Cirla*, ubi taberna ab antiquo habita quatuor *macellis* est exempta. Donamus etiam praefatae Ciuitati liberum officium, quod *Bierschrott Amacht* dicitur, & unum *rubum* liberum in omnibus metis *Gadibus* & *Greniciis*, sicut iacet & iacuit ab antiquo, ad usus proprios, sicut placet, conuertendo, eorumque pecora in dictum *rubum* pellendo, sine impedimento. Et quod *grex* pecudum & pecorum eorum licite possit pelli pro querendis pascuis super agros *Polsnicensium* uersus Castrum *Furstenberg* usque ad ipsum Castrum & metas eiusdem Ciuitatis. Damus etiam & conferimus, quod *lapicida* habens montem circa *Saltzborn*, in quo molares franguntur, debeat morari inibi iure ciuili, & depositionem, quae *Muhlstein Niederlage* dicitur, ibi habere debeat, uti fuit ab antiquo. Donamus etiam, quod nullus in eadem ciuitate iura ciuilia habentium debeat citari ad aliquod *iudicium Curiae*, nisi se traxerit, sicut iuris est, nostro in Ducatu. Et quod quiuis Ciuis, Scultetus, Rusticus, uel quicunque in eandem ueniens Ciuitatem unicuique de obiectis coram iudice debeat respondere: Nec non quod stratam & uiam nullus marcatorum, negotiatorum & Vectorum debeat pergere uel ambulare, sed transciuitatem supradictam. Insuper damus & promittimus dictae Ciuitati, quod ipsam per nos aut per nostros successores nolimus alicui *tradere obligando* uel uendendo, vel per alium modum quemcunque, alienando ad manus alienas, de quo possit uili-

Cum iure prohibendi tabernam infra milliare & opifices.

Cereuisiario commercio.

Pascua.

Lapicidina.

& lapidis molaris *stapula.*

Aduersus aliena tribunalia.

De non alienando ciuitatem.

tilipendi, aut aliqualiter peiorari. Super quo præsentes nostro SIGILLO *maiori* fecimus roborari. *Actum* & datum *Landeshutt* feria tertia post laetare Anno Domini M CCC XXXVII. Praesentibus fidelibus nostris Dominis Joh. de *Cirna*, nostro Judice Curiae, Conrado de *Reibnitz*, Conrado de *Cirna*, Ottone de *Ronau*, militibus, Heinrico de *Jemniz*, Ioh. Aduocato in *Landeshutt* & Thammone de *Schellendorff*, nostro *Protonotario*, qui praesentia habuit a nobis in commisso. *Actum 1337. Testes.*

DIPLOMA XXVI.

Carolus IV. an. 1347. confirmat ordini sacrae militiae *Teutonicae* priuilegia, data a Friderico II. imperatore CIↃ CCXXI.

CAROLVS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & BOEMIAE Rex &c.* Ad perpetuam rei memoriam: Cum conditiones personarum & hominum nostrae mentis oculis intuemur & solicita meditatione pensamus, id nostrae considerationi necessitate occurrit, quod hi prae caeteris sint uberioris gratiae munere prosequendi, qui blandimenta, commoda & honores huius Seculi respuentes, deuote se Dei seruitiis dedicarunt. Sane ad *nostrae Maiestatis* accedentes praesentiam, Venerabiles Walframus de NELLENBVRG, Praeceptor Alamaniae & Bertholdus *Burggraauius* de NVRENBERG, *Prouincialis Franconiae*, fratres *Hospitalis* Sanctae *Mariae* Ierosolimitanae Domus Teutonicae exhibuerunt nobis quoddam priuilegium diuae memoriae FRIDERICI *Secundi Romanorum* Imperatoris praedecesso- *CAROLVS IV. IMPERATOR 1347. confirmat in gratiam principum priuilegia.*

cessoris nostri, culmini nostro humiliter supplicantes, quatenus idem priuilegium de *uerbo ad uerbum approbare*, ratificare & confirmare de benignitate Regia dignaremur, cuius quidem priuilegii per omnia dignoscitur esse tenor talis: *In nomine Sanctae & indiuiduae Trinitatis Amen.*

FRIDERICI II. 1221.

FRIDERICVS II. *diuina fauente clementia* ROMANORVM *Imperator*, *semper Augustus*, *& Rex* SICILIAE *&c.* Inter alia pietatis opera, quibus Imperialis dignitas uberius exornatur, liberalitas obtinet Principatum, illa praecipue, quae ad utilitatem & commodum locorum *Venerabilium* exercetur.

quo in fauorem piae causae

Nam si a terreno Principe particula datur illius interuentu, qui affluenter tribuit uniuersa, quod dat, ad eum cum foenore multo reuertitur, maxime cum per hoc uidetur, quod pro terrenis aeterna prouida meditatione mereatur. Eapropter notum facimus *uniuersis Imperii fidelibus*, tam praesentibus, quam futuris, quod nos meditatione piissima attendentes, qualiter *Sacra domus* HOSPITALIS *Sanctae Mariae* TEVTONICORVM *in Ierusalem* a praedecessoribus nostris pietatis intuitu propagata in multiplices fructus prodiit fide dignos, & a diuo quondam Imperatore HENRICO inclytae recordationis *Patre nostro rebus ac libertatibus praemunita* & incrementum suscepit spiritualiter, & temporaliter Dn. famulando, & ad nostram *Magnificentiam fratrum dedicatorum* ibidem ad diuina seruitia cum fide deuotio semper creuit, nec non celebrem uitam & honestae religionis cultum, quibus dilectus nobis in Domino frater HERMANNVS MAGISTER DOMVS HOSPITALIS eiusdem & fratres sui clarere noscuntur, labores etiam & sudores assiduos, quos pro fide Christianorum & gloria sustinent, incessanter aeternae retri-

& ordinis equestris sacrae militiae Teutonicae,

retributionis intuitu, & pro remedio animarum progenitorum noſtrorum,memoriae recolendae, & pro noſtrae ſalutis & gloriae incremento,temporum fauori & profectui intendentes, eandem *Sacram domum* & ab ipſa quoslibet deriuatos Fratres & Confratres ipſorum,cum omnibus bonis ſtabilibus & mobilibus, quae per totum Imperium noſtrum rationabiliter poſſident in praeſenti, & quae in antea, dante Domino, iuſto titulo poterunt adipiſci: Nec non *ſubditos* eorum, eiusdem legationem atque negotia exercentes, ſub *ſpeciali protectione ac defenſione noſtra* recipimus & eidem domui perpetuo confirmamus omnia priuilegia & ſcripta quaelibet, tam a parentibus noſtris, quam a nobis ſibi pia liberalitate conceſſa. Nec non etiam *Caſtra*, *Caſalia*, *homines & poſſeſſiones*, quae donatione Regum, conceſſione Principum & oblatione fidelium, ſiue quolibet alio iuſto titulo eſt adepta, uel in futurum poterit adipiſci: Eximentes ipſas ab omni datione, *collecta* ſeu *exactione*, ab omni *angaria* & ab omni onere cuiuslibet ſeruitutis; concedimus etiam eidem *Sacrae domui de munificentia liberali*, *libertatem aquarum*, *herbarum & lignorum*, utique per proprias Imperii noſtri terras, ad ſuarum domorum uſum & utilitatem & ut de ipſis per totum imperium nihil ratione *portatici*, *plateatici*, *falangatici*, *ripatici*, *Theolonei*, uel alicuius alterius exactionis & iure *conſuetudinis* ſeu *ſtatuti*, in terra uel mari, ſiue *fluminibus* ſoluere teneatur, ſeu etiam aliis aquis: firmiter ſtatuentes, ne quis fratres praedictos de *tenimentis & poſſesſionibus Hoſpitalis* eiusdem ſiue Iudicio & Iuſtitia praeſumat aliquatenus *diſſazire*. De abundantiori quoque gratia noſtra eidem domui

quam recipit in protectionem ſingulatim,

firmat omnes donationes ei factas.

Immunitate addita a collectis; uectigalibus

In tenementis & poſſeſſionibus.

&fra-

& fratribus suis concedimus & perpetuo confirmamus, ut, quicunque aliquid de bonis imperii *nomine feudi* tenet, possidet licenter & libere, tanquam proprium conferre ualeat eidem *domui Hospitali*. Statuimus igitur & authoritate praesentis Priuilegii praecipimus firmiter uniuersis, ne aliquis memoratam domum & fratres ipsius super praedictis omnibus aliquatenus *molestare* praesumat; Quod qui praesumserit, in suae temeritatis uindictam *centum libras auri puri componat*; Medietatem Camerae nostrae, & alteram medietatem passis iniuriam persoluendam. Ad cuius rei certam euidentiam & perpetuam firmitatem praesens priuilegium fieri & *bulla aurea Typario nostrae Maiestatis* impressa iussimus communiri. Huius rei *Testes* sunt Vlricus *Patauiensis* Episcopus, Albertus *Tridentinus* Electus Ludouicus Dux *Bauariae*, Comes Palatinus *Rheni*, Hermannus Marchio de *Hochenburg*, Reinaldus Dux *Spoleti*, Fridericus Comes de *Brenen*, Comes Euerhardus de *Helffenstein*, Bertholdus Comes de *Sancto monte*, Comes Ernestus de *Welfecke*, Comes Conradus de *Werdecke*, Anselmus de *Iustingen*, Imperialis Aulae *Marschalcus*, Bertholdus de *Aleuelt*, Conradus de *Wobre*, *Rerde*, *Wagen*, Sibertus de *Vlmiae*, Hertwicus *Magister Coquinae*, Cunstingus *Marschalcus* & alii quamplures. ACTA sunt haec anno Dominicae incarnationis *Millesimo Ducentesimo uigesimo primo*, mense Aprili, Indictione nona, Imperante Domino nostro *Friderico secundo* Dei gratia Inuictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, & Rege Siciliae. Anno Romani Imperii eius primo, Regni uero Siciliae uicesimo tertio, feliciter Amen. DATVM Tarenti Anno, mense, indi-

Iura acquirendi feuda S. R. I. sine consensu imperatoris.

Aurea bulla.

Testes.

Acta 1221.

Datum eodem tempore.

indictione praescriptis. Nos considerantes sincerae deuotionis feruorem & purae fidei immotam constantiam, quam tam *Praeceptor* & *Prouincialis* praedicti, & praedecessorem eorum, quam Ordo ipse domus Teutonicae ad Sacrum Romanum Imperium semper gessisse & gerere, feruenti desiderio dignoscuntur: Supplicationibus quoque *Praeceptoris* & *prouincialis* praedictorum fauorabiliter annuentes, dicti *Friderici* Imperatoris praefatum priuilegium, prout de *uerbo ad uerbum* praesentibus est insertum, praedictis fratribus, ac ipsi domui Theutonicae, ac uniuersis & singulis eorum confratribus, aut confraternitatem cum eis habentibus, nec non uniuersa & singula *Priuilegia*, *iura*, *libertates*, *immunitates*, *largitiones*, *donationes*, *concessiones & gratias*, *bonas insuper consuetudines*, *quae a Nobis uel aliis Romanorum Principibus*, *Regibus seu Imperatoribus praecessoribus nostris*, *hactenus habuerunt*, possederunt uel obtinuerunt, uel quae in praesentiarum possident, habent uel obtinent, aut quibus usi fuerunt, *approbamus*, *ratificamus*, *ac de nostra certa scientia praesentis scripti Patrocinio confirmamus & de nouo concedimus & innouamus*, *de* NOSTRAE REGIAE PLENITVDINE POTESTATIS. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostrae approbationis, ratificationis, confirmationis ac de nouo concessionis paginam infringere, aut ei ausu temerario contraire; contrarium facientes, grauem nostrae Maiestatis indignationem & poenam *centum* librarum *auri puri*, quarum medietatem fisco nostro, reliquam uero medietatem passis iniuriam applicari uolumus, se nouerint incursuros. In cuius rei *Testimonium* praesentes scribi & *Sigillo Maie-*

Ipsa confirmatio Carolina.

Sanctio aduersus uiolatores.

Sigillum maiestatis.

Datum 1347. *Maiestatis* nostrae iussimus communiri. DATVM *in Nurinberg* 14. Calend. Decembris Anno Domini M CCC XLVII indictione quadragesima quinta. Regnorum nostrorum Anno secundo. Et Ego Nicolaus Decanus *Olomucen*, Aulae Regiae *Cancellarius*, uice & nomine Reuerendi Principis Domini *Gerlaci* Archiepiscopi *Moguntinensis*, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii, recognoui.

DIPLOMA XXVII.

BOLESLAVS, BOEMIAE dux, in salutem animae suae & parentum suorum monasterio BREVNOVIENSI donat bona infra scripta D CCCC XCIII.

BOLESLAVS D. BOEMIAE, *in salutem animae suae & parentum, donat monasterio* Breunouiensi, *a se condito, uillas* Brzeuniouam *cum familiis & terris,* Veleslauin, Stachou,

IN *nomine Domini Amen.* BOLESLAVS, *Dei gratia Dux* BOHEMIAE, *&c.* Notum sit omnibus & uniuersis, praesentibus, quam futuris; quod ego diuina *inspiratione* instructus, pro salute animae meae, parentumque meorum, *Breuprouiensi Monasterio*, a me & a a Venerabili *Patre* domino *Adalberto* episcopo PRAGENSI, ex praecepto domini *Ioannis Papae* laudabiliter constructo, ad sustentationem ibidem monachorum Deo seruientium, contuli uillam, *Brzeuniouа* nomine, ante ipsum monasterium, cum omni *familia* & *terra* sufficienti, ad montem incultum, ad meridiem tendenten, a biuio quodam, in quo praeciduntur molares, *Schrenouice* dicto, per directum usque ad *Lesce*, & a Lesce usque ad saxum, quod positum in uia, per quam uenitur ad ciuitatem *Pragam*: uillam etiam, qnae *Veleslabin* dicitur; cum omni *familia* ad *uineas* excolendas, terramque sufficientem, cum uilla adiacente, *Stachou* nomine; & montem alium incultum

tum a uilla *Trzessowic* tendentem ad uillam Luboca cum *sylua* adiacente Maleiow nomine: uillam quoque *Rusen* nomine, cum campis & pratis ad ipsam *pertinentibus*, & in uilla *Coromirtwicz* tres *animatores* cum terra sufficienti; in ciuitate quoque *Pragensi* decimum *forum*, & decimum *denarium* de iudicio, decimum hominem *captiuum*, & triginta *animatores* eorumque posteritatem, cum triginta *areis* ad diuersas *officinas* dispositis: *duo molendina*, sub ipso castro Praga, & de ipso flumine *Vultaua*, ad tria obstacula molendinorum, in eodem loco: uillam quoque *Slauranem* nomine, cum hospitibus & ecclesia, ad quam de curia mea, Radocin, decimam de omni *prouentu* disposui: *piscatores* cum ipsa uilla *Scobowicz*, cuius termini sunt *Kraloua* hora, & duo riuuli *Dubna* & *Sala* cum flumine *Vultaua*: & altera parte fluminis eiusdem a *Bucuice* usque *Crestina* & usque ad viam, quæ dicitur *Slupczice*. *Decimam* quoque de omni *agricultura* de *Porzecze* & de omnibus *agris*, qui pertinent ad *Ribnik* & *mansum* in littore fluminis *Vultauae* ad horreum construendum & obstaculum in eodem loco, ad molendina aedificanda; *Lubczczich syluam* cum *piscatoribus* ac terram sufficientem cum flumine, a loco, qui dicitur Strabel, usque ad Poduidice. Item *uillam* Oipernich nomine & aliam Bunczicze cum omnibus suis attinentiis. In Curimensi vero prouincia duas *uillas*, unam *Trzebossouicz* prope *Saczka*, cum agris, pratis & paludibus, & aliam *Mraczenice* cum terra sufficienti intra syluam & extra per circuitum, Crech cum prato, in *Choczebus* ecclesiam cum terra sufficienti & monte *Ostrov* nuncupato. Insuper in *Lithomerziensi* prouincia obtuli uillam *Horidel* di-

cum uineis, syluis, iuribus; Rusen cum pertinentiis pecuniis, captiuis, animatoribus, areis officinalibus; 2. molendinis. Slauranen, cum omnibus prouentibus, piscatoribus. Scohowicz cum agris, mansis, syluis & reliquis uillis.

ctam cum hospitibus & sylua adiacente, cum paludibus & flumine *Ogm* usque ad *Albiam*, & uillam *Vlenzich* cum suis attinentiis. Praeterea statui, ut singulis annis in dedicatione ecclesiae supra nominatae *uillicus Pragensis*, quisquis fuerit, *300. denarios* persoluat, *lapidem cerae* ad luminaria eidem ecclesiae, *tres urnas* mellis, *triginta caseos* & *decem panes*: uillicus autem *Pisnienfis* prouinciae in Paschate *300. nummos* persoluat, in Pentecostes die 300. in festo sancti Michaelis 300. in natiuitate domini trecentos. Constitui etiam & ordinaui, ut in omnibus teloniis per Boemiam constitutis fructus decimae septimanae cedat ad usum *Brzeunouiensi* ecclesiae, uidelicet *Domazcelicych*, *Czalupich*, Na *Chlmucy*, Na *Sfternicy*, *Lithomeriych*, Na *Auftii* super Albiam: super haec apposui *decimum forum*, decimum *denarium* ex omni *iudicio* in his ciuitatibus, scilicet na *Slanem*, in *Plzen*, *Lithomerzicych*, *Chrudini*: placuit etiam & coram NOBILIBVS TERRAE firmiter decreui, ut omnes homines Breunouiensis ecclesiae, ab omni prouinciali iure seu lege liberi atque *exempti* permaneant, non ad eos pertineat *oppida aedificare*, non *pontes renouare*, non alicuius potentis personae *iudicio*, pro qualicunque causa, nisi coram suo *Abbate* astare, & omne iudicium quaerere: nec ipsi cogantur uenatores uel aliquos nobiles terrae hospitio *recipere*, nisi hoc fiat de bona ipsorum uoluntate. Reliquum similiter constitui & concessi, ut quicquid homines *Breunouiensis* monasterii per *aquas* totius Bohemiae, per uias ad usum monasterii duxerint, *ab* omni iure & debito *telenario* sint totaliter *exempti*, nihil omnino cuipiam persoluentes: hanc siquidem libertatem ad petitionem honorabilis

Legatis insuper: 300. denariis; lapide cerae; 3. urnis mellis; 30. caseis; 10. panibus, a uillico Pragensi praestandis, & 300 nummis a uillico Pisniensi singulis terminis exsoluendis.

& concessis iuribus aliis compluribus,

praecipue: 1] ne ullas praestent operas publicas; 2] in iudicium nullius trahantur, nisi abbatis; 3) ad receptionem uenatorum non teneantur;

4) immunes sint a uectigalibus, ceteriuque.

bilis uiri, domini *Adalberti*, episcopi Monasterio *Breunouensi* perpetuo concessam ac in scripto reductam, SIGILLI mei appensione communiui. & *confirmaui* confirmatamque super aram sancti Benedicti, abbati, manibus meis posui, rogans, ut omnes *ablatores* seu *inuasores* huius priuilegii, ipse dominus episcopus *excommunicaret*, quod facere non obmisit. DATVM per *manum* domini Christiani *fratris*, illustris. ducis Boleslai: anno gratiae D CCCC XCIII. in ipsa die dedicationis monasterii supra scripti.

Sigilli appensio contra inuasores, sub poena excommunicationis. D tum 993.

DIPLOMA XXVIII.

Fundatio & extructio ecclesiae maioris *S. Adelberti* in BREVNIOW, a duce BOEMIAE, BRETISLAO, facta. CIↃ XLV.

IN *nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen.* Notum sit omnibus Christianae fidei cultoribus, quod ego BRETISLAVS, Dei gratia dux Bohemorum, maiorem ecclesiam in BREVNIOV in honorem *S. Adalberti*, Bohemicae gentis *apostoli*, ob aeternum remedium animae meae parentumque meorum, domino cooperante construxi, & eidem nomine dotis has *uillas* cum *hominibus* & earum pertinentiis dedi donaui; uidelicet *Smilouice* & in uilla *Idezdachaeuicich* tres homines, *Podmoklech* octo homines, *Rakouicech* octo homines, *Budieiesticich* mediam uillam, *Nikouicich* dimidiam, *Segronicich* dimidiam: quandam etiam in *Zlicina Keien* nomine, cum omni *posteritate* sua, propter delictum *suspendio* iudicatam, addita terra, quae posteritate suae sufficeret, *seruituti* Ecclesiae *Brunouiensi* mancipatum. Et alium *uirum* Loben in Krzepenicz propter *furtiuam uenationem* similiter *patibulo* adiudicatum,

BRETISLAVS *D. Boemiae 1045. consulturus animae suae parentumque suorum; extruit ecclesiam; extructam dotat Cum* uillis *&* hominibus, *uillarum accessoriis. hominis posteritate, suspendio iudicati. uenatio furtiua, quomodo punita?*

 cum

cum *fex mancipiis* eidem monafterio dedi. Ita, ut domino Abbati & fratribus eius, fingulis annis quilibet illorum duodecim *denarios* perfoluat & *porcum* tenuem, bene paftum dent, femel in anno & pernoctationes & conductum, quoties expedit, domino *abbati* uel nunciis ipfius. Ob amorem quoque & memoriam *Guntheri* eremitae, qui me de facro fonte baptifmatis fufceperat, ipfum in ecclefia *Breunouienfi* fepeliendum, contuli eidem ecclefiae *circuitum* meum, in Pragenfi prouincia has uillas cum hominibus & terris, fyluis & pratis continentem, *Hedebice*, cum flumine *Harno* uel *Narno*, & curiam in *Vgezdcy* cum fuis attinentiis, *Doramzy* & *Galemcis* duos homines., *Nezamislice* & *Canicich* dimidiam uillam, *Kraymcze* & *Scodru*, *Duokotloky* & *Suoibicze*, *Schouicze*, cum flumine *Otaua*, cum molendinis & pratis, *Pfary* & *Krauolufiecze*, *Volofczouicze* & *Stankouice*, *Podmokli* cum telonio in *Brzeznicz*: in *Morauia* etiam quandam cellam in honorem fanctorum Petri & Pauli aedificatam, quam in quodam caftro deferto, cui nomen *Raigard*, conftruxi & eam fere in proxima uilla & telonio ibidem in ponte conftituto, uillis etiam & fyluis, fluminibus & pratis circumquaque adiacentibus fufficienter *dotatam*, ecclefiae *Breunouienfi* & domino *Meinhardo Abbati*, fuisque fucceffforibus dedi perpetuo poffidendam, cum omnimoda eiusdem cellae & fupra dictarum uillarum hominum libertate, quam *fereniffimus proauus meus* BOLESLAVS, quondam dux Bohemiae ad petitionem fancti Adalberti, omnibus hominibus Breunouienfis ecclefiae, per totam Bohemiam liberaliter dedit, ficut in priuilegio ipfius uidi contineri, uidelicet, ut omnes homines ecclecle-

Guntheri, patris luftrici fepultura.

DOS *ecclefiae* *fparfa per uillas Boemiae & Morauiae.*

Abbatiae eccle fiae MEINHARDVS.

Proauus ducis.

clesiae Breunouiensis, ab omni *prouinciali iure* seu *lege* liberi ac exempti, permaneant, non aedificent *oppida* nec *pontes* renouent, nullis *potentis* attent *iudicio*, nisi coram suo Abbate, nec recipiant *uenatores*, nec aliquos *nobiles terrae* in domos suos, nisi uoluntate uelint hoc facere, & quicquid per *aquas* totius Bohemiae siue per uias ad usum monachorum homines Breunouienses duxerint, ab omni iure telonario sint totaliter exempti, nil omnino ratione cuiusquam beneficii, persoluentes. Siquis autem successorum uel haeredum meorum, contra donationem meam ausu temerario contraire praesumserit, paternam maledictionem pro benedictione recipiat, & ultioni diuinae ac gehennae ignibus deputetur. Et ut mea donatio rata sit & firma, huic priuilegio SIGILLVM meum apponi praecepi, *praesente* domino Seuero, uenerabili episcopo *Pragensi*, qui desiderio meo annuens praesentibus *omnibus nobilibus* Bohemiae *donationis* meae fraudatores uinculo *anatematis* innodauit. *Datum* in urbe *Praga*, anno gratiae MXLV. decimo quinto Calendas Nouembr.

cuius homines sint exemti,
1) iure s. lege prouinciali.
2) ab operis publicis;
3) iudicio seculari;
4) seruitute recipiendi uenatores;
5) uectigalibus; reliquisque.
Protestatio solemnis: fraudatorem huius donationis anathemate percussum iri.
Datum 1045.

DIPLOMA XXIX.

Ecclesiae *Breunouiensi* priuilegia elargitur uaria Papa Ioannes DCCCCXCIII.

IOHANNES, *episcopus*, *seruus seruorum dei &c.* Cum igitur monasterium uestrum in ducatu *Bohemiae* primum, & *nouella* sit plantatio, sicut a uenerabili fratre nostro *Adalberto*, Pragensi episcopo *fundatore* eiusdem, praesente intelleximus; & dignum existat, ut idem monasterium, quod per domini misericordem prouidentiam florere coepit,

IOANNES *Papa R.* *993.* *in honorem monasterii nouiter* plantati,

coepit, a *fede apoftolica* honoretur, ipfius fratris noftri *Adalberti*, *Pragenfis* epifcopi precibus inclinati, uobis, uti in Chrifto *filiis*, *abbati* & aliis, qui pro tempore monafterio praefuerint, ut *chirotecis*, *manipulariis*, *fcandaliis*, *Balteaque* uti poffitis, autoritate praefentium indulgemus &, ut ecclefia ueftra *dignior* feu *maior* aliis monafteriis habeatur, decreuimus, ipfam CAPVT effe & MAGISTRAM in correctione, ac *reformatricem regularis* difciplinae, fuper omnia *clauftra* ordinis S. BENEDICTI, pofthaec in *Bohemia* conftruenda, *primumque locum*, poft *Pragenfem epifcopum*, tibi *Anaftafio abbati*, tuisque fucceſſoribus *canonice* fuccedentibus, fuper omnes & in omnibus concedimus habituram. Poft *obitum* uero abbatis, nemo ibidem abbatem inftituat, nifi quem ipfa congregatio *communiter* & concordi affenfu elegerit. Et tunc *Pragenfi epifcopo*, fi Catholicus fuerit, liceat *autoritate noftra* ipfum electum caritatis officio *confecrare*, *Simoniae* fcrupulo hinc inde quolibet penitus exclufo. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noftrae conceſſionis feu confirmationis *infringere*, uel ei aufu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praefumferit, *indignationem* omnipotentis dei, & beatorum Petri & Pauli *Apoftolorum* nouerit fe incurfurum atque cum *Iuda*, qui fufpenfus *medius crepuit*, & cum omnibus reprobis *aeternae damnationi* perpetuo fubiacere. Qui uero cuftodierint & obferuare uoluerint, quae praemiſſa & confcripta funt in praefato priuilegio, a mifericordiſſimo domino deo noftro delictorum fuorum ueniam, & uitam confequi mereantur aeternam. *Datum* & actum *Romae* 2 kalendas Iunii, anno incarnationis DOMINICAE DCCCCXCIII. *Pontificatus* noftri menfe octauo. DI-

abbati eiusdem indulget ufum chirotecarum cum reliquis fchematibus edicitque: ut haec ecclefia caput fit a Pragenfi proxima in Boemia uniuerfa.

Abbate mortuo, alium eligendi ius penes totam ecclefiam; fed legitime & communiter electum confecrandi penes Papam R.

Ne quis infringat hanc conceſſionem, fub poenis aeternis, Benedictum illis, qui papae decretum fequuntur.

Datum 993

DIPLOMA XXX.

BRZECZLAVS, D. *Boemiae* aedificat ecclesiam *Regigradensem* & donat pauperibus, ibidem alendis, terras cum immunitatibus CIↃ XLIIX.

IN *nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis Amen.* BRZECZLAVS *dei gratia* BOHEMORVM *dux*, omnibus christi fidelibus, tam *moderni* quam *futuri* temporis, salutem. *Saluator* noster pauper uenit in mundum, sicut ipse testatur: uulpes foueas habent & uolucres caeli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Cum autem religio christianae salutis, omnipotente deo auxiliante, longe lateque per uniuersum mundum meruit solidari; ex tunc ecclesiae *Iesu Christi* & patrimonia multiplicari coeperunt, & incrementa recipere per principes & reges, ac heredum successores: quorum ego *Bretislaus* esse cupiens imitator, pro *remedio animae* meae, & parentum meorum, ad honorem domini & sanctorum apostolorum *Petri* & *Pauli*, ecclesiam in castro REGIGRADENSI *propriis sumtibus* construxi, tali scilicet tenore, ut in perpetuum in temporalium ordinatione, quam in omni disciplina & reuerentia Breunouiensi subiaceat ecclesiae; ad *consolationem* autem *pauperum fratrum*, deo militantium, quos ibidem abbas Breunouiensis manere decreuerit, *uillam* REGIGRAD una cum tabernis absolute, & forum & telonium in ponte eiusdem uillae, ab omni extranea contradicti exactione: *uillam* POPOVICE cum omnibus suis attinentiis similiter large & libere obtuli: terminus autem syluae, quae ipsi attinet uillae a Bobroua deorsum usque ad terminum Blachiniae, sic & fluui-

BRETISLAI D. Bohemiae 1048. Prooemium a paupertate, comite theologia; quam sublevarunt hactenus principes. Quorum premens uestigia, Bretislaus, D. Boemiae monasterium Regigradense construxit alitque pauperes ex reditibus uillarum, hic enumeratarum.

fluuium Zuratha ad eos terminos deriuatum. Dedi etiam *uillam* OPATOVICE similiter cum pratis & flumine & sylua. Terminus autem huius uillae ad terminos Blachinae & usque ad pontem uillae proximae Vyose nomine protenditur. Ad haec in Brunensi prouincia decimationem frumenti ac decem nummos & uillam Obucherii cum omnibus suis appendiciis, & decimam telonei, quod Brod uulgo appellatur in flumine Olzaua, donaui. Praeterea considerans, non posse sufficere fratribus in Reigrad sylluas donatas, ad omnem necessitatem; circuitum Domasoue, larga beneuolentia ipsis contradidi, LX. uendic. Illius autem circuitus a uilla & riuo Bobroua usque ad riuum Biteka & usque ad terminos Luczka. In speciales uero usus fratribus in Breuniou uillam Reygradici, simul & tabernarios in Luczka constitui: praedictarum quippe uillarum hominibus eandem pacem & quietem concedo, quam dudum atauus meus Boleslaus ad petitionem S. Adalberti, episcopi Pragensis, Breunouiensi monasterio concessit, uidelicet ut uniuersi homines ad Breunouiense monasterium per totam Bohemiam & Morauiam pertinentes, *ab omni lege prouinciali* & omnigeno *opere* & *tributo* principum, sint omnino *liberi*. Et ut haec firmitatem perpetuam obtineant, hanc paginam donationis meae appensioni *sigilli* meae nomine decreui. *Acta* sunt haec ab incarnatione domini anno CIↃ XLVIII. Et eodem anno celebrata est gloriosa celebratio oratorii in castro Raygradensi, in honorem sanctorum apostolorum a uenerabili patre nostro Seuero, Pragensis ecclesiae episcopo, VI. kalendas Decembris, praesente me Bretislao duce eiusdem oratori, constructore, & domino abbate Meynhardo

Immunitas ab oneribus & legibus prouincialibus.

Sub sigillo

testibus.

hardo, Breunouienſis coenobii, praeſente etiam filio, meo Spitigeno & Stiborio, Caſtellano Pragenſi & Iohanne, iudice totius prouinciae Pſznienſis, & Chunone dapifero, & Maynardo caſtellano Znoimenſi, & praeſentibus aliis quam plurimis nobilibus Boemiae & Morauiae. DATVM per manus Hugonis Motarii in caſtro Raygradenſi, anno ut ſupra. *Contradictores* uero huius *priuilegii* & *inuaſores* praenominatae eccleſiae, cum DATAN & ABIRAN, quos terra uiuos abſorbuit, accipiant portionem.

Actum & datum 1048. *poena illorum, qui ſecus, ac cautum, facient.*

DIPLOMA XXXI.

OTTOCARVS R. Boemiae monaſterio BREVNOVIENSI circuitum POLICZ donat atque immunitatem concedit a contributionibus prouincialibus CIↃ CC XIII.

OTTOCARVS, qui & PRZEMISS, tertius, dei gratia Bohemorum rex, ſereniſſimi patris mei Vladiſlai quondam regis Bohemiae, qui magnorum monaſteriorum fundator extitit & pius defenſor &c. Conſiderata quorundam *heremitarum neceſſitate* omnipotenti deo famulantium in loco ſolitario & deſerto, ad *inſtantiam* uenerabilis uiri Chunonis *abbatis* Breunouienſis eccleſiae, quendam *circuitum* meum, qui POLICZ uulgariter appellatur, cum omnibus ſuis adiacentiis, pratis, campis, plantatis & plantandis, &c. ac partem mediam fluminis nomine Drinik, & hoc a capite ipſius fluuii usque ad fluuium Metuge, circuitum dico, tendentem a monte Kutna usque ad ſpeluncam, quae Koſokates dicitur: ex altera uero parte a capite fluuii Strnaua, usque ad flu-

OTTOCARVS R. BOEMIAE *motus egeſtate monachorum, ad preces abbatis,* *circuitum* POLICZ

men Bosunou & usque ad montes Stenii, & a-
liis montibus usque ad locum Preurat dictum,
donat Breunouiensi monasterio, & ab illo loco quantum circumfluit riuulus Ste-
heluice nomine, usque ad locum, ubi influit Me-
tuge, libere ac perpetualiter *conculi Breunouiensi
ecclesiae*, ac supra dicto Chunoui uiro discreto,
& uillas alias. suisque successoribus hereditario iure in perpe-
tuum possidendum, superaddendo *duas uillas*, ui-
delicet PROBODOV & MECHVALICHOV cum omnibus
Immunitas a contributione prouinciali. earum attinentiis: sane auctoritate regalis maie-
statis praedictum circuitum & homines eum in-
habitantes eximo & penitus *absoluo* ab omni pro-
uinciali *exactione*, ac uillarum & beneficiorum
meorum omnimoda uexatione, ac etiam terrae
nobilium quolibet grauamine: ita quod nec ipsi
iudex competens abbas loci. heremitae, nec bona eorum nulli *subesse* debent
praeterquam nominato *abbati Chunoni* & eius suc-
cessoribus tam in spiritualibus quam in tempora-
libus in perpetuum: maxime cum iam de supra
memorato claustro quidam monachus diaconus
Vitalis nomine cum aliquantis *fratribus* sibi ad-
solertia monachorum in diboscando & capellis ibidem struendis adiuuatur; haerentibus, ipsum locum *pro posse* suarum uiri-
um ipsam *syluam exstirpando* habitabilem fecit;
& ibidem *capellam ligneam* in honorem S. dei
genetricis & perpetuae uirginis MARIAE gloriosae
construxerit, & ipsam capellam saepe dictus ab-
bas Tuno, per cuius diligentiam & petitiones in-
stantes ipse locus desertus, a me Breunouiensi
ecclesiae *libere collocatus* est, competenti ornatu
ecclesiastico, ad gloriam beatae Mariae uirginis,
decorauit, & eosdem fratres sibi humiliter & de-
uote obedientes in temporalibus procurat suffici-
Ad regulam uiuitur S. Benedicti. enter, uitam monasticam *secundum regulam* S.
BENEDICTI plenius informando. Ad huius igitur
meae tam salubris donationis perpetuam memo-
riam,

riam obtinendam praesentem paginam feci conscribi, & SIGILLI mei charactere roborari. ACTA sunt haec in castro Praga, in uigilia ascensionis domini, anno incarnationis dominicae CIↃCCXIII. in *praesentia* horum omnium, quorum inferius nomina conscribuntur. *Daniel* sanctae ecclesiae Pragensis episcopus: *Andreas* praepositus eiusdem ecclesiae, *Eppo* canonicus PRAGENSIS, *Slauko* summus camerarius curiae nostrae, *Martinus* pincerna, *Diuis* dapifer, & alii *nobiles*, qui ad hoc testes fuerant conuocati, uidelicet *Bohuslaus* castellanus Pragensis, *Zuest* filius Bohuslai, *Iaros* Bicensis castellanus, *Wilhelmus* castellanus Vissegradensis, *Zbislaus* castellanus de Klaczko, *Rudolff* de Iaronur, Veykier & duo filii eiusdem *Martinus* & *Henricus*. Adfuit etiam eodem tempore ad hanc solennem & regalem donationem meam uir illustris dominus *Theobaldus*, filius domini Theobaldi, ut huius donationis meae *testimonium* perhiberet, & alii quam plures, qui non omnes in hac pagina sunt conscripti.

Sub sigillo. Actum 1213.

testibus compluribus

DIPLOMA XXXII.

Confirmatio priuilegiorum abbatis Breunouiensis in REYGRAD, POLICZ & BRVMOV.

BONIFACIVS, episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis, abbati & conuentui monasterii BREVNOVIENSIS prope Pragam, ordinis S. Benedicti, salutem & apostoliam benedictionem. Honestis & humilibus supplicium uotis libenter annuimus, illaque fauoribus prosequimur opportunis. Sane petitio pro parte uestra nuper nobis exhibita continebat, quod in *Reygard*, in *Politz*

Papa, BONIFACIVS,

in praepositu as: Reygard, Policz

Brumou, litz & BRVMOV *Praepositurae*, alias Prioratus nuncupatae, dicti ordinis Pragensis & Olomucensis dioecesis fuerunt pro tempore existenti pleno iure subiectae; consueueruntque regi & gubernari ac de praesenti *reguntur & gubernantur per monachos* uestri monasterii, quodque abbas dicti uestri monasterii, qui est pro tempore praepositus, & priores praeposituraram & prioratuum praedictorum ac uicarios, qui pro tempore in praeposituris seu prioratibus supra dictis deseruiunt: qui quidem monachi duntaxat dicti monasterii consueuerunt, pro solo nutu & libera uoluntate instituat & destituat, ac instituere ac destituere consueuerit a tempore, cuius contrarii memoria non existit. Quare pro parte uestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut praemissa autoritate apostolica confirmare de benignitate dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, praemissa *autoritate apostolica*, tenore praesentium *confirmamus* & praesentis scripti patrocinio communimus, &c. *Datum* ROMAE apud sanctum Petrum sexto Idus Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

monasterio Breunoniensi competentia, iura & priuilegia,

autoritate apostolica, confirmat.

Datum *Romae.*

DIPLOMA XXXIII.

Parochiales in PODSKAL, audita sententia, *recognoscunt* suum *patronum* abbatem Sclauorum CIↃ D IV.

Dissensio facta est inter *parochiales* sancti Nicolai in *Podskal*. Quidam enim ex his ecclesiae sancti Venceslai in *Zderaz* attinere uolebant; uenerabilis uero pater & dominus Mathias de *Slaua*, abbas *Slauorum*, ad eam parochiam *ius patronatus* se habere dixit, quod praesentibus osten-

Quaestio de parochiae in PODSKAL *iure patronatus; quod adiudicatur abbati Slauorum.*

ostendit & confirmauit. Diffidentes autem, audita sententia literarum, eam susceperunt & monasterio Slauorum ut attineant *consenserunt*. *Actum* coram reuerendissimo patre & domino, domino *Sydonensi* atque *Bohemorum* episcopo, &c. magistro *Paulo de Zacz*, in spiritualibus administratore, magistro *Iacobo de Paczou*, tunc uniuersitatis rectore, praesentibus caeteris magistris & sacerdotibus. Ex consistorio feria secunda die Simonis & Iudae apostolorum. Anno domini CIϽ D IV. *Actum 1504.*

DIPLOMA XXXIV.

Ordines & praetensus coronae Boemiae candidatus, de turbis in republica & religione uitandis, monentur a papa, PIO. MCCCCLIX.

Papae PII, litterae exhortatoriae: ut ordines Boemiae cum suo praetenso candidato in caussis, religionem praecipue concernentibus, lite pendente,

PIVS, episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis, nobilibus uiris, *Iaanni de Rozmberk*, *Zdenkoni de Sternberk*, *Henrico de Michlsperk*, *Zdenkoni de Hazmburck*, & caeteris Baronibus regni Bohemiae, salutem & apostolicam benedictionem. Venerunt ad nos oratores GEORGII, quem *in dominum* uestrum *recognoscitis*, & successiue oratores partium Silesiae, quos libenter uidimus, in his, quae pro parte Georgii & aliorum Baronum, nobis exposuerant, debitam obedientiam nobis & apostolicae sedi reuerenter exhibuerunt & inter caetera, defectus & errores quamplures in isto regno uigere declarauerunt, qui ad contemtum diuini cultus & uilipendium fidei catholicae, praeiudicium & damnationem animarum tendere uidentur, super quibus praefati oratores a nobis consilium petie-

tierunt. Eis autem, licet ad omnia plene responderimus, uoluimus tamen haec pauca ad nobilitates uestras scribere, exhortantes & requirentes, ut, pro uestra in deum pietate, pro deuotione & reuerentia, quam erga nos & sedem apostolicam geritis, uelitis dictum Georgium requirere, ut circa ea, quae unionem fidei & augmentum religionis nostrae, pacemque & corcordiam istius regni concernunt, *donec disceptatio & controuersia*, quae in ipso regno Bohemiae suborta est, deo dante, per nos, indicto Mantuano, *determinata & decisa* fuerit, quietus & pacificus manere uelit. Inter caetera uos, quae honestatem, iustitiam & aequitatem sapiunt, opere & uoluntate complectamini; neque quidquam impedimenti, molestiae uel turbationis in ipso regno ac dictis partibus Silesiae, suscitare uelitis, nec permittatis, quantum in uobis est, ab aliis suscitari, in quantum gratiam & benedictionem nostram & de obedientia commendationem consequi nobis charum est. Confidimus tamen, quod nobilitates uestrae ita deuote, reuerenter & prudenter, circa quietem & pacem istius uestri regni se habebunt, ut de obedientia uestra merito possitis apud nos & dictam sedem commendari. Datum Senis, anno incarnationis dominicae CIƆCCCC LV. tertio Kalendas Maii, anno pontificatus nostri primo.

quietos se gerant &, ne porro turbas excitent alii, efficiant.

Datum 1459.

DIPLOMA XXXV.

WENCESLAVS, *imperator*, confert IOANNI, *nobili* de NOVA DOMO, iustitiariatum Bechinensem CIƆ CCCC V.

WENCES-

WENCESLAVS dei gratia Romanorum rex semper augustus, & Bohemiae rex, nobili ioanni de Noua domo, fideli nostro dilecto, gratiam regiam & omne bonum &c. Te iustitiarium seu Poprauconem districtus Bechinensis fecimus, constituimus & ordinamus, dantes & concedentes tibi auctoritate regia, plenam & expressam in facinorosos & delinquentes homines exercendi & puniendi potestatem, mandantes nihilominus tibi praesentibus seriose, quatenus ad requisitionem caeterorum iustitiariorum & Poprauconum regni Bohemiae seu ciuitatum ipsius incolarum, quotiens opus fuerit, & te duxerint, desuper requirendum, ipsis ad conculcandam & reprimendam maleficorum, raptorum & oppressorum dicti regni Boemiae temeritatem, in consueta tua potentia totis uiribus assistere debeas. Datum Anno 140,.

WENCESLAVS, IOANNEM de NOVADOMO in districtu BECHINENSI constituit iustitiarium seu POPRAVCONEM.

Datum 1405.

DIPLOMA XXXVI.

CAROLVS IV. nobilem ab HAZMBVRG de Poprauconatu siue iustitiariatu Lythomiricensi inuestit. CIƆ CCC XLV.

CAROLVS quartus dei gratia *Romanorum rex* semper augustus & *Bohemiae rex* &c. Notum facimus uniuersis, quod de nobilis *Zbinkoris Leporis* de HAZMBVRK magistri camerae nostrae regie, fidelis nostri dilecti, legalitatis industria & sincerae fidei constantia praesumentes, sibi Poprauconatus officium, in Lythomiricensi prouincia, cuius regimini alias laudabiliter praefuit, cum omnibus honoribus, titulis, iuribus, utilitatibus & pertinentiis suis, quibus huiusmodi officium regi, teneri & hactenus dirigi con-

CAROLVS IV. nobili de HAZMBVRG Poprauconatum LYTHOMIRICENSEM confert.

consueuit, de nostrae celsitudinis gratia speciali, duximus committendum. Mandamus igitur omnibus fidelibus nostris, quorum interesse poterit in futurum, quatenus supradicto Zbinkoni, tanquam poprauconi uero, in omnibus quae ad dicti poprauconatus spectant officium, parere & intendere debeant & sine difficultate qualibet obedire, sub poena nostrae indignationis. Quod si quis secus attemptare praesumserit, eam se cognoscat incursurum, praesentium sub nostrae Maiestatis sigillo testimonio literarum. Datum Pragae. Anno M CCC XLV.

Sigillo. Datum 1345.

DIPLOMA XXXVII.

CAROLI IV. recognitio de summa 360 groff. Pragens. *nobili ab* HAZMBVRK ex teloneo *Pontensi* restituenda.

CIↃ CCC LVIII.

Imperator CAROLVS IV *nobili ab Hazmburg* CCCLV. *grossos Pragenses, percipiendos ex teloneo* Pontensi *assignat. Datum 1359.*

CAROLVS quartus diuina fauente clementia Romanorum Imperator &c. Nobili Zbinkoni de Hazmburk supremo camerae regiae Magistro, consiliario & fideli nostro dilecto, in mille & trecentis sexagenis grossorum Pragensium, teneri damus, & ex causis rationabilibus obligauimus &c. quas quidem pecunias percipiendas & tollendas de teloneo ciuitatis nostrae potensis, ex certa scientia, & animo deliberato, ipsi, aut eo non existente, suis heredibus assignamus. Datum Pragae, anno M CCC LVIII.

DIPLOMA XXXVIII.

Litterae CAROLI IV. ad *ciuitatem* PONTENSEM de pecunia praefata, nobilibus ab HAZMBVRG assignata.

CARO-

CAROLVS quartus, dei gratia &c. *Iudici* & iuratis ciuitatis PONTENSIS fidelibus nostris dilectis, gratiam nostram regiam & omne bonum &c. fideles dilecti, uolumus & uestrae fidelitati seriose mandamus, quatenus *nobilibus* Zbinkoni aut filio suo Wilhelmo dictis Leporibus de HAZMBVRK nostris fidelibus, uel cui illi hoc committendum duxerint, teloneum, quod eis solui est solitum & consultum iuxta ipsorum literarum continentiam, integre *persoluatis*, nullam in eo commissuri negligentiam, prout nostram diligitis ingratitudinem euitare. DATVM *Pragae* die XVI. mensis Martii, regnorum nostrorum anno XXII. imperii XIII. per manus B. de Czastalovicz.

CAROLI IV. *litterae*, *quibus iubet ut* ciuitas Pontensis nobilibus *ab* HAZMBVRG, *ex telpneo ibidem*, soluat *summam* adsignatam.

Datum.

DIPLOMA XXXIX.

Nobilium ab HAZMBVRG priuilegium, datum a WENCESLAO CIↃ CCCLXXXIII.

WENCESLAVS rex &c. nobilis *Wilhelmus de Hazmburk*, supremus regni Bohemiae *dapifer*, consiliarius & fidelis noster dilectus & nobis & clarae memoriae progenitori nostro a longis temporibus grate complacuit &c. Fidelium nostrorum accedente consilio fecimus, & tenore praesentium de certa nostra scientia & regia Bohem. auctoritate, facimus gratiam, ut ipsum suosque heredes legitimos, ut praemittitur, *nemo*, quicunque sit, citare siue iudicio quouis *conuenire* ualeat, nisi sit *baro Bohemiae* nominatus & ab antiquis Baroniae iuribus approbatus, mandantes camerario nostro supremo nec non omnibus beneficiariis, Czudaris, iustitiariis siun Trzednikonibus, qui sunt vel pro tempore fuerint, quatenus in casu quocunque eundem Vilhelmum

WENCESLAVS *nobilibus ab* HAZMBVRG *dat immunitatem*: *ne in ius uocentur, nisi a* barone regni.

ultra modum praesentis gratiae nostrae, citare uel iudicio conuenire praetenderit, eandem uel easdem citationes non aduertant, sed irritas reputent, quas & nos auctoritate praedicta irritamus & irritas decernimus ipsasque totaliter annullamus. Si quis autem praesentibus se opponere aut contra ire praesumeret, indignationem nostram grauissimam se nouerit irremissibiliter incursurum, praesentium sub regiae nostrae maiestatis *sigillo* testimonio literarum. DATVM *Pragae*, anno MCCCLXXXIII. die nona mensis Septembris.

Sigillum. Datum 1383.

DIPLOMA XL.

Litterae *contractus*, quo bona quaedam *emphyteutice* uenduntur ceduntur que PETRO RESSEK, CIↃCCCC X.

Litterae contractus. Nomina eorum, qui,

IN *nomine domini Amen.* Nos fratres WENCESLAVS de ZBIROV, *prior*, dictus MACHKO, STEPHANVS *sub-prior*, & ibidem SACRISTIANVS, frater PETRVS SEKOL, *procurator*, frater IOHANNES dictus ROKITA, possessor syluarum, frater IOHANNES de ZBIROV, frater MARQVARDVS, ANDREAS de PIVONIA seniores, frater WENCESLAVS, dictus CHOCHOL, *praedicator*, caeterique *fratres* conuentus in insula sanctae *Mariae Benignae*, ordinis fratrum *Eremitani sancti Augustini*; tenore praesentium recognoscimus uniuersis hanc paginam inspecturis, audituris siue lecturis. Quia nostra de bona uoluntate, maturo consilio praehabito & cum *consensu* domini nostri *Zbinkonis* de *Hazmburk*, reuerendissimi in Christo patris & domini, domini archiepiscopi S. ecclesiae Pragensis & apostolicae sedis legati & nobilium virorum domini Vlrici

cum consensu monasterii Pragensis,

rici & domini Wilhelmi, ac domini Nicolai fratrum germanorum dicti archiepiscopi caeterorumque fratrum & aliorum benefactorum monasterii praefati; *uendidimus* & uendimus unam *curiam* & unam *agriculturam* nostram propriam & *haereditatem* in uilla OBKOV, per nos & nostros antecessores a multis temporibus & annis libere & iuridice, sine omni impedimento possessam, cum omnibus agris, cultis & incultis, seminatis & non seminatis, exstirpatis & non extirpatis, cum pratis & pascuis, rubetis & syluis, collibus & uallibus, cum aquis stantibus & decurrentibus, riuolis & stagnis, & omnibus libertatibus ad nos & ad illam curiam spectantibus & cum omni illa libertate, qua accolae & incolae eiusdem uille OBCKOV gaudent, participant & coutuntur, nihil pro nobis ibi relinquentes & dimittentes PETRO dicto RESSEK, & IACOBO, fratri ipsius indiuise, ipsorum liberis seu heredibus & successoribus perpetuis pro *centum* & *decem sexagenis grossorum denariorum Pragensis monetae*. Quas quidem pecunias fatemur nos plene & ad plenum ab eisdem PETRO & fratre ipsius iam percepisse & recepisse. Venditio autem supra scripta curiae nostrae cum suis attinentiis & iuribus praedicto PETRO & fratri suo IACOBO, liberis & *heredibus* & successoribus perpetuis, ut praescribitur, debebit esse & est in *ius Emphiteuticum* recepta, quod dicitur PVRGKRECHT, quo iure saepe scripti PETRVS & IACOBVS eorum liberi heredes & successores perpetue debent frui gaudere & uti, & eodem iure emphiteutico potuerunt saepe scripta bona uel praescriptam curiam, cum omnibus ad eam pertinentiis uendere, commutare & alienare etiam in agone mortis positi consanguineis suis, siue

uendunt bona quaedam, hic descripta,

PETRO RESSECK pro CX. sexagen. groff.

hereditarie, & quidem iure emphyteuticos, nach burgrecht,

quibuscunque extraneis, libere donare & testari dummodo census noster & iura nostra per eosdem non pereant: modus tamen uenditionis uel legationis uel quocunque modo ab ipsis alienationis talis obseruabitur, quod ipsi praefati non poterunt uendere hominibus brigosis seu male conseruatis uel reprobis, sed honestis & conseruatis nobis, communitati uillae praedictae OBCZOV placentibus: *censum* autem *annuum*, quem saepe scripti PETRVS & IACOBVS, fratres, liberi eorum heredes & successores perpetui debebunt *soluere* perpetue; *duas sexagenas grossorum denariorum Pragensis monetae*, census annui perpetui, nobis & nostris successoribus & heredibus ipsum dare non negligent, uidelicet unam sexagenam in festo sancti *Georgii* proxime venturo & unam sexagenam in festo sancti *Galli* mediate sequente & sic anno quolibet reuoluto; item saepe dicti fratres PETRVS & IACOBVS eorum heeredes siue successores, anno quolibet reuoluto in festo sancti Galli *quatuor pullos magnos* & adultos & *bene crassos*, nobis & perpetuis heredibus & successoribus nostris soluere debent & tenebuntur decem grossos monetae praefatae. In cuius rei euidentiam ac maiusrobur SIGILLA nostra *prioris* & *conuentus* nostra de certa scientia & sigillum nobilis uiri ac domini, domini VLRICI de HAZMBVRK de ipsius certa scientia & sigillum famosi clientis PRIMDOTAE de SKOROCZIN, sigillum commune *ciuitatis Pribramiensis* de ipsorum certa scientia, praesentibus sunt appensa. DATVM anno domini millesimo quadringentesimo decimo, in die sancti Viti, martyris gloriosi.

Soluendo, canonis loco, quotannis, 1.) duas sexagenas grossorum denariorum

2) quatuor pullos, bene crassos.

Sub sigilli.

Datum 1410.

DIPLO-

DIPLOMA XLI.

Synodus CONSTANTIENSIS litterae adhortatoriae; quibus *nobiles* ab HAZMBVRG, ut ecclesiam *contra* quosuis *haereticos* mascule defendant, monet CIↃ CCCC XVI.

Dilectis ecclesiae filiis, nobilibus uiris, WILHELMO, IAROSLAO & NICOLAO, fratribus dictis de HAZMBVRK, regni Bohemiae *baronibus*, sacro sancta & generalis SYNODVS CONSTANTIENSIS, salutem & dei omnipotentis benedictionem. Quantis prouidentiae studiis, malitiae & nequitiae fermentum, quod humana conditio, ex antiqui serpentis afflatu, miseranda contagione contraxit, protestatibus, quibus *ecclesiam* suam dominus regendam tuendamque commisit, expurgandum incumbit &, ne corruptionis suae virus perniciosius dilatare queat, opportunis remediis occurrendum esse; ex saluatoris nostri sententiis euidentius perdocemur, quibus arborem fici sterilem foecundisque uitibus suae uineae noxiam succidi, insuper & *oculum*, *manum* ac pedem reliquamque sui corporis compagem, *scandalizantes*, etiamsi dextri forsitan uiderentur, *praescidi* & abiici mandat, pro eiusdem corporis uita & caeterorum membrorum incolumitate salubrius conseruanda. Licet itaque, nobiles domini, *fidelitatis uestrae zelum* erga Catholicam fidem plurimis cognouerimus documentis; quia tamen nonnunquam proficit ad uigilantiora virtutum studia, etiam *animos uigiles excitare*: quam ob rem *nobilitatibus uestris* fiducialiter haec duximus intimanda, quae benigne suscipere ac in obsequium militantis ecclesiae ex innatae deuotionis

Litterae synody CONSTANTIENSIS *ad nobiles ab* HAZMBVRG.

Laude digna res est: tueri ecclesiam contra haereticos.

oculum & manum, *scandalizantes*, *praescindendo*.

Cuius edicti memores, *nobiles ab* HAZMBVRG, *laudabilem adhuc praestiterant operam: & ut momentoso*

huic negotio porro inuigilent ac praesto sint, rogantur amice,

affectu *dignemini* executioni debitae mandare: noscant igitur *uestrae nobilitates*, quomodo sathanas, humani generis hostis antiquus, qui circumiens terram atque perambulans, quaerere non quiescit, quibus damnationis virus infundat, quendam damnatae memoriae IOHANNEM HVS, & nonnullos alios *sectatores* eorum, Babylonis calice inebriauit, adeo ut ipsi inebriati, magisterium appetentes & legislatores novelli a quibusdam simplicibus putantur, sanae doctrinae studiis traditionibusque sanctorum patrum miserabiliter contemptis, nec non ad *uanitates* & *insanias falsas* conuersi, se ex susceptis de manu ipsius sathanae errorum poculis noxalibus impleuerunt, usque ad summum eius & diuiserunt etiam reliquias suas paruulis: quippe adeo peruersitas eorum in *regno Bohemiae* & *Marchionatu Morauiae*, quod dolenter referimus, passim detestanda succreuit, ut etiam nonnulli, qui nobilitatis secundum carnem titulo aliis praeeminent, unanimiter aduersus Christum dominum & ipsam catholicam fidem damnabiliter conspirantes, ad tuendum & defendendum errores & pseudodoctores huiusmodi se impietatis funiculis inuicem obstrinxerunt. Porro nuper ipsi scelerati, eorundem IOANNIS VIKLEFF & IOANNIS HVSS, haereticorum errorum in ipsis regno & Marchionatu sequaces, iniquitatem super iniquitatem continue opponentes, & contra auctoritatem huius sacri concilii, colla eorum extendere, quamuis temere, non verentes uindictam diuinam ac in profundum malitiae descendentes, quosdam *libellos famosos*, pelles scilicet grandes suis calumniis uirgisque plenas turpiter conscripserunt, quas in congregatione nostra, hic in spiritu sancto pro reformatio-

contra nequitias Ioannis Hussi & consortium, dogmata sua peruersissima per uniuersas

Boemiae & Morauiae regiones spargentium

& Ioannis Vicklef, eiusdem cum Hussio commatis,

quos omnes, ad diuulgationem errorum ac famosissimorum, a se conscriptorum, libel-

matione *uniuerſalis eccleſiae*, in capite & in membris feliciter inchoata & iam diu continuata, non erubuerunt facere publice praeſentari, & earundem pellium margines in gyro circumcirca ſuorum appenſorum ſigillorum in euidentius ſuae praeuaricationis teſtimonium ſtupenda & ridiculoſa praeoccupat multitudo, quae, ne dum horrendum, ſed & ridiculoſum ſpectaculum intuentibus praeſtant. Et licet per haec & alia etiam horrenda plurimum, quae ipſi ſequaces eorundem IOANNIS VIKLEFF & IOANNIS HVS in eisdem regno & Marchionatu, in contumeliam noſtri creatoris & ſanctorum eius inconſultis moribus attemptarunt hactenus & attemptant, de cordium ſuorum obſtinata duritie ſpes nobis modica reſultaret, quod, dimiſſis erroribus eorum, ipſi tandem *facere deberent*, aut debeant *dignos fructus*; veruntamen tot taliumque ſacroſanctae renatorum perditionem; & faſcinationem ſathanicam, *materna charitatis uiſcera*, absque amariſſimo compaſſionis dolore nequeunt ſuſtinere, & ideo quantum nobis ex alto permittitur eos *ad ſalutem* atque ſaluationem *perducere* uiis & modis congruentibus iam diu laborauimus, nihil de contingentibus omittendo: nam docendo, ſcribendo, diſſimulando, blandiendo, comminando, cenſuras & poenas eccleſiaſticas fulminando & iam forſan ultra, quam ipſorum ſaluti expedit, eorundem conuerſionem expectando, ſolerter fideliterque impendimus ipſis miſericordiae, quae potuimus & proficere debere credimus, officia uniuerſa, praeſertim erga IOANNIS HVS ſupra dicti perſonam, dum uiueret, quem manifeſtiſſimis pernitioſiſſimisque, ut praefertur, haereſibus iam dudum tam judicialiter, quam ſcholaſtice, in

lorum prolapſos,

Synodus uniuerſalis

ad frugem reducere allaborauit, ſed fruſtra

diuerſis conſiſtoriis ac generalibus ſtudiis, ualde mature atque ſolennitrr reprobatis atque damnatis irretitum friuolum aſſertorem & pertinaciſſimum defenſorem, tam ex confeſſione propria, quam ex ſuis manu propria conſcriptis codicibus nec non ex teſtium omni exceptione maiorum multitudine copioſa, deuicit maturus noſter ac legitimus contra eum hic habitus proceſſus, pro ut ex eius inſpectione liquet, omnibus luculenter: inſuper non obſtante, quod iuxta diuinarum & humanarum legum decreta de carcere & in compedibus reſpondere; nihilominus etiam in praeſentia copioſa multitudinis, ſpiritualium & ſecularium aliquotiens audientia publica per nos ſibi praeſtita, & non tantummodo conuerſionis ei locus conceſſus, ſed ad committendum eius obſtinatam malitiam, ſuper abundantiſſimis inſtructionibus. Catholicae ueritatis & hortamentis dulciſſimis cantatis & ſaluti ſuae conſulens, ad ueritatis chriſtianae religionis unitatem pro ut tenebatur facere, ipſis per eum relictis & abnegatis erroribus rediret ad gremium eccleſiae; requiſitus reſtitit ſaepius & inſtanter, qui tamen *more aſpidis ſurdae obturatis auribus monita reſpuit ſalutis*, nolens ab inſaniis ſuis falſis & plenis fermento malitiae periculis reſilire: dilexit enim maledictionem & uenit ei; & quia noluit benedictionem, elongabatur ab ipſo, abiensque demum in locum ſuum, *mercedem* ſuis ſceleribus ac illorum ſectatoribus *debitam* de iure omnium miſerorum ipſe *miſerrimus finaliter reportauit.* Haec itaque ueſtris nobilitatibus *pro informatione ſummaria* ſcripſimus, ut de ſupra ſcriptis aliter referentium, nos reddamus praemunitos in domino unanimiter ſinceris affectibus, quantum debemus & poſ-

Ioanne Huſſo, more aſpidis ſurdae, reſpuente ſaluberrima monita, & interitum appetente

Cauſae, haec ad nobiles de Hazmburg perſcribendi

& possumus, & per viscera domini nostri Iesu Christi requirentes & rogantes, quatenus virtutis vos uiros in catholicae fidei puritate flagrantes, quemadmodum indubitata ab omnibus fiducia hactenus commendamini, in hoc necessitatis articulo, manifestis operibus & *magnificis* uos *effectibus* exhibere, & omnes huiusmodi falsas infamias, *pseudo-doctores* & sectatores eorum, a uestris finibus *exterminare* viriliter & circa alios consanguinitate alione amicitiae foedere uobis iunctos ac uasallos ditionis uestrae & subditos uniuersos studeatis sagaciter & efficaciter *prouidere*, quod & ipsi modo dicti nullum huiusmodi pestiferis hominibus dei & ecclesiae inimicis auditum accommodent, *nullum* eis praebeant *auxilium, consilium* uel *fauorem*, sed una vobiscum atque nobiscum ad similis persecutionis atque exterminationis opus viriliter animentur & dei gloriam in hostium suorum exterminio efficaciter prosequantur. Nec non *uenerabili fratri* IOANNI, *episcopo* LITOMISLIENSI, fidei catholicae feruenti defensori, quem alias ueluti ex millibus *electum* ad *regnum* & marchionatum huiusmodi propter opus istud salubre, si & quantum deo placeret, in illis partibus utiliter peragendis legatum nostrum destinauimus in fauorem fidei, quaesumus *opem & operam impendatis efficaces* &, quantum vobis fuerit possibile, *sibi* si necessitas ingruerit in tali opere salutari, *fideliter & constanter assistatis*, uiribus & opere uobis caelitus ministratis. Et quia consideramus, prout etiam credimus uestras nobilitates non latere, quod eorundem peruersorum audacia & numerus in praefatis frequenter augentur, & ipsorum effrenata superbia & impietas, uires sumendo, proh dolor,

ut 1) porro defendant ecclesiam & turbantes eam tollant e medio & ad Indos usque relegent.

2) episcopum Litomisliensem, Ioannem, uirum de orbe christiano meritissimum, regem data occasione eligi, studiose allaborent.

ſemper aſcendit, adeo quod illic propterea eccleſiaſtica cenſura diſſoluitur & canonicae ſententiae auctoritas euertitur, ibi etiam diuina officia timore dei poſtpoſito profanantur ac multa nefaria & abſurda, fidei catholicae repugnantia, in deum ac ſanctos ſanctamque matrem eccleſiam, ut fama uulgata didicimus, auſu damnabili publice praedicantur & ſacerdotes religioſi & ſaeculares crudeliter ſpoliantur, a ſuis beneficiis repelluntur, percutiuntur, occiduntur & inhumaniter tractantur contra eccleſiaſticam libertatem; & ipſorum conſortia fugientes uel eis adhaerere nolentes crebras iniurias ab ipſis ſuſtinent & offenſas. Nos tantas dei & eccleſiae ſanctae iniurias diſſimulare nequeuntes, *contra plurimos* huiusmodi *peſtiferos*; tam in regno Bohemiae quam in marchionatu Morauiae haereſum & errorum *dogmatizatores*, *ſectatores*, *defenſores* ac *fautores*, uibrato iam cenſurae ſpiritualis mucrone, citatione perſonali decreta, ſecundum canonicas ſanctiones duximus procedendum, & ulterius *procedemus*, prout res tanta exiget & fuerit opportunum. *Sicque* uniuerſalis eccleſiae confortati praeſidio in his & eorum executione ueſtrae nobilitates *ſe uelint* & dignentur *habere*, quod uos reddatis inter optimos eiusdem *fidei zelatores*, in *Chriſti militia* magis & magis glorioſos. Nos etiam proinde ac ipſa eccleſia, earundem nobilitatum digna merita, in eas a felicis diuae memoriae ſuis praedeceſſoribus laudabiliter propagata, altis laudum praeconiis attollere &, ſi opportunitas ſe obtulerit, congruis recompenſare retributionibus, iugiter conſtringamur. DATVM *Conſtantiae* ſexto kalendas April. anno

3) ſynodo uniuerſali, contra turbatores ſacrorum, non diutius ferendos, procedenti ita ſe exhibeant,

uti decet zelatores fidei & Chriſti milites.

anno a natiuitate domini MCCCCXVI. apostolica sede uacante. Datum 1416.

DIPLOMA XLII.

Libellus *forensis* plurium actionum *1*) iuris *successorii*, *2*) *ex stipulatu*, *3*) *rei* itidem *uindicatoriae*, a IOANNE de HAZMBVRG contra IOANNEM BIELICK de KORNICZ[1] institutarum CIↃ CCCC LXXVIII.

COram uobis reuerendissimo in Christo patre, domino IOHANNE, *episcopo Vratislauiensi* & illustrissimis principibus & dominis, domino IOHANNE, *Ratiboriensi* & CAZIMIRO *Teschnensi*, Silesiae ducibus ac serenissimo principe & domino, domino MATHIA, *Hungariae* & *Bohemiae rege* iudicibus delegatis & commissariis: ego IOHANNES ZAGICZ de HAZMBVRK, conqueror de domino IOHANNE BIELIK de KORNICZ, qui detinet ciuitatem HLVBCZICZ, cum suo territorio ducatus *Silesiae*, quae bona dico ad *meos filios* pertinere iure *dominii* uel quasi, post obitum illustris *principis*, olim domini Ioannis *Opauien*: & *Hlubzen*: auunculi illorum, qui decessit *sine liberis* & non exstant alii proximiores eius cognati masculi, qui bona eiusdem iure consulto queant uindicare. Vnde tam de ciuitate praedicta atque suo territorio, quam de fructibus ipsius exinde perceptis filiis meis iustitiam fieri peto & adhaec propono rei uendicationem. Ago & propono *nomine* meo proprio, quod olim illustris princeps ipse dominus Iohannem *Opauien*. & *Hlubczicen*: dux promisit, se daturum mihi *mille florenos* nomine dotis post uxorem meam, sororem uero suam; *non*

Coram regiis COMMISSARIIS 1478.

HAZMBVRK *agit* *1*) *nomine filiorum iure* successorio *pro obtinenda* ciuitate.

2] *proprio promissae dotis*.

tamen

tamen eandem numerauerit & usque hodie mihi soluta non existit. Vnde ago contra possessorem bonorum dicti ducis, ut illud mihi *mille floren.* praemissum numeret & persoluat cum *censibus* inde crescentibus iuxta continentiam literarum, contractus nostrorum *sponsaliorum* & adhaec propono actionem ex stipulato. Ago & propono, quod *illustris* olim *ducissa* domina *Elizabeth*, uxoris quondam meae genetrix, multos *ornatus muliebres* habuit, dignos eminentia *illustrium foeminarum*, in *margaritis*, *gemmis*, *pretiosis*, *auro*, *argento* & uariis uestium *mutatoriis* atque *clenodiis*, quae sua propria erant *parophernalia* in ualore ac pretio *trium millium flor.* quae apud praefatae *ducem* definitim singula remanserunt, & in usus eiusdem proprios extent conuersa & haec omnia *uxori* meae filiae praedictae *ducissae* DEVOLVTIONIS iure attinebant, & hodie mihi, ac filiis meis, *nepotibus ducissae* praenominatae attinent atque debentur, unde ipsa omnia a possessore bonorum saepe dicti *ducis* defuncti peto & exigo & super his ius & *officium uestrum* imploro, deducendo in praesenti iudicio quodcunque, ius meum atque filiorum meorum, competens & *competiturum* undecunque & qualitercunque *saluo iure addendi*, minuendi, mutandi, interpretandi, corrigendi & alterius petitionis quandocunque fiendae, non astringens me neque filios meos propterea ad probandum, nisi duntaxat illa, quae ad caussam obtinendam sufficere uidebuntur, praesentis sub mei oppresione *sigilli* testimonio libelli.

3] uxoris de Munditi muliebris

Parapherna

ob Ius deuolutionis.

Conclusio libelli.

DIPLOMA XLIII.

Legatus de latere iuramenti nexu soluit omnes.

omnes, qui *Georgio* PODIEBRAD fidem dederunt de faciendo aut soluendo, ceu damnato haeretico & qui fregerit aliis quoque fidem iuratam CIƆ CCCC LXIX.

RVDOLPHVS *Episcopus Louantinen: Sacrosanctae sedis Apostolicae ad Bohemiae & Poloniae Regna ac certas* ALEMANNIAE *partes cum potestate legali de* LATERE *Legatus missus &c.* Magnificis & generosis Dominis *Ioanni* & *Vlrico* Germanis de *Hazmburk Dominis* in *Kost* & *Budin*, Pragensis diocaesis; salutem in Domino. Sane non arbitramur latere uestras *Magnificentias*, quomodo dudum illae damnatus haereticus *Georgius de* PODIEBRAD sua crudelitate & *tyrannide*, quibus semper in *Catholicos* & *bonos homines* temere usus est, Generosum Dominum Venceslaum de *Biberstein* Dominum in *Forst* & *Somersfeld* minus iusto *capi* fecit & eum aliquandiu *captum* & carceri mancipatum detinere iussit: sed, prout ad nostram uenit audientiam, pridem uestrae *Magnificentiae* pro liberatione praefati *Domini* VENCESLAI seriose laborantes, cum sub obligatione *sexmillium florenorum Vngaricalium* de reputando ipsum liberauerunt: cum autem *sanctissimus dominus noster* PAPA omnes & singulas obligationes & promissiones & *iuramenta* quaecunque, quacunque occasione illi HAERETICO praestitas & factas ac praestita ac facta per *specialem bullam* suae Sanctitatis nullas & *inualidas* declarauit, nobisque etiam illas & illa in futurum forsan *fienda* nulla & *irrita* declarandi concessit facultatem & utique indignum foret & iure prohibitum existat; *haereticis* maximeque illi DAMNATO

RVDOLPHVS legatus Pontificis an. 1469.

narrat, damnatum haereticum PODIEBRADIVM, tyrannide ursisse catholicos

& detinuisse captiuos;

Inde lytra promissa,

seruanda non esse,

quod haereticus alius non seruauerit fidem. NATO HAERETICO, qui nec *Deo* nec *sanctae sedi Apostolicae*, neque *aliis* fidem seruauit aut seruat aliquam obligationem, promissionem aut *fidem* tenere: nos praeterea censentes satis esse periculosum *hostem Dei & Ecclesiae sanctae pecunia* iu-

Et sit hostis DEI. uare aut fauore aliquo, quibus *Catholicos* oppugnare possit; id circo autoritate *Apostolica* nobis desuper specialiter concessa tenore praesentium *quoscunque obligationes seu promissiones* pro dicto

Ind obligationis & chirographa fieri irrita. *Venceslao de Biberstein* de reputando cum quouismodo praefato *haeretico* damnato aut suis praecipue *Alberto Kostka* haeretico, factas cum omnibus earum clausulis & conditionibus nullas & *inualidas* fuisse declaramus, nulliusque efficaciae, roboris uel momenti ipso iure existere decreuimus, uos etiam ab illis & quemlibet *uirum ab-*

Apostolica auctoritate. *soluimus* & penitus liberamus, requirendo uestras *magnificentias* seriose, hortando, denique monendo in Domino ac in uirtute sanctae obedientiae districtae praecipiendo, mandantes uestris Magnificentiis & cuilibet, ne dictum Dominum de *Bieberstein* praelibato haeretico, aut suis, praecipue Alberto *Kostka* quomodolibet reputetis uel praesentandum faciatis aut permittatis faciendum, facturi in hoc rem iuri consonam, sanctae sedi Apostolicae gratam & pluribus commen-

DATVM *in residentia* 1469. dandam nobisque complacentem. DATVM *Vratislauiae* in nostra *solita Residentia* sub nostro *sigillo* Anno M CCCC LXIX. die uero 30 ultima nempe Mensis *Aprilis*, Pontificatus *sanctissimi* in Christo Patris & Domini, Domini nostri *Pauli* Diuina prouidentia *Papae secundi* anno *quarto*.

DIPLO-

DIPLOMA XLIV.

CAMPANAE consecratio & indulgentia illis facta peccatoribus, qui ad sonitum eius genu flexerint CIↃ CCCC XCIII.

BENEDICTVS *Dei & Apostolicae sedis gratia*, *Episcopus* CAMINENSIS, recognoscimus per praesentes, quod Ecclesia sancti Martyris *Georgii* in castro *Budini*, ad instantiam inclyti ac magnifici Baronis domini domini Ioannis *de* HAZMBVRK & KOST consanguinei nostri unice colendi per reuerendum in *Christo Patrem D. Iodocum Baronem de* TOSIS *Episcopum* VRATISLAVIENSEM, ante plures annos solenniter in nostra praesentia tunc,ut *Praepositi* Ecclesiae *Lithomierzicensis* fuit consecrata, cuius quidem ecclesiae *signum* seu *campanam* in die sancto *Patroni* sui Beati Georgii anno domini M CCCC XCIII. ad instantiam Generosi ac magnifici Baronis D. D. Nicolai praetacti fratris D. Ioannis de HAZMBVRK & Kost, benediximus &c. *quadraginta* dies Indulgentiarum omnibus, qui tum ad *sonitum* eius pro *pace*, mane & *uesperi genu flexerint*, & pro unitate ecclesiastica *Anglicam salutationem* soluerint largientes, in quorum fidem praesentia manu nostra subscripsimus & sigilli nostri uoluimus appensione communiri. Datum BVDINII Anno ut supra, 26. Mensis *Aprilis*.

BENEDICTVS *episcopus Caminensis testatur Campanam consecratam ab episcopo & XL. dierum indulgentiam factam, qui preces fuderint ad eius sonitum* Datum

DIPLOMA XLV.

FRIDERICVS imperator *reliquias* donat nobili de *Hazemburg*, ob auxilia praestita obsessis, *sibi*, *uxori*, filio *Maximiliano* a rebellibus ciuibus *Viennae* CIↃ CCCC LXIII.

FRI-

FRIDERICVS V. *imperator* 1463.

FRIDERICVS, *Romanorum imperator, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae rex, Austriae, Styriae, Carinthiae, Carniolae &c. dux.* Attendentes grata & fidelia obsequia, nobis per nobilem fidelem nostrum dilectum *Zbinkonem de Hazmburk*, tempore, quo rebelles ciues nostri *Viennenses*, nos ac *serenissimam Contoralem* nostram & illustrem *principem* MAXIMILIANVM, filium nostrum in castro ibidem *obsederunt*, exhibita, ad deuotionem, quam erga *electos* & *sanctos dei* sanctamque *apostolicam* sedem & ecclesiam *Romanam* gerit, constanter, sibi in usum *specialis gratiae* & doni RELIQVIAS infra scriptas donauimus & dedimus, in primis de *tunica Christi*, item de *columna* ubi Christus coronatus est, item de *columna flagellationis*, item de *lapide*, ubi stetit uirgo *Maria*, quando angelus eam *salutauit*, item de *lapide*, ubi stetit *Moyses* recipiens praecepta domini, item de *decem millium* Martyrum, item de S. *Achacio*, de S. *Sebastiano*, de S. *Nicolao*, de S. *Vlrico*, de S. *Bernhardo*, de S. *Albano*, de S. *Tyberto*, de S. *Hermolao*, de mento sancti *Artemii*, de ossibus S. *Symphoriani*, item de S. *Vrsula*, de reliquiis undecim millium *Virginum*, de S. *Margaretha*, de S. *Anna*, de S. *Elisabetha*; harum testimonio literarum. DATVM in noua ciuitate, anno M CCCC LXIII. XVI. mens. Maj.

Hazemburk *nobili, adiutori Caesaris aduersus Viennenses rebelles,* *donat* RELIQVIAS *plures. Quarum* matricula *exbibetur.*

Datum 1463.

DIPLOMA XLVI.

INNOCENTII VI. PAPAE *Restitutio filii* aduersus patrem, destituere uolentem filium succesfione & cogentem ad uitam clericalem CIↃ IↃ.

INNOCENTIVS VI. *restituit*

VEnerabilibus in Christo patribus &c. Ex parte nobilis uiri Vilhelmi de *Hazmburk*, nati

nati nobilis uiri *Zbinkonis* de *Hazmburk baronis* regni Bohemiae *Pragens. dioecesis*, nobis oblata petitio continebat, quod olim dictus *Zbinko*, cupiens praeter *debitum naturae*, ipsum *Vilhelmum* filium suum sine causa a sua successione excludere, & pluribus aliis filiis suis, quos tunc habebat, totam hereditatem dimittere; dictum Vilhelmum conatus fuit quandoque blanditiis & aliquotiens persuasionibus tam per se quam per alios ad subdiaconatus ordinem facere promoueri; quod cum dictus Vilhelmus facere recusasset, Zbinko praefatus iracundiae furore commotus, per subtractionem alimentorum & aliorum uitae ipsius *Vilhelmi* necessariorum, ipsum etiam *carceribus* mancipando, & taliter per *uim* & *metum* in contestantem & asserentem, quod non erat suae intentionis, subdiaconatus ordinem suscipere ullo modo, nec etiam clericum remanere, quendam *episcopum* adire coegit, qui *episcopus*, cum, sicut permittitur, inuitum & compulsum & etiam ante ac post contradicentem, in subdiaconum de facto ordinauit, quod ipse non acceptauit, nec unquam approbauit, sed semper contradicendo, nunquam subdiaconum se uoluntarie nominauit, nec esse reputauit, neque in eo ministrauit, non reputans se ordinatum, cum nunquam fuisset eius intentionis, ut in clericali statu permaneret, suscepit cingulum militiae saecularis, bellicis artibus se immiscendo, ac laicalia uota publice exercendo. &c.

Vilhelmum de Hazmburck, *quem pater destituere uoluit successione.*

& metu ac carcere

coegit ad uitam clericalem.

A quo uinculo clericali eum soluit papa.

DIPLOMA XLVII.

Testimonium *nobilitatis auitae* TETTAVIORVM rite probatae *insigniumque* descriptio CIↃ CCCC II.

Iodoci, M. Brandenburg. quo testatur Albertum a Tettova in probatione suae antiquae stirpis f baronatus ideo susceptum, quod filiorum 1) alter Romae sacerdotium ambiat; 2) alter ordinis Iohannitici militibus adscribi cupiat;

IODOCVS, *dei gratia Marchio Brandeburgensis, Marchio & dominus Morauiae:* notum facimus, quatenus coram nobis & consiliariis nostris comparuit in memoriam reuocans multa suorum praedecessorum officia in hanc patriam, nihilominus & sua persona utiliter declarata, generosus dominus ALBERTVS TETTAV a TETTOVA, pater cum filiis suis, generosis dominis, PETRO, IOANNE & DVXA, natiuis, pro creatis, & matre & uxore domini Alberti Tettauri nomine Maria generosa domina de Boskouicz, orans ut ei concedamus coram nobis & consiliariis nostris *uetustatem* suae *stirpis* & similiter BARONATVS sui originem ab antecessoribus suis probare, consuetudine iuris, prout ei a nobis & consiliariis nostris praescriptum fuerit: causam rei huius, coram nobis hanc indicauit, quod filium suum nomine DVXAM sua uoluntate domino Deo pro officio sacerdotali ad sanctissimum patrem papam ablegatum *Romam*, in ablegationem dare pollicitus sit, ac admonitus ea de re a suo filio DVXA, de uoto suo implendo, illud facere in animo proposuit; similiter maioris natu sui filii IOANNIS, cum non posset petitioni resistere, quod ipsi sua paterna uoluntate concesserit, ad peregrinas prouincias proficisci, ut *gladio* uictum quaerens, honestam *famam*, exempla maiorum suorum sequendo, sibi *compararet*. *Sepulchrum saluatoris* domini & loca sanctorum ut *uisitet*, ac *ordinem* sancti *Ioannis* militarem & societatem fratrum, ut *ingrediatur*: eam petitionem honestam & piam nobis communicatam nos deliberantes, cum non reperiremus ullam causam, quare id fieri non debeat, cumque ipsa conditio nostra ad eam rem nos inclinaret, conscenso solio nostro, cum consiliariis,

ariis, petitioni illius annuimus, quodcunque certis probationibus dominus ALBERTVS TETTAVR confirmare & coram nobis atque consiliariis nostris declarare uoluerit, ea uidere, examinare & discernere iuste velimus. Deposuit autem coram nobis & consiliariis nostris *diploma* IOANNIS, *regis Bohemiae*, datum *pro Baronatu familiae* TETTAVRORVM A TETTOVA, cum nonnullis *testimoniis Principum* imperii, qui dant testimonium *de stirpe a* TETTOVA, quomodo in patria illorum, *quadringentos annos* (prout memoriae in terris patriae ipsorum reperiuntur) semper *pro strenuis equitibus auratis imperialibus* habiti & existimati fuerint, in usu habentes, seu in clypeo gestantes, tres mordentes candidos, hoc est: DENTES LVPINOS in laeuam partem inclinatos, *Galeam coronatam*, in eaque *duas ales Aquilae*. Et quod idem dominus ALBERTVS TETTAVR ab illis antecessoribus ita testimonio firmatis fuerit progenitus. Ad haec cum haberet, ea quae ius & iustitiam demonstrant, nominauit *patrem suum* WOLFGANGVM TETTAVRVM, & *matrem* MARGARETHAM de ZIEROTIN, *auum* suum GEORGIVM TETTAVRVM, *auiam* suam ELYSABETHAM de ZASTRZIZT: quae personae sicut masculini sexus, ita & foeminini, erant mariti legitimi, honesti & religiosi, & praedecessores ALBERTI TETTAVRI ordinarie succedentes, *honestaeque famae*, *nulla* nota ac *reprehensione* honestatis *deformati*, cum fuerint homines *ex magnis familiis Baronum* & *Equestrium*, ac nobis & nostris familiis cognitorum. Postquam uero haec omnia ostensa & demonstrata sunt, prout scribitur, pronunciauimus cum consiliariis nostris, quandoquidem hic mentio fit annorum & familiarum plurium pro inuenienda ueritate, ut ipse ALBER-

in medium produxisse

1) *diplomata omni fide maiora*;

2) *Gentis Tettauiorum idolum heraldicum*,

3) *Genealogiam*,

4) testes uiuos eosque iuratos, TVS TETTAVR ea allegata, testibus uiuis cum iuramento, alleuatis digitis, attestantibus probaret, qui in istis allegatis fideliter & sincere se gessit nulla fraude usus, similiter ostendit, quod successiue, quemadmodum asseruit, ex istis personis masculini & foeminini sexus & ex sanguine illorum sit ortus ac constituit pro se ad attestandam veritatem has personas sibi adiunctas, *Henricum, Fridericum, Venceslaum, Vilhelmum, Ioannem, Tettauros a* TETTOVA, *patruos* suos, item *auunculos suos, Ioannem Henricum de Zierotin, Vilhelmum Adalbertum de Lomnicze, Ioannem Aloisium de Lippa, Casparum* & *Petrum de Zastrzizl,* qui uoluntarie coram nobis & consiliariis nostris eleuatis sursum digitis, *iuramento* protestati sunt, quod *Albertus Tettaur, Petrus, Ioannes Duxa*, filii eius de familiis suis paterna & materna progenie successiue originem trahunt, patrui genuini & auunculi ipsorum existentes: ipse uero ALBERTVS TETTAVR, pro se ipso *iuramentum* fecit, quod in hac probatione & purgatione se *iuste gesserit.* Quare nos pronunciamus, quod approbemus asseuerationem, & stirpem familiae, honestatem, conuersationem, progenerationem in mundum ALBERTI TETTAVRI, similiter & PATRIS, IOANNIS & DVXAE & *praedecessorum* ipsorum, qui annotati sunt, & profitemur eos secundum allegata *ueros* esse *liberos Barones.* Et quod haec omnia ita coram nobis & consiliariis nostris acta fuerint, *ad* ipsorum necessitatem & *futurum memoriam*, in hanc paginam illa omnia prout gesta sunt inscribi, & *sigillo* nostro confirmari eisque reddi curauimus. DATVM *Brunae* anno domini CIↃ CCCC II. in uigilia sancti Thomae apostoli.

Margin notes: *hic nominatos.* — *5) suam fidem iuratam.* — *Inde* TESTIMONIVM *pro* baronatu. — *Sigillum.* — Datum 1402.

DIPLO-

DIPLOMA XLVIII.

Monasterium SEDLICENSE mutuo accipit *CL. sexagen. groſſ. Pragenſ.* a NICOLAO de LOBKOWIZ, eique euentualiter bona ſua oppignorat CIↃ CCCC XVII.

NOs IACOCVS, *abbas*, IOANNES *prior*, NICOLAVS *ſubprior*, ANDREAS *cellarius*, NIKL *burſarius*, AVGVSTINVS *plebanus* in montibus *Kutnis*; HERMANNVS *infirmarius*, MARTINVS *portarius*, totusque conuentus *Monaſterii Sedlicenſis*, ordinis *Ciſtercienenſis*, *Pragenſis* dioeceſis, tenore praeſentium recognoſcimus uniuerſis, quomodo generoſus uir dominus *Nicolaus de* LOBKOVIC, tabularum regni Bohemiae, & Vrberae Regalis in montibus Kutnis *protonotarius*, in maxima & ardua noſtri Monaſterii *neceſſitate*, ſingularis noſter fautor & amicus, *centum & quinquaginta ſexagenas groſſorum Pragenſium* denariorum in parata pecunia nobis ac noſtro *Monaſterio* amicabiliter *mutuauit*, diuinae remunerationis & glorioſae Mariae uirginis intuitu ac precum noſtrarum deuota ſupplicatione, ob reſpectum, nullam tranſitoriam recompenſam inde cupiens, ſed aeternam potius remunerationem accepturus. Quam quidem pecuniae ſummam praeſcriptam promittimus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, bona noſtra fide, quouis absque dolo, ſuper *feſto* ſancti *Galli* proxime uenturo, dicto domino NICOLAO ſoluere effectualiter & indilate. In caſum uero, quod ſi dictam pecuniae ſummam in praefato termino minime perſolueremus, quod abſit, *ex tunc*, praeſentium auctoritate, praefatus dominus Nicolaus plenariam *habebit facultatem bona* noſtra, *homines*que noſtros, & bona eorum ubilibet reperta

Monaſterii Sedlicenſis literae obligatoriae quibus fatentur: ſibi a NICOLAO *de* LOBKOVIZ, *tempore neceſſitatis, 150. ſexagen. groſſor. Pragenſ. mutuo datas, feſto Galli reſtituendas ſub pacto: quod alias facultatem bona monaſterii arreſtandi, op-*

pignorandi etiam Iudaeis, *arrestandi*, *occupandi* & *inpignorandi*, ipsaque pignora inter Christianos uel Iudaeos *obligandi*, usque ad congruam satisfactionem tam capitalis, quam etiam damnorum inde legitime contractorum, & qui *praesentes* de bona uoluntate & *scientia* praefati domini NICOLAI *habuerit*, eidem competit ius omnium praemissorum. Harum, quibus *sigilla* nostra *Abbatis* & *Conuentus* appensa sunt testimonio literarum. *Datum* anno domini M CCCCXVII. feria secunda, proxima ante festum purificationis gloriosae Mariae uirginis.

habeant & creditor & alii sic dicti: getreue Briefs inhabere.

Sigillum.

Datum 1417.

DIPLOMA XLIX.

Oppignoratio castri HASSENSTEIN pro 4000. sexagenis, NICOLAO de LOBKOWIZ facta a *rege Bohemiae*, WENCESLAO, CIↃ CCCC XVIII.

WENCESLAI R. testantis se NICOLAO de LOBKOVICZ

WENCESLAVS, *dei gratia Romanorum semper augustus & Bohemiae rex*, notum facimus tenore praesentium uniuersis &c. Cum famosus NICOLAVS de LOBKOVIC, *Tabularum terrae regni nostri Bohemiae & Vrborae Montium Kutnensium Notarius supremus*, fidelis noster dilectus, pro usibus familiarium & stipendiariorum nostrorum dilectorum, de mandato nostro & in specialem complacentiam nostram, de substantia sua propria, *quatuor millia sexagenarum groſſ. Pragensium*, dederit & exposuerit, parata in pecunia: nos eundem Nicolaum de huiusmodi quatuor millibus sexagenarum groſſ. indemnem reddere uolentes & plenarie *certionare*, sibi, heredibus suis, non per errorem aut improuide; sed animo deliberato, sanoque fidelium nostrorum consilio accedente, praefatum *castrum* nostrum HASSENSTEIN,

pro 4000. sexagenis groſſ. Prag. mutuo datis

cedisse

STEIN, alias cum ualido exercitu noſtro expugnatum & acquiſitum, cum *homagialibus*, *oppidis*, *uillis*, *iudiciis*, *theloneis*, *iure patronatus eccleſiarum*, *cenſibus*; *reditibus*, *fructibus*, *prouentibus*, *allodiis*, *agriculturis*, *agris*, *cultis & incultis*, *ſiluis*, *rubetis*, *uenationibus*, *aucupiis*, *pratis*, *paſcuis*, *aquis*, *ſtagnis*, *riuulis*, *piſcationibus*, nec non uniuerſis & ſingulis aliis ſuis *pertinentiis* quibuscunque ſpecialibus cenſeantur nominibus, & *cum pleno dominio*, nil penitus excepto, pro praefatis quatuor millibus ſexagenis groſ. Pragenſium, in poteſtatem ſuam *dedimus*, *donauimus*, *adſcripſimus* & praeſentium uirtute Regiaque auctoritate Bohemiae Regni, *damus*, *donamus*, deque certa noſtra ſcientia adſcribimus gratioſe ſic uidelicet, quod ipſe haeredes & ſucceſſores ſui huiusmodi Caſtrum cum Vniuerſis & ſingulis ſuis pertinentiis, ut praemittitur, in ſua poſtate habere, tenere, poſſidere, nec non de ipſius ſingulis *fructibus*, *cenſibus* & *reditibus*, uti, frui & *gaudere* debeant pacifice & quiete, noſtris & ſucceſſorum noſtrorum regum Bohemiae ac etiam quorumlibet aliorum impedimentis penitus procul motis. Praefatus etiam Nicolaus, heredes & ſucceſſores ſui, praefatum caſtrum Haſſenſtein, quamdiu ipſum in poteſtate ſua habuerint, nobis aditum absque ipſorum damno aperire debebunt, ſic quod nos & officiales noſtri noſtro nomine cum ſuis armorum gentibus intrare & ab inde exire poterint, contra quemcunque, nullo penitus excepto, toties quoties opportunum fuerit & ſuper hoc per nos aut officiales noſtros noſtro nomine fuerint requiſiti, absque damno ipſorum, ut praefertur, ſed noſtris duntaxat ſumptibus & expenſis, *quamdiu uixerimus*

caſtrum Haſſenſtein *cum pertinentiis*

cum pleno dominio

& emolumentis omnibus

mus in humanis: cum etiam nos in uita existentes praefatum castrum HASSENSTEIN cum suis pertinentiis supra dictis, a praefato Nicolao, heredibus & successoribus suis *rehabere* uoluerimus, ex tunc ipsi nobis *de* huiusmodi *castro* & suis pertinentiis uniuersis uice uersa *condescendere* debebunt & tenebuntur, postquam primum ipsis praedicta *quatuor millia sexagenarum groff. Pragensium*, per nos data, numerata & parata in pecunia fuerint *integraliter persoluta*. Et quia praefatus NICOLAVS a longis transactis temporibus *maiestati nostrae* tot & tantis complacuit obsequiis, & in futurum complacere poterit, sic quod ipsum non immerito prae ceteris aliis, de innata *regiae nostrae maiestati* clementia specialibus gratiis & fauoribus prosequamur. Et ad hoc, ut ipse Nicolaus se a *maiestate nostra* specialibus gratiarum muneribus consolatum & praeuentum praesentiat, sibi, heredibus & successoribus suis hanc gratiam facimus specialem, in casu quo nos, nobis in uita existentibus, praefatum *castrum* HASSENSTEIN, cum suis pertinentiis uniuersis ab ipso Nicolao & suis haeredibus ac successoribus, cum praefatis quatuor millibus sexagenarum groff. Pragensium, non exsoluerimus, & uice uersa non redemerimus, ex tunc *post obitum* nostrum, quem altissimus diu auertat, ipse NICOLAVS heredes & successores sui utriusque sexus ipsum castrum cum suis pertinentiis, ut praefertur, & pleno dominio *hereditarie habere*, *tenere*, *quiete possidere* debeant; omni eo iure, modo & forma, quemadmodum haec omnia nobilis FRICZO de SCHONBVRK huc usque habuit, tenuit & possedit nostris & successorum nostrorum inclytae domus nostrae, Bohemiae regum & aliorum quorumlibet impe-

sub pacto: de rehabendo sin reemendo, restituta summa 4000. sexagenarum.

Mortuo Ioduco, successoribus e ius nullum ius, castrum uindicandi;

sed castrum tum hereditarie NICOLAVS *perpetuo possideat,*

exemplo FRICZONIS de SCHONBVRG

impedimentis, penitus procul motis. Supplendo etiam, de regiae nostrae maiestatis plenitudine, omnem defectum, si quis ratione *consuetudinis* aut *solennitatis obmissae*, seu alias quouis modo praefato NICOLAO, heredibus & successoribus suis, utriusque sexus, in praefatis bonis oriri posset quomodolibet in futurum, praesentium sub regiae nostrae maiestatis *Sigillo*, testimonio literarum: DATVM Pragae, anno domini M CCCCXVIII. die quarta decima Maji, regnorum nostrorum anno *Boem.* XLV. *Romanorum* uero XLII. Per D. CONRADVM *archiepiscopum* PRAG. PETRVM de SVETSSIM, *magistrum monetae*, IANKONEM de SMILKOV, IOANNEM de BAMBERK.

Renunciatio omnium exceptionum iura.

Sigillum.

Datum 1418.

DIPLOMA L.

Confirmatio priuilegii super castro HASSENSTEIN, *nobili* de LOBKOWIZ, olim a *rege Bohemiae* indulti, & a SIGISMVNDO B. R. innouati CIϽ CCCC XXI.

SIGISMVNDVS, *dei gratia*, *Romanorum rex semper augustus*, *ac Hungariae*, *Bohemiae*, *Dalmatiae*, *Croatiae &c. rex.* Notum facimus tenore praesentium uniuersis, quod ueniens ad nostrae maiestatis praesentiam, strenuus NICOLAVS de LOBKOVIC, *Tabularum terrae regni Bohemiae Protonotarius*, fidelis noster dilectus, nobis humiliter *supplicauit*, quatenus quoddam *priuilegium* sibi per serenissimum quondam Principem D. WENCESLAVM, *regem Bohemiae*, fratrem nostrum charissimum, super castro HASSENSTEIN, *datum*, *traditum* & concessum, de consueta nostra regiae benignitatis clementia, approbare, ratificare, *innouare*, & *confirmare* gratiosius dignaremur: nos

SIGISMVNDI Boemiae R. quo priuilegium, Nicolao de Lobkowiz a VVenceslao, super castro Hassenstein, datum,

igitur attentis fidelibus, ſtudioſis & indefeſſis obſequiis maieſtati noſtrae & coronae regni noſtri Bohemiae per eundem Nicolaum prompte impenſis hactenus & proceſſu temporis eo promptius impendendis, conſideratis, non per errorem aut improuide, ſed animo deliberato, ſanoque nobilium, procerum & fidelium noſtrorum conſilio accedente, praefato Nicolao priuilegium, ſibi per quondam fratrem noſtrum ſuper caſtro Haſſenſtein conceſſum, ut praemittitur, approbauimus, *ratificauimus*, *innouauimus*, & *confirmauimus*, approbamus, ratificamus, innouamus & uirtute praeſentium, regia auctoritate Bohemiae, de certa noſtra ſcientia gratioſius firmamus, decernentes praedicta auctoritate regia & uolentes expreſſe, quod praedictum priuilegium *in omnibus* ſuis *punctis*, *ſententiis*, *clauſulis*, *articulis*, ac ſi de uerbo ad uerbum praeſentibus totaliter foret inſertum, ex nunc in antea, perpetuam obtinere debeat inuiolabilis roboris firmitatem, praeſentium ſub noſtrae *maieſtatis ſigillo* teſtimonio literarum. DATVM in Montibus Kutnis, anno MCCCCXX. penultima die *Octobris*, regnorum noſtrorum, *Hung*. XXXIV. *Rom*. II. *Bohem*. I. Ad mandatum domini regis, FRANCISCVS praepoſitus *Boleſſauienſis*.

renouat & confirmat

per omnia.

Sigillum.

Datum 1420.

DIPLOMA LI.

IOSEPHVS, imperator, FEVDA *landſaſſica* omnia uniuerſi principatus BRIEGENSIS, ob merita & nummos, principi ſolutos, exemplo prorſus ſingulari, uertit in ALLODIA reducitque ad priſtinam indolem patrimonialem CIↃIↃCCV.

JOSEPH *von Gottes Gnaden, erwehlter Röm. Kayser, zu allen Zeiten mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Boheimb, Dalmatien, Croatien und Sclavonien Könige &c. Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Marggraff zu Maehren, Hertzog zu Lützenburg und in Schlesien, und Marggraff zu Laußnitz &c. &c.* Bekennen öffentlich mit diesem Brieff und thun kund iedermänniglich, was massen uns unsere treu gehorsamste Lehns-Stände unsers *Erb-Fürstenthums* BRIEG, so wohl bey vorherigen als ietzigen necessitatibus publicis und zu bestreitung derer hierzu erforderlichen *grossen Unkosten*, so wohl weyland unserm hochgeehrtesten *Herrn Vatern* hochlöbl. Gedächtnüss, als *uns selbsten* mit ansehnlichen und in etlich mahl *hundert tausend Gulden* sich belauffende *Geld-Hülffen* treu willfährigst unter die Arme gegriffen, anbey sich aber allerunterthenigst ausgebeten, womit wir davor ihre sambentliche in erwehntem unserm ERB-FÜRSTENTHVM BRIEG situirte LEHNS-*Güter*, wie solche in iedem weichbild absonderlich verhanden, aus dem Lehen in das Erbe, zu versetzen, allergnädigst geruhen wolten. Wann wir dann dieses ihr treu gehorsamstes *ansuchen*, in allergnädigster Betrachtung, dass, durch dergleichen ansehentliche gethane Geldes-Vorschüsse, uns und unserm Ertz-Hauss von *Oesterreich*, wie auch dem *publico selbsten ersprießlicher Nutzen* und Dienst geleistet worden, allergnädigst statt finden lassen, und dahero so wohl aus diesen, als anderen vielfältigen erheblichen Ursachen in solches allergehorsamstes ansuchen allergnädigst zu condescendiren uns entschlossen; als haben wir denenselben, ihren *Erben* und *Erbnehmen* sothane, in unserm Erb-Fürstenthum

IOSEPHVS, imperator an. 1705.

ob bene merita & largitionem numorum

feuda BRIEGENSIA mutat in allodia.

BRIEG

BRIEG gelegene LEHN-GÜTHER, benenntlich:

Quae enumerantur sigillatim.

Karisch, dem Wentzel von *Prittwitz*,
Mickendorff und *Baude*, dem von *Wentzky*,
Pohlnisch *Jaegel*, dem George Heinrich von *Pogrell*
Cirpitz, dem Johann Baron von *Trach*,
Niedertaeschkittel, dem Ernst Friedrich v. *Kittlitz*,
Krippitz und *Ulsche*, dem von *Spiller*,
Petterwitz, *Plamaechte* und *Bertzdorff* dem Hanss Adam von *Wentzky*,
Rupperstorff nebst darzu gehörigen antheilen *Krenow* und *Schönheu*, dem Christophen Praetorio von *Richthoff*,
Mayntze und *Dürnharte* dem Carl Christian Grafen zu *Gfug*,
klein *Jeseritz*, dem Hanss Heinrich v. *Grögersdorf*,
Kobelaw und *Brimingsdorff*, dem Johann Friederich von *Tschirsky*,
Goßwitz, dem Johann George von *Kottulinsky*,
Ober und Nieder-*Jacobsdorff*, dem Samuel von *Klinckowsky*,
Stachow, dem Balthasar Christian und Sylvio Friederich gebrüdern von *Franckenberg*,
Petersdorff, dem Sylvio Friedrich von *Gellhorn*,
Diersdorff, dem Jachim Friedrich von *Pfeil*,
Kuhnsdorff und *Pristram*, dem Leonhard von *Tschirsky*,
Jacobsdorffs, dem Wilhelm von *Franckenberg*,
Schoenfeldt, dem Caspar Heinrich v. *Franckenberg*,
Simmenow, dem George Bernhard von *Prittwitz*,
Ober-und Nieder-*Raßen*, dem von *Sebottendorff*, und der *Sebottendorffschen* Erben Mutter,
Weißlowitz, dem Christoph von *Franckenberg*,
Proschlitz, dem Joachim Ernst von *Franckenberg*,
Naßadel, dem von *Franckenberg*,
Gaula, dem Ernst Wilhelm von *Sebottendorff*,

Kauer,

Kauer, dem Hanſs Chriſtopk von *Sebottendorff*,
Jacobin, *Kuratſchky*, *Schimmeley* und *Draemling*, dem Hanſs Chriſtoph von *Kutſchenbaar*,
Sitzmannsdorff, dem Hanſs Bernhard von *Prittwitz*
Betzendorffiſche Ober-Gerichte, dem Wentzel von *Prittwitz*,
Krauſenow, dem Johann Damian von *Sebottendorff*,
Mechwitz, dem Ernſt Leonhard v. *Tſchirsky* gehörig.

Dann gleichfals diejenige LEHN-GÜTHER ſo ſich in beſagtem unſerm Erb-Fürſtenthum BRIEG befinden, und ſich an weyl. unſern hochgeehrteſten Herrn Vatern höchſtmildeſten Andenckens, ehe die *Lehns-anticipation* de anno 1657. von *zwey-mahl hundert ſechszig tauſend Gulden Rein.* erfolget, erlediget, zu auffbringung ſothaner Anticipation aber damahl nicht mit collectiret, ſondern hernach wiederumb in *qualitate feudali verkaufft*, verſchenckt und vergeben worden, als:

Gaunitz, *Strache* und *Siluitz*, dem Franck Weighardt, Baron von *Hoffmann*,
Woinewitz, dem Ludwig Heinrich von *Kordewitz*,
Ober-Sigrodt, dem Julian von *Vippach*,
Malſchow, denen Hanſs Ernſt *Peiniſchen* hinterbliebenen Erben zugehörig, ſamt allen ihren Ein- und Zugehörungen, wie die immer Nahmen haben mögen, nichts davon ausgenommen, zu freyen Erb- und Eigenthum ausgeſetzet.

Formula conuerſionis feudorum in allodia.

Setzen und machen auch dieſelben zu einem *Erb-* und *Eigenthum* für ſie, alle ihre *Erben* und *Nachkommen*, *Mann-* und *Weiblichen Geſchlechts*, wie es nach Ordnung und Ausſatz des *Erb-* und *eigenen Rechtens*, zum beſtändigſten, ſicherſten und kräfftigſten beſchehen ſoll, kan und mag, alſo und dergeſtalt, daſs ſie in erwehntem unſerm *Erb-Fürſtenthum Brieg* befindliche ſämtliche *Lehn-*

Staen-

Staende, keinen davon ausgenommen, und alle künfftige Besitzer und Inhaber ihrer nunmehro in das *Erb*-und *Eigenthums versetzter Dorffschafften* und *Güther*, samt allen Ein-und zugehörigen zum Erb-Eigenthum ewiglich innen haben, besitzen, geniessen, gebrauchen, dieselbe in eigenen *Rechten* hinwiederumb *theils* oder *gar verkauffen*, *vergeben*, *vertauschen*, *versetzen*, *verpfaenden*, *und sonsten damit*, *wie mit allem ihrem andern Eigenthum* und *proper-güthern* handeln und wandeln, thun und lassen können, und mögen, nach ihrem besten *Willen*, *belieben* und *wohlgefallen*, *gantz frey*, *sicher*, und ohne *alle* unser, unserer Erben, nachkommenden *Koenigen zu Boheimb*, OBRISTEN HERTZOGEN in *Schlesien*, wie auch Hertzogen zu *Lignitz*, BRIEG und Wohlau, auch sonsten männliches Eintrag und Hinderung. Und gebieten hierauff allen und ieden Unterthanen, was *Würden*, *Stands*, *Amts* oder *Wesens* die in unserm Hertzogthum Schlesien und Erb-Fürstenthum *Brieg* seynd, insonderheit unserm Königlichen Ober-Amte, und unserer Königl. *Briegischen* Regierung, dass sie mehr erwehnte unsere Briegische *Lehens-Staende*, deren Erben und nachkommende Besitzere, Mann-und Weiblichen Geschlechts, bey ermeldten von uns in das *Erb*-und *Eigenthum* versetzten Dorffschafften und Güthern, als *Koerisch*, *Mickendorff* und *Baude*, *Pohlnisch Jaegel*, *Tirpitz*, *Nieder-toschkittel*, *Krippitz* und *Ulsche*, *Peterwitz*, *Plomühle* und *Bretzdorff*, *Ruppersdorff*, nebst dazu gehörigen Antheilen, *Kreuau* und *Schoenheu*, *Montze* und *Dürrenhorse*, *Klein Jeseritz*, *Kobelau* und *Brinningsdorff*, *Rosswitz*, *Ober-und Nieder Jacobsdorff*, *Stachau*, *Petersdorff*, *Diersdorff*, *Pristrom*, *Kuhnsdorff*, *Jacobs*-

Sanctio.

Jacobsdorff, *Schonfeldt*, *Simmenau*, *Ober-und Nieder-Roffen*, *Waißlowitz*, *Proſchlitz*, *Naßadel*, *Ganla*, *Kauer*, *Jacobin*, *Kuratzky*, *Schimmeley* und *Drombling*, *Sitzmansdorff*, *Lortzendorffiſche Ober-Gerichte*, *Krauſenow*, *Mechwitz*, *Gaunitz*, *Strache* und *Sillwitz*, *Wamewitz*, *Ober Sigrodt*, *Malſchau*, ſambt allen deren appertinentien veſtiglich und geruhiglich verbleiben laſſen, auch darbey ſchützen, ſchirmen und handhaben, darwieder nicht beſchwehren, noch ſolches iemand andern zu thun geſtatten, bey vermeidung unſerer ſchweren Straff und Ungenad. Das meynen wir ernſtlich. Zu *Urkund* dieſs Brieffs beſiegelt mit unſerm Käyſer-und Königl. anhangenden gröſſern Inſiegel. Der gegeben iſt in unſerer Stadt WIEN, den 24. Monats Tage Septembris, nach Chriſt unſers lieben Herrn und Seeligmachers Gnadenreicher Geburt, im *Siebenzehn hundert fünfften*, unſerer *Reiche* des Römiſchen im *Sechzehenden*, des Hungeriſchen im *Achtzehenden* und deſs *Boheimiſchen* im Erſten Jahre. *Sigillum & ſubſcriptio Viennae 1705.*

JOSEPH. m. prop.

Venceslaus Adorberhgl. Kinsky, Reg. Boh. S. Cancellarius.
Johann Wentzel Graff Wratislau.

Ad mandatum Sac. Caeſ. Reg. maieſtatis proprium

Johann Chriſtoph von Sonnig.

LIB.

LIBER II.

EPISTOLAE GALLIAE REGIS CAROLI VIII. ET PHILIPPI ELECTORIS ARCHIPALATINI.

EPISTOLA I.

Ad regem Francorum *promotoriales.*

CIↃ CCCC XCVII.

PHILIPPVS *Elector* PALATINVS 1497.



Hristianissime ac potentissime rex, domine & sanguinee carissime. Post sinceram nostri commendationem & parata obsequendi in singulisque complacendi uoluntatem, ueniant ad regiam celsitudinem uestram *Christophorus de* ROSEMBERG & *Anshelmus de* SANSHEIM nobiles *armigeri*, regiam gloriam uestram & illius amplissima regna plurimum admirantes. Qui, nostris literis promoti, ualde sperant *regium* consequi *fauorem* & sese illius laborumque suscipiendorum gratia *militaribus stipendiis* a *serenitate* uestra dignos decerni. Igitur regiam *celsitudinem* uestram rogamus, quatenus praefatos *Christophorum & Anshelmum* de regia *beneficentia* plurimum commendatos suscipiat, nostri contemplatione. In quo regia uestra *celsitudo*, quam *deus* optimus maximus longo aeuo incolumem conseruet, rem faciet nobis admodum gratam, pro uiribus compensandam. DATE ex opido nostro HEYDELBERG, Kalend. *Septembris* anno domini *millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo.*

commendat Galliae regi CAROLO VIII. *duos armigeros,*

ad militaria munera & stipendia

Datum 1497.

PHILIPPVS *dei gratia*
comes PALATINVS &c.
collationata.

EPISTOLA II.

Rex Francorum CAROLVS VIII. refpondet fuper geftis in dieta Tollenfi CIↃ CCCC XCVII.

CAROLVS, *dei gratia Francorum, Siciliae & Hierofolymae rex. Illuftriffime comes ac dux confanguineeque & amice cariffime.* Dominus de *Fay*, magifter *hofpitii* noftri, nobis retulit; quo pacto ob aduerfam *ualetudinem*, que fibi contigit in itinere, communicatio illa, de qua ad *kalend. Maias* in urbe CVLLEY facienda cum decano *Spirenfi*, confiliario ueftro, conueneramus, fuerit interrupta: que res nobis minime leta fuit: nifi in ea perpetuandae amicitie noftre non modicam fpem repofuiffemus. Retulit etiam, qualiter ipfe *decanus* ad eandem urbem *Culley* cum inftructionibus poftmodum reuerfus eft: & quicquid ob eo audierat, nobis pariter enarrauit. Dixit quoque, uos dicte *communicationis* defectum atque alia nonnulla molefto animo quodammodo tuliffe: quod nobis graue fuiffet: nifi praedictus de *Fay* nos fouiffet ea fpe, quod, ubi illa, que prefato *decano*, nomine noftro, communicauit, audiueritis, omnia eiusmodi aequo animo accipietis, quemadmodum optimi *confanguinei* alter alterius onera fupportare confueuerunt. Nam ita erga *uos* fumus affecti, ut, pro *fanguinis* & *amicitie* iuribus, quibus mutuo *coniungimur*, honori commodisque ueftris femper ftudere cupiamus, nosque procul dubio, quoad diu vixerimus, tales inuenietis. Quod uero *rex Romanorum* iactitat, nos fibi quedam reuelaffe de *intelligentiis*, que a nobis aduerfus fe, ut ait, per *Almaniam* diriguntur, nihil propterea commoueri debetis. Hic enim *amicitiam no-*

CAROLVS VIII. R. GALLIAE 1497. *refpondet* apalatino *doletque pacta, ob ualetudinem eius, caruiffe fucceffu,*

parum ei grata etiam poft.

Contra amicorum fortunas effe debere communes.

Etiam aduerfus imperatorem Maximilianum I.

ſtram ſummo ſtudio diſſipare nititur, quod eam ſuis conatibus plurimum obſtare non ignoret. *Qui ſtudeat diſſoluere amicitiam,* Noſtis uero, quod, qui *amicorum* animos a ſe inuicem contendunt *auertere*, talia uerba de induſtria ſeminant, ut alterius ab altero *fides* & affectio ſeduceretur. Non ergo mens ueſtra *commentis* hominum acquieſcat credere; *ſibi noxiam, commentis.* nam de his rebus ne unum quidem *uerbum* a nobis unquam *emanauit*: amicitiae namque uinculo uobiscum nexi perpetuo in ea manere deſideramus. *Quaſi Rex prodidiſſet foedus.* Sicuti optimi amici & *conſanguinei* ſolent ac debent. Quod uobis quoque *cordi* eſſe ſperamus atque rogamus. *Valete illuſtriſſime comes* ac *dux* conſanguineeque & amice cariſſime.

Titulus *epiſtola regis.* *Illuſtri principi, domino* PHILIPPO, *comiti* PALATINO *Rheni, electori ſacri imperii ac duci* BAVARIE, *conſanguineo & amico noſtro cariſſimo.*

EPISTOLA III.

Reſponſio principis APALATINI ad CAROLVM VIII. GALLIAE R. CIↃ CCCC XCVII.

PHILIPPVS APALATINVS *reſpondet Galliae R. 1497. gaudetque eius amicitia* *Chriſtianiſſime atque potentiſſime rex, domine & conſanguinee chariſſime.* Sincera noſtra *recommendatione* ac obſequendi complacendique uoluntate praemiſſis. Accepimus *XI. Kalendis Auguſti* literis *ſerenitatis* ueſtre non inuiti, animum *regium* & *gratam* amicitiam *celſitudinis* ueſtre in ſua bonitate erga *nos* perduraſſe. Id gaudio ſingulari nos affecit, & gratum admodum fuit & eſt; gratiſſimum uero, quod regia *ſublimitas*, ut pro *ſanguinis* & *amicitie* iuribus, honori commodisque noſtris ſtudere cupiat, ſeſe *ſed tamen exprobrat Regi,* nobis affectam tantopere pollicetur. Quemadmo-

modum autem apud *Lugdunum* medio fidelis & dilecti consiliarii nostri domini *Heinrici de* HELMSTATT, ecclesiae Spirensis decani, nobis in urbem *Tollensem* ad Calend. *maias dietam* indixit, non solum super *perpetuanda* ac firmanda inter nos pristina *amicitia*; uerum etiam *pro solutione pensionis annue*, de *regia munificentia* nobis dudum *debite* ibidemque petite, fienda; ita dominus de FAY, orator celsitudinis uestrae, post tardum ipsius aduentum ad dictam dietam, admissa excusatione de sua aduersa *ualetudine*, de predicte *pensionis* solutione, ut asserit, non modo *commissionem non habuit*; sed & regia *celsitudo* de ea *prouisione* soluenda, nunc scribendo suis literis *mentionem* prorsus *nullam* facit, quamquam idem dominus de FAY, prefatum oratorem & consiliarium nostrum certificauerat, se inter alia procul dubio effecturum, ut nobis quoad proximum satisfieret. De quarum rerum *uarietate* demirari modo non sufficimus. Nam demeritum nobis nullum impingi potest, nec demeruimus; at eorum, quae nobis cumulatim in *plures* usque *annos* dudum debita retardata sunt, *solutio nulla* contingit, iterum atque iterum rogata atque instantissime petita. Enim uero *serenitatem uestram* pro amicitia & fauore solitis animique nostri erga ipsam indefessa constantia nondum *accusamus*; sed eos, quorum culpa id fit, relinquimus. At nos, in *regia* uestra *amicitia* & conseruanda & perpetuanda intenti, profecto nihil magis optamus, quam, ut semper animus fuit, *regie celsitudini uestre* in singulis pro uiribus complacere; id ipsum de *serenitate* uestra nobis persuadentes offerentesque nos ad gratam desideratamque *amicitiam serenitatis uestre* nunquam defuturos. Sic

quod in pactu cum eo stipendium promissum soluere negligat

tot annis ab electore frustra expectatum.

Admonet regem,

candem celsitudinem uestram rogamus obsecramusque, nobis de regia beneficentia & liberalitate collatum in ea *pensione*, que, *pacto*, *scriptura & sigillo* firmata, dudum *debita* est, quantocyus satisfieri. Id enim ad *dignitatem*, gloriam & illibatam *fidem* pertinet *maiestatis uestrae*, ut in prefate *pensionis obligatione* singulari beneficentia nos affectos re ipsa sentiamus, nos id cum aliis susceptis *beneficiis* gratissimo *antidato* cum regia *serenitate* uestra pro uiribus compensare curabimus, quam *deus* noster in prospero & felici statu & *uite* & *regiminis* incolumem diu conseruet. DATE ex oppido nostro *Heydelberg* VIII. kal. Augusti anno MCCCCXCVII.

ut fidem seruet soluatque.

Datum 1497.

PHILIPPVS dei gratia
comes *palatinus* Rheni &c.
collationata.

EPISTOLA IV.

CAROLVS VIII. REX Francorum PHILIPPO comiti PALATINO Rheni &c. satis pulcra missiua, militari eloquio, scribit sui excusatoriam, super accusatione regis ROMANORVM. CIↃ CCCC XCVII.

CAROLVS *dei gratia* FRANCORVM, SICILIE & HIEROSOLYME *rex, illustrissime comes ac dux consanguineeque & amice carissime.* Vidimus exemplum quarundam *literarum*, quas carissimus *frater* & *consanguineus* noster, REX ROMANORVM *serenissimus*, ad uos duos *electores*, nec non ad *urbes* & *ciuitates sacri imperii* nuper destinauit: quibus inter cetera postulat, ut *pecunie summam*, que pro eiusdem *imperii* conseruatione destinata est,

CAROLVS VIII. *R. Galliae scribit ad* Philippum *electorem* Palatinum.

est, ad se deferant: quod *coronationis sue gratia Romam* proficisci decuerit. Cum quia IMPERATORIS, ut ait, nomen ui & armis *aucupare* contendimus; cum etiam quia MEDIOLANENSEM *ducem*, VENETOSque & eorum dominationem intendimus subiugare. Quarum *literarum* series nos adduxit, ut de huiusmodi rebus continuo ad uos scriberemus: ne nos tales forsitan iudicaretis, quales *maliuoli* & *emuli* nostri apud eundem *fratrem* & *consanguineum* nostrum REGEM ROMANORVM uosque duos *electores* non existimari desiderant. Quemadmodum ergo ad uos *nouissime* scripsimus, nunquam nobis ea mens fuit, ut super IMPERII IVRISDICTIONE aut rebus ad ipsum pertinentibus aliquid uellemus usurpare, immo uero ita animati fuimus erimusque semper, ut, si quis contra ipsum *sacrum imperium*, ausu temerario, quicquam moliri presumeret, pro illius conseruatione, nos nostraque *libenter* exponeremus. Quantum ad VENETOS attinet; est nobis aduersus eos plus quam *iusta belli querela*, eo, quod nonnullam regni nostri *Sicilie* partem inique iniusteque detinent; ac sub umbra pecunie, quam *dom* TENANDO mutuam crediderunt; dictum regnum, quod nobis uera successione pertinet, auaritia excecati sue ditioni conantur applicare. Huc accedit, quod apud *forum nouum* dum rediremus in *Franciam*, nec re nec uerbo a nobis lesi, nostrum ac totius *exercitus* nostri *exitium* attentare uoluerunt. Quorum ferociam, superûm beneuolentia roboreque ac uirtute militum, non sine graui eorum iactura, feliciter euasimus. Quo fit, ut propter *contumelias* ac *damna*, quibus immerito nos affecerunt, magnam in eos *iustamque* belli *occasionem* habeamus. Cui

quod in suspicione sit, quasi IMPERATORIS *nomen adfectet.*

Insequaturque

1) Mediolanenses,

2) Venetos,

Primum *falsum esse*,

quod potius Romani imperii amicus.

Sed iustus hostis VENETORVM, *qui* praedones *&* insidiatores *omnium rerumpublicarum.*

1) Galliae,

2) ImperiiR.

3) Pontificis R.

rei pro temporis & loci opportunitate operam dare cum *dei adiutorio* proposuimus. *Nostis illos*, *nostis*, quod sint *alienorum dominiorum usurpatores famosissimi*, utpote qui plurimas & *ecclesie* & *imperii terras*, nullo iure, occuparunt & contra ius fasque retinent. Ipsique, *nobilitatis* expertes, solos nobiles oderunt atque insectantur. Vt uero ad reliqua transeamus; GENVA nobis optimo iure spectat, cuius gratia dux *Mediolanensis* homagium nobis fecit ac *fidelitatis* praestitit *iuramentum*, quod male nobis postea, aut ut uerius loquamur, nusquam persoluit. Nec *fides habenda est*, si, ui coactus, pactum nobiscum fecisse dicatur. Nam huius rei causa uolens cupidusque ad nos accessit: ad idque cum instantia, se recipi supplicauit. At nemo est, quem delinimentis ac blanditiis suis non subuertat, si ei *aures* prebeantur. GALLIAE autem *terras* iuraque & dominia *christianissimorum progenitornm* nostrorum uestigia sequentes, nullo pacto imminuere; sed, quantum nobis possibile est, augere auctaque tueri in animo habuimus semper ac perpetuo habebimus. Atque ad id procurandum nos sepius ultroneos obtulimus. Neque ipsius *urbes* oppidaue ui occupauimus unquam. Nihilque horum hoc tempore penitus retinemus. Et si qua ex illis, predicti nostri SICILIE *regni* adeptione, *summus* PONTIFEX nobis tradidit, id sponte sua fecit ac de *Reuerendissimorum* CARDINALIVM *uoluntate* & consensu. Que omnia eiusdem regni nostri facta recuperatione illico restituimus. Quodsi, posteaquam dictum *regnum* redegimus in potestatem nostram; nonnulli, ueluti DVX MEDIOLANENSIS fidei sacramentum uiolans; ac VENETI iam totum ipsum regnum spe amplectentes, partem

famosissimi usurpatores.

GENVAM *Galliae deberi.* MEDIOLANENSEM *D. fefellisse homagium regi praestitum.*

Harum iniuriarum Galliae R. ultorem.

Sed urbes *Italiae occupatas se restiturum, subacta* SICILIA.

partem illius de facto inuaserunt: quid mirum, aut que tandem inuidia est, nos illius *recuperationi* animum intendere? An potius audiendi sunt DVX MEDIOLANENSIS & VENETI, qui nos, aiunt, sub ipsius recuperationis uelamento, INVASIONEM IMPERII pretendere, quod nunquam facere cogitauimus. Igitur eorundem suggestione ac predictarum literarum carissimi fratris & consanguinei nostri ROMANORVM REGIS INCLITISSIMI, quarum *transumptum* ad uos mittimus; pretextu; uos duos *electores sacri imperii*, omni boni & communis pacis conseruatores, cum congregari contigerit: oramus, ne facile quicquam *aduersus nos* credideritis. Nam si rei ueritatem uolueritis inuestigare, nos *christianitatis* utilitati, *sacri* quoque *imperii* conseruationi, quantum in nobis erit, paratissimos semper ac ipsius *imperii amicissimos*, nihilque omnino ex suis aut *iurisdictione* aut *rebus* cupientes usurpare: sed longe illius commodis, quam *Mediolanensem ducem* aut *Venetos*, propensiores nos inuenietis. *Valete* illustrissime *comes*, *ac dux consanguineeque & amice carissime*. DATE *Ambasie* XI. die mensis *Augusti* CIↃ CCCCXCVII.

Nihil se cogitare aduersus imperium.

Inde imperatoris literas, in transsumto missas, non mereri fidem, apud electores & ordines imperii.

Datum 1497.

Illustrissimo principi & consanguineo nostro, comiti PALATINO *Rheni*, *electori sacri imperii ac Bauarie duci*, *amico nostro carissimo*.

Titulus a R. datus Palatino.

EPISTOLA V.

MAXIMILIANI Caesaris ad *Pontificem* R. ut tollat *excommunicationem*, factam in Philippum principem electorem *Palatinum* absque ullo iure uel causa. CIↃ CCCCXCVII.

B*Eatissime pater*, *domine reuerendissime*. E-

MAXIMILIANI I. imperatoris 1497. litterae admodum acerbae aduersus Pontificem R. qui, instinctu abbatis Weissenburgensis, electorem Palatinum PHILIPPVM excommunicauerit. Cum tamen caussa sit imperii,

docti sumus denuo ab illustri PHILIPPO *palatino Rheni*, duce *Bauarie*, principe *electore* & *consanguineo* nostro carissimo, quonam pacto abbas & conuentus in *Wyssenburg* apud *Renum* non lacessiti, sed ultro, nulla legitima occasione apud sanctitatem uestram contra conquesti, ipsum non *uocatum*, *inauditum* nullaque accepta eius responsione & cum praesertim illi cum eisdem nullum negotium fuit, in *excommunicationem* deduxerint; ea autem causa inter eos nullo certo *iuris ordine* contraque mandatum nostrum, qui & audire partes & controuersiam absoluere potuerimus, nulla habita ratione inclinatissimi animi ipsius *palatini*, qui se nobis, uti ROMANORVM REGI & ordinario IVDICI suo, atque uestre *beatitudini* concorditer aut *iuridice* pariturum semper obtulerat, inique & *contra omnem honestatem* processerit, que cum singula ipse per oratores suos *sanctitati uestrae* abunde ac dilucide declarari curauerit, petiueritque, cum *inauditus* & non *citatus* condemnatus sit, hac oblatione sua de stando *iuri*, considerata, ipsum ab *excommunicatione* absolui & defensiones suas, quas ipsum *nature ius* nulli unquam negat, nequaquam refutari. Ut quod & *deus* optimus maximus & omnium *mortalium potestas* annuisset, *beatitudo* uestra pateretur & iustitie aditum, qui communis debet esse omnibus, non sibi soli occludi; sed *patere* pro sua solita equitate sineret. Quod & nos ipsi apud *sanctitatem nostram* scriptis nostris contendimus, & hortati eandem sumus diligenter & cum eiusmodi iustissime *Palatini* oblationis *nulla* habita fuisset *ratio*, neque legitimum *mandatum* nostrum ab ipso *abbate* & *conuentu* obseruatum, eundem principem ea *molestia nulla* sua

Palatinus sit inauditus.

Hortatur imperator pontificem,

sua culpa oneratum liberari &, ut equum erat, absolui permitteret. Quandoquidem id, uti obsequentem & *christianum principem* ac *Romani imperii electorem* decet, erga *sanctitatem* uestram, & nos semper se exhibuerit, & imposterum haud secus pro innati ingenii sui instituto efficere promptissimus & paratissimus esset. Cum itaque nos hanc oblatam principis nostri *uoluntatem*, qua se ad *omnem iuris dispositionem* semper obtulit, nobiscum exacte pensauerimus nosque *sacri imperii electorum principum* actiones concernere sciuerit, quam plurimis de causis & respectibus, & iis presertim, quibus ex uinculo & obligatione sacro imperio addicti sumus, quodque nobis ipsis nostram ac sacri imperii autoritatem & libertatem protegere ac conseruare tenemur: non potuimus non magnopere mirari eiusmodi illate excommunicationis negotium, cogimurque hic existimare iudicareque, sanctitatem uestram praesertim ubi de illustribus personis & electoribus sacri imperii principibus agitur, celeri nimium discussione processisse: quandoquidem & cause huius principale momentum, ut clare admoniti sumus, non tanti fuit, ut eum rei successum mereretur: potuissetque id haud difficulter fieri, ut earum personarum & electorum principum, que sacri imperii ac catholice ecclesie maxima ac potissima membra sunt, maior apud sanctitatem uestram ratio habita foret, cum & illud eidem cognitum satis esse debeat, ubi prenominati Palatini iuris negotiis tribunal nostrum satisfacere rite potest, ut in hac causa procul dubio est: ea non coram sanctitate uestra; sed coram nobis, uti Romanorum rege & ordinario illius iudice, absolui merito debent. Et quan-

ne ita uili pendat electores S. R. I.

Quorum auctoritatem ipse sit conseruaturus, ut deceat imperatorem

Maxima ecclesiae membra ELECTORES, *mereri a* pontifice *maiorem reuerentiam*

Causam bane esse tribunalis *Germaniae; non pontificis.*

quanquam is coram ſanctitate ueſtra iuri dicendo ſe non inuitum obtulerit; eſt id contra nos & noſtram & ſacri imperii auctoritatem & libertatem eaque occaſione nobis non facile ferendum: licet perſuaderi minime poſſumus, ſanctitatem ueſtram in alienam meſſem h. e. in noſtram ac ſacri imperii ſuperioritatem uelle falcem imponere. Sed potius id nobis & ſacro imperio innocuum & inuiolatum cuſtodire & protegere pro uiribus curaturam confidimus: ſicut & nos pari uiciſſitudine erga eandem ueſtram ſanctitatem inclinati & obnoxii ſumus. Cum autem nobis & ſacro imperio negotium hoc maioris adhuc momenti, quam hic ſcribamus, incumbat: hortamur enixe ſanctitatem ueſtram rogamusque magnopere, ut praenominati principis oblationem, quam recte, ordinarie & iuridice ſemper obtulit, iuxta honeſtatis exigentiam coram nobis, qui uere ſuperiores eius ſumus, pro conſequenda iuſtitia dirigere illumque a praedicta excommunicatione abſoluere dignetur. Nos enim itidem in cauſa translationis monaſterii in Wyſenburgk nequaquam ſanctitati ueſtrae obſiſtere; ſed eam debite procedere libenti animo acquieſcemus. Illa igitur ſe erga nos ita oſtendat, quemadmodum clare nouit, noſtram, ſacri imperii ac aliorum ueterem libertatem & auctoritatem merito decere & nos abſque dubio in eadem ueſtra ſanctitate confidimus. Nam ſi id ſecus eueniret; quod tamen perſuaderi minime poſſumus: non eſſet profecto nobis aut ſacro imperio diutius ferendum, conſiderata praeſertim tam honeſta principis oblatione aliiſque reſpectibus, quos ſupra enumerauimus. Volumus ergo in ea ſpe & firmitate quieſcere ſanctitatem ueſtram, conſiderat:

Qui in alienā meſſe.

Non Weiſſenburgenſibus *denegatum iri ius.*

Igitur tollatur excommunicatio, *libertati S. R. I. aduerſa.*

rat. s

ratis diligentius rebus omnibus, huic nostrae honestae exhortationi & precibus obtemperaturam; neque desiderio nostro ulterius obstituram. Hoc enim nos vicissim erga uestram sanctitatem & communemChristi ecclesiam rependere studebimus. In quo etsi nullam repulsam timeamus, rogamus tamen eandem uestram sanctitatem, ut huic nuncio nostro responsum scriptis suis ad nos exhibere dignetur.

Respondeat papa per litteras nuncio *Caesareo.*

EPISTOLA VI.

Philippi Electoris Palatini ad INVICTISSIMVM, uti appellat, Galliae regem, CAROLVM VIII. qua intercedit pro mercatoribus, ut soluatur reddaturque a rege, quod illis debetur CIↃ CCCCXCVII.

SErenissime, *potentissime ac* INVICTISSIME *princeps*, domine *rex christianissime*, *consanguineeque noster charissime.* Post sinceram nostri commendationem ac paratam obsequendi in singulisque complacendi uoluntatem. Quia *fidelis* noster, *dilectus*, *Iacobus Kauffleb*, de CRONBERG, mercator, cui bona inclinamur affectione, superioribus annis *Antonio* NEPHEV, uestrae regiae celsitudinis *bombardarum magistro*, ut nobis exposuit, certam summam pecuniarum pro *cupro* in uestrae *regiae sublimitatis* usum applicato ac aliis mercimoniis credidit; iuxta tenorem *chyrographi* eiusdem *Antonii*; de qua sibi *mille quingentos* & *sexaginta sex aureos*, decem septem *solidos* cum sex *denariis Francigenarum* monetae sibi insolutos post effluxos ac constitutos solutionis terminos restare concreuerit. Et quamuis cum

Verba curialia archipalatini *ad* Regem Galliae CAROLVM VIII. *1497.*

quibus mercatoris solutionem pro cupro, bombardarum magistro *uendito regi commendat.*

Quod nil profecerit in Galliae tribunalibus eundem *Antonium Parisiis*, seculari & spirituali iudiciis conuenit ac solutionem per sententiam obtinuit: uariis tamen ac *friuolis* exceptionibus & *subterfugiis* ab eodem pro suis creditis usque hodie molestetur. Ceterum certam *massam auri trium marcarum* & unius dragmae in ualore tre-*Porro de massa auri fisco addicta* centorum decem & octo aureorum ad nostras terras deportandam cuidam *Metensi* ciui commiserit; quae per quendam, Iohannem *Wosel de Vossi*; & filium eius inuenta, domino eiusdem uillae praesentata, per eundem ac regiae uestrae celsitudinis procuratorem, tanquam *thesaurus* uel res *inuenta* confiscata sit; quamuis idem IACOBVS eandem *massam*, tanquam suam, certis ac ueris probauerit indiciis, petens a nobis, ut ipsum in talibus *regiae* uestrae *sublimitati* nostris scriptis commendatum faceremus. Quare *sinceriter* deprecamur: quatenus eundem *Iacobum* KAVFLEB, his nostris praesentibus accedentibus, *regio* fauo-*reddenda domino.* re amplecti &, ut celerem suorum *creditorum*, solutionem ac praedictam auream massam consequatur, gratiose disponere uelit & in his, nostri & iustitiae intuitu! ita fauere, ut haud nostram commendationem sibi profuisse deprehendat. Pro quo nos omni cum *beneuolentia* uestrae regiae *celsitudini* ad quaeuis beneplacita semper paratissimos offerimus. Eandem regiam dignitatem *felicibus auspiciis*, pro *augmento regni*, semper prosperam ac incolumen conseruet altissimus. *Da-*

Datum 1497. *tum* ex oppido nostro *Heydelberg*, II. die mensis Octobris, anno M CCCCXCVII.

Titulus ad regem Galliae. Serenissimo, potentissimo ac INVICTISSIMO principi, domino CAROLO, Francorum regi christianissimo, domino & consanguineo nostro carissimo.

NB.

NB. In margine exempli curialis additum: Alias scriptum est: christianissimo ac potentissimo domino CAROLO. Quaeratur a magistro PAVLO: numquid expediat ista styli *mutatio*?

EPISTOLA VII.

Philippus ARCHIPALATINVS elector excusat se *Regi Galliae* CAROLO VIII. quod nequeat feuda D. CLIVIAE conferre, quae ad curiam Palatinam deuoluta CIↃ CCCC XCVII.

CHristianissime ac potentissime rex, domine & *consanguinee charissime*. Recommendamus nos *regiae celsitudini* uestrae, animum paratum complacendique beneuolentiam sinceriter offerentes. Rogamur, *inclyte rex*, a *serenitate uestra* suis regiis litteris, quae de dato *Molduni* die *ultima Augusti* nobis sunt pridie kalendas *Decembres* praesentatae, ut illustrem *ducem* CLEVENSEM, amicum & consanguineum nostrum, ex *iure* illius *conthorali* deuoluto, de certis *locis*, *castris* & *dominiis* a nobis in *feudum* pendentibus inuestiremus. Verum quia ex *iure* nostro & per nostrorum *feudorum consuetudinem* formamque *inuestiturae* de huiusmodi *feodis* retro uasallis nostris, praecipue illustribus *consanguineis* & *amicis*, dum uixerant, nostris charissimis, *Henrico* & *Wilhelmo*, *landgrauiis* HASSIAE, factae a nobis, contigit; illa ad nos plane fore & esse deuoluta: ideo de iure illum, ut *alium*, inuestire non tenemur; quinimo *deuolutum feodum* iamdudum decreuimus nobis ipsis heredibusque nostris liberum resignare. Qua de re *regiae celsitudini* uestrae in eo negotio condescendere, sine maxima

PHILIPPVS elector PALATINVS 1497. Regi GALLIAE se excusat, quod CLIVIAE DVCI, nequeat FEVDVM sibi apertum conferre. Quod hoc consuetudini aduersum Palatinae: exemplo HASSIAE landgrauiorum.

iactu-

Ceteroquin semper Regi Galliae *paratus ad officia quaeque*

iactura nostra, prorsus non ualemus. Quod autem uellemus, *regiae serenitati uestrae*, tanquam praecipuo domino nostro speciali, *obsequiose* complacere re & opere, dum per tempus & loci opportunitatem se casus obtulerit; nos comprobaturos eadem *regia celsitudo* uestra facile cognoscet. Quam deus maximus diu *incolumem* conseruet. DATVM *Heydelbergae* MCCCCXCVII.

Datum 1497.

EPISTOLA VIII.

Formula *mandati*, quo PHILIPPVS elector ARCHIPALATINVS instruxit LEGATVM ad R. Galliae CAROLVM VIII. CIϽ CCCC XCVII.

PHILIPPVS *elector* Palatinus 1497.

legatum mittit ad Galliae *regem*

eumque instruit formula fidei *habendae.*

CHristianissime & piissime rex, domine & consanguinee carissime. Post debitam & sinceram nostri *commendationem* & paratam obsequendi complacendique *uoluntatem*, mittimus ad regiam uestram *serenitatem* uenerabilem, fidelem, dilectum consiliarium nostrum, dominum *Henricum de* HELMSTATT, maioris ecclesiae *Spirensis decanum*, de intentionibus nostris, uestrae regiae celsitudini propalandis, plene informatum, cum commissione de illis cum *serenitate uestra* loquendi & concludendi, petentes atque enixe rogantes eandem regiam *uestram serenitatem*, dignetur eum benigne *audire* & in *referendis* tanquam nobis, ipsi *credulam* adhibere *fidem* ac nos in illis, nostri sanguinis necessitudine ac mutuae *dilectionis* uinculo exposcentibus, fauorabiliter amplecti, uti *confidenter* speramus, pro quo nos ad vota semper *paratissimos* offerimus *regiae celsitudini* uestrae, quam deus optimus maximus in felici statu semper conseruet. Datum ex oppido nostro

ſtro Heydelberg die VIII. menſis *Nouembris* anno MCCCCXCVII. *Datum 1497.*

PHILIPPVS *dei gratia &c.*

Chriſtianiſſimo ac potentisſimo domino, *Karolo*, *Francorum regi*, *domino & conſanguineo noſtro carisſimo &c.* *Titulus regis G.*

EPISTOLA IX.

PHILIPPI archipalatini electoris formula *mandati* fideique habendae, quibus inſtruit legatos ad *Regem* Galliae LVDOVICVM XII. CIↃ CCCC XCVII.

Chriſtianisſime ac potentisſime rex, *domine & amice carisſime.* Sincera noſtra commendatione ac obſequendi complacendique uoluntate aſſidue praemiſſis, miſimus ad regiam *celſitudinem ueſtram*, priſtinae inter Francorum reges *chriſtianisſimos* & *praedeceſſores* noſtros de *Bauarorum* domo atque *Palatinorum* genere, hunc in usque diem *obſeruatae amicitiae* renouandae cauſa, *uenerabilem* & ſincere *dilectos conſiliarios* noſtros & fideles, dominum *Heinricum de* HELMSTATT, decanum maioris *Spirenſis* eccleſiae & *marſcalcum* noſtrum *Iohannem*, de DRÓTA *militem*, dedimusque eis in *mandatis* regiae ueſtrae *celſitudini* nonnulla noſtro nomine explicare nosque *commendatisſimos* facere. Quare rogamus, ut eos benigne audire & in referendis eis *fidem habere* talemque ſe praebere uelit, ceu de eiusdem *regiae celſitudinis* ueſtrae innatae *uirtutis* atque humanitatis *excellentia* quam pluries perſuademus & ob id regiam celſitudinem ueſtram operam noſtram ad omnem uſum utilitatemque ſuam offerimus. *Valeat* atque iterum ueſtra *regia*

PHILIPPVS *palatinus elector ad Galliae R.* LVDOV. XII. *pro amicitia maioribus culta*, *mittit duos* legatos *instruitque illos formula mandati ac fidei habendae.*

Datum 1498.

gia celsitudo, quam deus optimus optato regimine longaeue conseruet. DATVM ex oppido nostro *Heydelberg* VII. Maii anno MCCCCXCVIII.

PHILIPPVS, *dei gratia*.

Titulus regis G.

INVICTISSIMO *atque potentissimo domino* LVDWICO, *Francorum regi christianissimo, domino & auunculo suo carissimo.*

EPISTOLA X.

PHILIPPI archipalatini electoris formula mandati duorum legatorum ad GALLIAE REGINAM, ANNAM Britanniae ducem CIↃ CCCC XCVIII.

PHILIPPVS apalatinus elector

duos legatos

instruit formula mandati ad Galliae Reginam, ANNAM

promissione reciproci officii.

Illustris princeps, Francorum REGINA *potentissima, domina & amica nostra carissima*, sui commendatione atque *obsequendi uoluntate* praemissis, misimus ad *regiam celsitudinem* uestram, uenerabilem & dilectos fideles consiliarios nostros, dominum *Heinricum de* HELMSTATT, maioris *Spirensis* ecclesiae decanum & *marscalcum nostrum, Ioannem, de* TROTA *militem*, quaedam eis *ardentissime* commissa commendandi atque explicandi causa. Quapropter *regiam uestram celsitudinem* rogamus, ut eos benigne *audire* & in referendis eis, *ceu nobis ipsis, fidem* habere seque praebere uelit, uti nobis plurimum persuasimus atque eius ubique terrarum *famatae laudis* acumine freti sumus, ad quorum uices nos *obligamus* & pro *honore* & *utilitate uestrae celsitudinis*, quam deus optimus feliciter atque incolumem tueatur atque conseruet, summopere nitamur. Datum nostro ex HEYDELBERGENSI oppido, VII. Maii, anno M CCCC XCVIII.

Datum 1498.

PHILIPPVS, *dei gratia*.

XLV-

ILLVSTRISSIMAE *principi, dominae Annae, Francorum reginae potentisſimae, Britanniae duci & amicae noſtrae cariſſimae.*

EPISTOLA XI.

FORMVLA fidei & mandati, qua a palatinus elector iuſtruxit *legatos* ad ducem BVRBONIAE CIↃ CCCC XCIII.

Illuſtris princeps, auuncule cariſſime. Salutem & aſſiduam obſequendi uoluntatem; ueniunt a nobis miſſi ad dilectionem ueſtram *conſiliarii* & fideles dilecti noſtri, uenerabilis dominus Heynricus de *Helmſtatt*, maioris *Spirenſis* eccleſiae *decanus* & mareſcalcus noſter, Iohannes de DROTA, miles, referendi cauſa ea, quae eis & commiſimus & mandauimus; quas ob res *obnixe precamur* eos beneuole atque grate *audire* & in ueritate *fidem* adhibere ac uos eum oſtendere uelitis, quem, plurimorum *ueridica* relatione, ſuae hactenus approbatae humanitates indicant, quod nobis admodum gratum atque omni ſtudio compenſandum eſt. DATVM ex oppido noſtro *Heydelberg*, VII. Maii anno M CCCC XC VIII. *PHILIPPI apalatini electoris 1498. legatio ad ducem BVRBONIAE.* *DATVM 1498.*

PHILIPPVS, *dei gratia.*

Illuſtri principi, domino N. duci BVRBONIAE, *auunculo noſtro cariſſimo.*

Duciſſae *Burboniae* mutatis mutandis conſimiliter ſcriptum.

EPISTOLA XII.

PHILIPPVS, a palatinus *elector* declinat, filium ſuum *Regi Galliae* Ludouico XII. mittere ad curialia officia. Quod

ſtipendium non reſpondeat principis dignitati. Neque electori ſtipendium 10000. ſit ſolutum CIↃ CCCC XCVIII.

PHILIPPVS *apalatinus elector 1498.* *a legatis ad* coronationem Rhemensem *Regi missis, accepit, a rege desiderari* filium *electoris seniorem. Quod negat, nulla suspicione, sed ob nimis exiguum oblatum* salarium. *Querelas addit ob sibi non solutam pensionem annuam 12000. Francorum.*

C*Hriſtianiſſime atque potentiſſime rex &c.* Intellecta *relatione* ab *oratoribus*, fidelibus noſtris, domino *Heinrico de* HELMSTATT, decano *Spirenſi* & mareſcalco noſtro, *Ioanne de* DROTA milite ſuper certis articulis, pro quibus ad *ſerenitatem ueſtram* a nobis in *unctione ac coronatione regiae ſublimitatis* ueſtrae in *Remis* miſſi fuere, praecipue de illuſtri LVDWICO, *filio noſtro* in curiam *regiae celſitudinis ueſtrae mittendo* comperimus, in nos omnem regiae celſitudinis ueſtrae *humanitatem & amicitiam* iamdudum nobis probatam continuo plus firmari, de quo & de *regia ueſtra ſinceritate* & bona erga nos amicitia & uoluntate maximas, quas poſſumus, non quas debemus, agimus gratias; quod uero *illuſtrem filium noſtrum, ſeniorem*, LVDWICVM, *ducem Bauariae, &c.* curiam *regiae celſitudinis* ueſtrae non mittimus, nulla prorſus ſuſpicione eget; ſed ideo eſt, quod pro conditione & ſtatu *filii noſtri* nobis ualde inconuenit, tam *modica familia* tamque exigua penſione eundem *regio ueſtro* obſequio obſtringere: quare eadem ueſtra celſitudo de eo, quod illum non mittimus, nos habeat amice excuſatos. Reliquum eſt, quod in iam dudum *retardata penſione*, a *ſex annis circa* nobis debita ex gratuita prouiſione illuſtriſſimi ac sereniſſimi domini conſanguinei & amici noſtri chariſſimi KAROLI, *regis Francorum &c. laudabilis memoriae, nouiſſime defuncti*, celſitudinis ueſtrae *praedeceſſoris*, ſingulis annis DVODECIM MILLIA *Francorum continente*; iuxta tenorem litterarum ſuarum,

rum, quarum *copiam* transmittimus praesentibus inclusam, nobis restant adhuc *insoluta septuaginta millia Francorum*, saluo iusto *calculo*. Rogamus igitur obnixe eandem *regiam celsitudinem* uestram, quatenus nobis de praedicta summa debitam *solutionem* & expeditionem fieri faciat, quemadmodum nobismet ipsis de eadem *celsitudine uestra* hoc et omnia bona, sincerum animum & affectum in nos beneficentissimum persuademus, *offerentes* nos pariter *regiae serenitati* uestrae non ad minora pro facultate. Et ut solutio praefatorum *septuaginta millium Francorum* fiat, iterum atque iterum petimus, nosque id cum *serenitate uestra* super debitum iuste compensabimus regiumque ac bonum *responsum* praesenti *nostro cursori* efflagitamus a regia celsitudine uestra, quam *deus* optimus maximus semper incolumen conseruet. DATVM ex oppido nostro, *Heydelberg*, XV. die mensis Nouembris, anno M CCCC XCVIII.

Rogat urgetque a nouo REGE solutionem.

DATVM 1498.

PHILIPPVS, *dei gratia &c.*

EPISTOLA XIII.

PHILIPPI *electoris apalatini*, in uernacula, qua se excusat Regi Galliae, quod *filium* non mittat, ob uile nimis salarium. Rogatque, ut soluat *rex*, quod debeat electori ex chirographo CIↃ CCCC XCVIII.

D*urchlauchtigster &c.* Als wir bey eurer *Königl. Würd* unsser liebe getreuen Herrn *Heynrichen von Helmstatt*, Dechant des Domstifts zu *Spier*, und unssern *Marschalck* Hansen von *Trot*, *Ritter* zu *Reinss*, uff eurer *Königlichen Krönung*

PHILIPPVS apalatinus 1498. respondet R. Galliae, quod rescri- pserint ei

legati, ad unctionem missi, requirere Regem filium electoris, sed paruo propositio salario.

nung, *unction zum Bottschaffter* gehapt; haben wir das, so sie by derselben eurer *Königl. Würde* alles freundlichen guten Willens, das wir aber den *hochgebohrnen Fürsten*, *unsern lieben Sohn*, *Hertzog Ludwigen zu euer Königl. Würd* zu dinst nit schicken, geschicht us keyner argen meynung, sunder darumb, das ime und sinem *stant* und *wesen ungemeß* und *onmoeglich* ist, sich so gar mit eyner *kleinen Zale* der *Lut* und *geringer Pension* by eurer *Koenigl. Würd* zu enthalten. Darum wollen E. K. Würd unß dieserwegen

Quapropter re uset, eum mittere.

freuntlich entschuldiget haben. Zum andern anlangend unser lang *verseßen Schult*, der uns *Ew. Koenigl. Würd* vorfahren, der *durchleuchtigste Koenig Karle*, unser Herr und *Vetter*, frey und eygenwilliglich *zugesagt* und *verschrieben*

Addita rogatione solutionis 70000. Francorum.

hat, mit *Brieff* und *Siegel*, nemlich alle Jahre *zwoelff tusend Francken*, die nun bis in das *Siebend* Jahre *verseßen* zusammen über die *siebenzig tusend Francken* zu eyner Summa machen, schuldig blieben ist, bitten wir eure *Koen. Würd* mit gantzem Flyss freuntlich, sie woll uns derselben schuld *bezahlung thun* und freuntlich entrichten

Quam summam rex debeat electori.

und nit lenger uffhalten. Als wir uns des und alles guten zu derselben *Euer Koenigl. Würd*, die der Allmachtig lang geruhe *seliglich* zu gefristen, mit allem Flyss zusampt der *Billigkeit* freundlich *zu verdienen*, und bitten des euer *Koenigl. Würd* freundlich gutwillig Antwort. DATVM *Heydelberg* XV. die mensis *Nouembris*, anno domini M CCCC XCVIII.

Datum 1498.

EPISTOLA XIV.

Rex Galliae LVDOVICVS XII. excusat se

PHI-

PHILIPPO electori apalatino, quod promissam a praedecessore pecuniam non soluat. Quam non debeat successor. Rogat tamen, ut filium mittat. Et commendat imperatori Mediolanensem inuestituram CIↃ CCCC XCVIII.

Ceremonia admissi & auditi legati GALLICI ad apalatinum PHILIPPVM 1498.

Nota: Dis nachgeschrieben ist *instruction*, so des Königs von Franckreich *Bottschafft Meister*, *Matthys Pilleyt* vff sinen *Credenz-Brieff* gelesen hat für mynen gnädigen Herrn, Pfaltzgrafen *Philipsen*, Kurfürsten und im *Bysin* siner Gnaden, Herrn Hertzog *Ruprechts* und Hertzog *Friedrich* auch des Bischofs zu *Worms*, Marschalcks, Cantzlers, Grav *Ludwigs* von *Loewenstein*, Philipps Herrn zu *Winsberg*, des jüngern; Hertzogen, Propst und Herr Jurgk von *Rosenberg*, Herr *Swyeke* von *Sickingen*, Doctor Heinrich *Silberberger*, *Cunt* zu *Heyden*, Herr Friedrich von *Dalberg*, Doctor Florentz von *Veningen*, *Cunt* zu *Moßbach*, Burggrave zu *Starckenberg*. Datum V. die Martii, qui erat dies Iouis, hoc est *Dornstag* nach Inuocauit, anno MCCCCXCVIII. hora prima post meridiem.

LVDOVICVS XII. GALLIAE Rex 1498. per administrum respondet PHILIPPO electori apalatino, quod solutione pensionis non teneatur,

ILLVSTRISSIME PRINCEPS, *sacra* FRANCORVM *regia maiestas recepit litteras Heydelbergae* die decima mensis Ianuarii scriptas per nuncium uestrum a *sublimitate uestra* sibi transmissas, per quas petitis solutionem pro *sex annis* almae pensionis uestrae a *rege Karolo* defuncto promissae, quem deus per suam misericordiam clementer absoluat, quae est summa pro quolibet anno *duodecim millium librarum turonensium*. Ad quas litteras respondet dictus dominus, quod quamuis sit multum astrictus & in continuo desiderio faciendi

ciendi omnia *commoda* & obsequia, quae poterit facere *sublimitati uestrae*, tanquam suo optimo *consanguineo* & amico carissimo: tamen non intelligit, aliquo modo *esse obligatum* ad dictam pensionem soluendam: quia *reges Franciae non consueuerunt* soluere pensiones datas a *praedecessoribus* suis. Alia est ratio, quam ista pensio nunquam fuit posita in *statu ordinario*, qui fit quolibet *anno in domo dicti domini*, neque aliquid *praeceptum* habuerunt *receptores* de dicta pensione soluenda. Ideo dictus dominus aliquo modo non tenetur. Verum tamen sperat quadam die dictus dominus facere *magnificentiae uestrae* multo maius commodum, quam supra dicta summa *totius pensionis* exaequat, quod non est princeps in toto imperio tantum dilectus ab ipso, quantum *sublimitas uestra* est. Quoniam *consanguinitas* & *amicitia* carissima inter illustrissimas & sublimes dominationes uestras est coniuncta a *centum* & *uiginti annis* elapsis & pro feruenti zelo, quem habet erga sublimitatem uestram, uos orat, ut transmittatis ad eum *unum duorum filiorum uestrorum*, qui libentissime illum uidebit, habebit illum *carissimum* tanquam *fratrem*, dabit illi certam & *bonam pensionem*. Et si uelitis, *serenissime princeps*, unum reliquorum facere *ecclesiasticum*, rescribet summo *Pontifici* in tanta affectione, qui in breui erit *maximus* in ecclesia, & de parte sua dabit illi bonos *episcopatus* in regno suo & de primis *uacaturis*. Dictus dominus de omnibus supradictis rescripsisset *uestrae serenitati* per uestrum *marescalcum* & dominum decanum de *Spim*, qui uenerunt in Franciam, si habuissent modicam *patientiam*. Quoniam dictus dominus erat circa multa impeditus ob

ab antecessore promissae.

Sed spem facit eidem ad maiora.

Rogatque, ut unum filiorum mittat in Galliam *pro honesto* salario.

Pollicetur etiam unum ex filiis promouere ad

ob *nouitatem regni sui*, nec poterat illos promte expedire. Imo propter moram *attadiati*, *licentia non petita*, *recesserunt*, de quo discessu dictus *dominus* ualde miratus est, & quam plures alii domini. Insuper pro honore dei & pro bono uniuersali totius *christianitatis* & pro bona affectione, quam habet & semper habuit erga *imperium Rom.* semper desiderauit unam bonam & ueram amicitiam habere cum ILLVSTRISSIMO REGE ROMANORVM, & toto *imperio*, instantissime orat, per immensam bonitatem uestram, ut uelitis tantum facere pro amore ipsius, ut ipse recipiatur in *iuramentum fidelitatis* & *inuestiatur de* DVCATV MEDIOLANENSI, tanquam sua uera & iuste hereditates. Qui paratus est facere omnia debita, quae praedecessores sui fecerunt ratione dicti *ducatus*. Et in isto casu facietis rem *iustam* & *rationabilem* et erit magnum decus & prodesse *imperio*, *habere talem uasallum*; quia nunquam fuit DVX MEDIOLANENSIS tantus, quantus REX est, nec quidquam unquam habuit tot *uelle* & *posse* faciendi *honorem* & *auxilium sacro imperio*. Et dictus dominus retribuet *serenitati uestrae* in solidum *gratuitates* uestras in modum, quod certe placeat & contentus de ista materia dictus dominus rescripserat *magnificentiae uestrae* amplissime, credens uos iniisse NVRNBERG per magistrum *Carolum du* HAVTBOIS domus suae *magistrum sequestrarum*, quem ibi iamdudum transmisit. Illustrissime princeps, hae sunt instructiones, quae *sublimitati uestrae* habeo explanare per *regiam Francorum maiestatem*, optimum uerum consanguineum & amicum carissimum.

episcopatum *maximum.*

Dolet, abiisse palatinos legatos, *non salutato Rege*, *Morae impatiens.*

Rogat, ut regem *commendet* imperatori, *ut* MEDIOLANENSI *ducatu inauguretur.*

Potens & dignus S. R. imperii uasallus.

Comitia Noribergensia.

Finis.

EPISTOLA XV.

LVDOVICO *regi Francorum &c.* responsoriae.

Philippus notum facit Regi G. quod ei scripserit

Audiuimus nuncium regie celsitudinis uestre & illi respondimus, pro ut ipse indubie *serenitati uestre* referet, offerentes nos *regie celsitudini* uestre, quam *Deus* incolumem conseruet, semper paratissimos. *Ex Heydelberg* VII. Martii anno *millesimo quingentesimo primo*.

Heidelbergae 1501.

PHILIPPVS, *Comes Palatinus*.

NVM. XVI.

Tituli cardinalium 1490.

Tituli curiae PALATINAE, quibus anno CIↃ CCCC XC. adpellati CARDINALES ecclesiae ROMANAE.

I. EPISCOPI Cardinales.

I) Episcoporum.

1.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Oliuerio*, episcopo *Sabiensi*, cardinali *Neapolitano*; domino meo colendissimo.

2.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Iuliano*, episcopo *Hostiensi*: cardinali sancti *Petri* ad *uincula*, maiori poenitentiario

3.) Reuerendissimo in Christo patri & domino *Baptistae*, episcopo *Tusculano*, cardinali sanctae Mariae in *Portim*.

4.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Georgio*, episcopo *Albanensi*, cardinali *Vlixbonensi*.

5.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Iohanni*, episcopo *Portuensi*, cardinali sancti *Agneli*.

6.) Reuerendissimo in Christo & domino, domino *Hieronymo*, episcopo *Prenestino*, Cardinali *Racanatensi*.

II.

II. PRESBYTERI Cardinales.

7.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Dominico*, tituli sancti Clementis presbytero, cardinali *Taurinensi*. II. PRESBYTERORVM.

8.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Ioanni Iacobo*, tituli sancti Stephani in Leomonte, presbytero cardinali *Parmensi*.

9.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Laurentio*, tituli sanctae Ceciliae, presbytero cardinali *Beneuentano*.

10.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Antoni Otto*, tituli sanctae *Praxedis* presbytero cardinali &c.

11.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Iohanni*, tituli sanctae *Sabinae* presbytero cardinali sancti *Dionysii*.

12.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Ioanni Antonio*, tituli sanctorum Nerei & Erohilei presbytero cardinali *Alexandrino*.

13.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Bernardino*, tituli Petri & Marcellini presbytero cardinali sanctae crucis in *Hierusalem*.

14.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Raimundo*, tituli sancti *Vitalis*, presbytero cardinali *Gurcenensi*.

15.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Ioanni*, tituli sanctae *Anastasiae*, presbytero cardinali *Cantuariensi*.

16.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Petro*, tituli sancti sisti, presbytero cardinali *Genuensi*.

17.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Roderico*, tituli sanctae Susannae, presbytero cardinali *montis rehalis*.

18.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Frederigo*, tituli sanctae Luciae in septem soliis archiepiscopo & primati Guesnensi cardinali *Cracouiensi*.

19.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Baptistae*, tituli sanctorum Ioannis & Pauli presbytero cardinali de *Vrsinis*, *Marchiae* legato.

20. Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Lu* - - tituli sanctorum quatuor coronatorum presbytero cardinali *Ilerdensi*.

21.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Andreae*, tituli sancti Martini in montibus presbytero cardinali *Burdegalensi*.

22) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Bartholomaeo*, tituli &c.

23.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino J.

24.) Reuerendissimo in Christo patri & domino *Ioanni*, tituli sanctae Mariae in trans *Tiberim* presbytero cardinali *Perusino*.

III. DIACONI Cardinales.

III. DIACONORVM.

25.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Francisco*, sancti Eustachii diacono cardinali *Senensi*.

26.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Raphaeli*, sancti Georgii ad velabrum diacono cardinali, serenissimi ducis nostri *camerario*.

27.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Ioanni Baptistae*, sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali de *Sabellis*.

28.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Ioanni*, sanctae Mariae in Aquiro diacono cardinali de *Columna*.

29.)Re-

29.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Ascanio*, sancti Viti in macello diacono cardinali, S. R. C. *uicecancellario*.

30.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Federico*, sancti Theodori diacono cardinali sancti Seuerini siue *Maliatensi*.

31.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Petro*, sancti Hadriani diacono cardinali magno *Rhodi magistro*.

32.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Caesari*, sanctae Mariae nouae diacono cardinali *Valentino*.

33.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Iulio*, sanctorum Sergii & Bacchi diacono cardinali de *Sesarinis*.

34.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Alexandro*, sanctorum Cosmi & Damiani diacono cardinali de *Farnesio*.

35.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Dominico*, sancti Nicolai inter imagines diacono cardinales de *Primanis*.

36.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Bernardino*, sancti Kyriaci in thermis diacono cardinali de *Limate*.

37.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Hyppolito*, sanctae Luciae insilua diaconi cardinali *Estensi*.

38.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Ioanni*, sanctae Mariae in donica diacono cardinali de *Medicis*.

39.) Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino *Aloisio*, diacono cardinali de *Aragonia*.

LIB.

LIB. III.

LAVRENTII BYZYNII

CANCELLARII NOVAE VRBIS PRAGENSIS. SVB WENCESLAO IMPERATORE *ORIGO ET DIARIVM BELLI HVSSITICI* AB AN. CIↄ CCCC XIV AD CIↄ CCCC XXIII.

Prooemium scriptoris. SUpremae *Trinitatis* nomine inuocato, ad cuius gloriam hanc congeriem CVRSVVM, in *Regno* christianissimo BOEMIAE & Marchionatu MORAVIAE circa annum domini CIↄ CCCC XIV. & *deinceps* gestorum, pro futura rei *memoria*; quae relatorum *Legis Dei* & ipsius *sacratissimae ueritatis* impugnatorum ac persequutorum detestandam *malignitatis* improbitatem denunciet; *duxi exarandum* operis laborem ac desudationem subire curaui. *Votum.* Ipse ergo me *adiuuare* dignetur, de quo omnia sunt. Cui est honor & gloria per infinita secula seculorum, Amen.

An. 1414. coena S. sub utraque specie habita. Anno incarnationis dominicae CIↄ CCCC XIV. uenerabilis ac diuinissima communio *eucharistiae sub utraque specie*, *panis* scilicet & *uini*, populo communi fideli ministranda, per uenerandum ac egregium uirum Magistrum *Iacobellum de Miza*, sacrae Theologiae baccalaureum formatum, & alios sibi tunc in hac materia assistentes sacerdotes, est inchoata in urbe inclyta & magnifica *Pragensi*. Primum quidem in ecclesiis sancti *Adalberti* in *Noua ciuitate*, sancti *Martini* in muro & sancti *Michaelis* ac capella *Bethleem* nuncupata, in ciuitate *antiqua Pragensi*. Quae certe *communio sacratissima* successu temporis, *Inde poenae ac dirae.* quo pluribus diuersis minarum ac *incarcerationum* terroribus per Romanum ac Boemiae Regem *Wencesla-*

ceslaum seu ipsius *potestatem in spiritualibus* & praecipue Conrado Archiepiscopo *Pragensi*, praelatisque aliis ac Religiosis, & Magistris uniuersitatis, studii *Pragensis* ac Doctoribus, totis uiribus suggerentibus & desudantibus suffocationem, impugnabatur. Tanto amplius inualescebat & augmentabatur in populo fideli ac deuoto *sexus utriusque* ad tantum, quod infra duos annos, non solum in *duabus* aut *tribus ecclesiis* Praesbyteri Magistro *Iohanni Hus*, pro tunc *Wiglefistae* per partem sibi aduersam, quae *machometica* appellabatur, nuncupati, libertatem praedicandi, & sic ut praemittitur, populum communicandi habebant. Sed fere omnibus *Parochialibus* in *Praga ecclesiis*; imo & Monasteriis certis Archiepiscopo & praelatis ipsos *excommunicantibus*: & interdictum per totam *Pragam* ponentibus occupatis populum magnum ad se attraxerunt. Ita quod non solum in *Praga*, sed etiam *Regni Bohemiae*, & Marchionatus *Morauiae* ciuitatibus, castris, oppidis & uillis, *populus communis cateruatim* cum magna deuotione ac reuerentia ad sacratissimam *utriusque speciei* communionem frequentabat. Aduersariis & *impugnatoribus* ipsius sacratissimae ueritatis tam spiritualibus, quam secularibus indignantibus ac prae malicia *frementibus*, minime tamen ipsam *communionem utriusque speciei ueritatem suffocare ualentibus*. Nam prout scribitur 2. Esdrae 10. *Veritas manet & inualescit in aeternum & uiuit, & obtinet secula seculorum, Amen.*

In Hussum, VVicleuistam.

Machometica pars.

Excommunicatio & interdictum commune.

Regnante tamen secta pro utraque

Anno eodem puta CIↃ CCCC XIV. in *die* omnium Sanctorum incepit generale *concilium* in ciuitate imperiali *Constantiensi* pro unione Ecclesiae ac pace reparanda congregari, pro tunc enim Ecclesia in aliquot erat partes diuisa. Nam quaedam pars

Inde concilium Constantiense 1414.

pars Ecclesiae *Iohanni Papae* 23. (24) Balthasar de *Cossa* dicto in curia Romana residenti fauebat, & suae subiacebat obedientiae.

in dissidio Pontificum. Alia pars *Angelo* de Corario dicto *Gregorio 12.* Tertia uero pars *Benedicto 13.* dicto Petrus de *Luna* adherebat. Quorum quisque se uerum & legitimum fore adstruebat summum Romanum *Pontificem*, & hoc fideles in Ecclesia magnum suae religionis patiebantur detrimentum. Ad obuiandum ergo his schismatibus in Ecclesia, *Iohannes* praefatus Papa 23. (24) Concilium generale ad *ciuitatem Constantiensem* congregandum conuocat, uotis desuper serenissimi principis *Sigismundi* regis *Hungariae* annuens optantis in praefata *ciuitate concilium* ipsum generale celebrari, cui quidem concilio ipse *Iohannes* papa 23. (24) personaliter interfuit, item tres *Patriarchae*, item *Cardinales* 23. item *Archiepiscopi* 27. item *Episcopi* 106. item Episcopi *titulares* de ordinibus 33. item *Abbates* 103. item *Auditores* palacii sacri 18. omnes *Doctores*. Item *Cubicularii* papae 18. item Doctores in *Theologia* in decretis & legibus *Magistri* 343. (344) demptis Doctoribus *Auditoribus*, item *Poenitentiarii* Papae & Cardinalium 73. item *Scriptores* poenitentiarum 24. item *Scriptores Bullarum* 142. item *Procuratores* Papae & Cardinalium 73. item Portulani Papæ 24. item *Pedelli* cum baculis argenteis 24. item *Pedelli Consistorii* 28.

Sigismundi consensus.

Praesentia patrum aliorumque.

Regum & principum. item *Reges* & *principes* seculares personaliter 28. interfuerunt, item *Comites* 78. item *Barones*, *nobiles* & *milites* sexingenti 76. item *Aurifabri* cum famulis eorum 48. item *Institores* & famuli eorum 350. item *Sutores* uel *Calcifices* cum seruis 122. item *Sartores* cum seruis 220. item *Pellifices* cum seruis 86. item *Fabri* cum famulis 88. item *Pisto-*

Opificum & artificum.

Pistores cum famulis 260. *Caupones* de florencia 72. item *Apotecarii* cum seruis 45. item *Barbitonsores* 336. item *Heraldi* 45. item *Fistulatores*, *Tubicenae*, *ioculatores* 516. item *Meretrices*, *uirgines meretricum publicae* 718. item *Ambasiatores* Regum, Ducum & Comitum 28. item *Ambasiatores* Episcoporum *legatorum* multorum & Ecclesiarum diuersarum, item Ambasiatores *Studiorum diuersorum*, item Ambass. *ciuitatum* imperialium 66. item Ambasiatores multarum aliarum ciuitatum. Ad hæc ueniens in concilium *magister Iohannes* HVS, sacrae theologiæ *Baccalaureus formatus* praedicator ad *Capellam Bethleem* nuncupatam in Praga confirmatus, qui in suis praedicationibus *hypocrysim*, *pompam*, *auaritiam*, *luxuriam*, *simoniam* & alia *Cleri peccata* constanter infestabatur & detegebat pro ipsius cleri statu ad *uitam Apostolicam* reducendo. Ex quo ab ipso clero pestifero magno est odio habitus.

Etiam Io. HVSS. uitae apostolicae instaurator.

Anno eodem, sabbato post omnium *sanctorum*, sub *saluo* Regis Hungariae Sigismundi *conductu* primum in Praga *intimationibus* & *protestationibus* publicis factis: quod scilicet coram *concilio Constantiensi de sua fide* cuilibet paratus sit reddere rationem, uenit personaliter scilicet non obstante regis praefati *saluo conductu* ad cleri peruersi de *Boemia*, & praecipue de *Praga* praelatorum ac magistrorum instigationem, forensi 6. post *Catharinae* anno eodem per ipsum *captiuatur* concilium, ad papam & cardinales pro habenda secum collatione fraudulenter euocatus: & carceri duro in *monasterio fratrum praedicatorem* ibidem, iuxta *stagnum* ipsius ciuitatis sito, mancipatur, custodibus *diuersarum nationum* circumseptus. Cuius fautores in constantia praesentes: tam spirituales quam seculares diligentes pro ipsius erga conci-

Saluus conductus Sigismundi R. 1414.

uiolatus & Hussus carceri inclusus.

concilium & *regem Hungariae* laboranda liberatione, nihil prodesse potuerunt, aliquibus *magistris* & *praelatis* de *clero Boemiae*, praecipue *magistro Stephano Palecz* Doctore Theologiae: & *Michaele de Plebano S. Adalberti* de *Noua ciuitate* Pragensi inuidia magna & zelo contra ipsum motis: *Articulos* multos falsos & *mendosos* pro condemnatione ipsius fidelis & *Catholici Euangelii praedicatoris*, cudentibus & confingentibus, & ipsum concilio accusantibus licet mendose, qualiter ipse nitebatur modis omnibus in suis praedicationibus *clerum destruere*, *seculares ad* ipsius cleri *destructionem concitando*. In ipsa igitur *captiuitate Magister Iohannes* HVS uirilem habens animum: mori potius eligebat: quam cleri pestiferi scelerum enormitates approbare. Multasque *epistolas* & scripta utilissima *occulte* suis scribebat amicis in *constantia* praesentibus. Quae scripta ut ad Boemiam caute destinabantur, ita ab ipsius quoque suis amicis & fauoribus uiceuersa scriptis & epistolis *consolatoriis* recreabatur, & ad standum uiriliter in bono & sancto proposito confirmabatur. Has autem *epistolas* custodes certi carceris muneribus amicorum magistri *Iohannis* HVS subarrati caute ac circumspecte propter *concilii timorem* ipsis *fautoribus magistri Iohannis Hus* portabant. Et insuper ipsas epistolas & scripta ipsi magistro *Iohanni Hus* sub ferculis aliquibus abscondendo, mirabiliter porrigebant. Ibidem etiam ad notam amicorum & aliquorum carceris custodum *tractatulos pulcherrimos* succincte, quamuis libris carens, edidit. Puta de *mandatis Dei & orationes dominica*. Item qualiter committitur *peccatum mortale*, item de *cognitione dei*, item de *tribus hostibus hominis*, item

Incusatus ab hostibus,

quod destruere uellet clerum.

Hussi epistolae tum scriptae

& rescriptae, ad Hussum firmandum in formula fidei.

Scripta opuscula in carcere.

tem de *poenitentia*, item de *matrimonio*, item de *Sacramento corporis & sanguinis domini*. Scripsitque tractatulum de *communicatione utriusque speciei: quo Pragam* apportato, sacerdotes ipsi *Magistro Iohanni Hus* fauentes animati strenue, *quod* communionis praefatae liberationem gladio uerbi Dei dimicabant, & contra *deordinationes cleri* peruersi uiriliter inuehebant. Vnde *diabolus*, antiquus humani generis hostis, considerans populum *utriusque sexus* ad praedicationem fidelium sacerdotum peccata plangere, poenitentiam de ipsis agere; & secum magna deuotione frequenter ad ipsam praeparare communionem, excitauit *susurrones* & ipsius *aemulos* ueritatis: qui sibi noua confingentes ad ipsam communionem *suffocandam* mendacia, coram concilio *Constantiensi*, querulose proposuerunt. Qualiter *Wiklefistae* seu *Hussitae*, de *nespere* post coenam *inebriati sacramento corporis & sanguinis domini*, a suis communicantur sacerdotibus. Et quod in *ollis* sacramentum Christi sanguinis conficeretur, & in *flasculis* seu *lagenis*, hinc inde per domos & cellaria deportaretur. Et quocunque tempore etiam nocturno populus *sexus utriusque* affectaret ipsum sacramentum, quod sacerdotes ipsi mox essent eos ad communicandum praeparati. Quodque *conuenticula in cellariis* & aliis locis occultis faciendo post sacramenti uenerabilis communionem multas exercent *abominationes* & *deordinationes*. Quibus mendosis & excogitatis delationum ac accusationum generibus, *Concilium* praefatum *Constantiense* fidem adhibens credulam, matura postposita deliberatione & iusto *iudicii* libramine derelicto, contra *sub utraque specie* communicantes, non *zelo salutis* animarum, sed potius *li-*

Obiecta facinora Hussitis.

quod 1) conuenticula, 2) uespere, 3) inebriati, 4) sacramento, 5) cum mulieribus, 6) in locis subterraneis. 7) parum honeste instituerent.

uore ac *odio* promotum, eoque fine requisitione & consensu ipsius concilii opus tam arduum sit attemptatum per sanctissimam ac diuinissimam *corporis* & *sanguinis* domini sub utraque specie *communionem* fidelibus *christicolis* multum salutiferam ad communem populum per amplius fieri & *practisari* inhibuit: & ipsam tanquam *erroneam* & *haereticam* anno domini 1415. *die 15. mensis Iunii* condemnauit, omnesque & singulos sic communicantes & *desistere* a tali non uolentes communione: tanquam *haereticos* arcendos fore & grauiter puniendos statuit & decreuit per *dioecesanos* locorum seu *officiales* eorum, aut *inquisitores haereticae prauitatis*, cum inuocatione etiam *brachii secularis*, in *regnis* & *prouinciis*, in quibus contra ipsius concilii decretum fuerit attemptatum pro ratione & scripturarum *fulcimento* propriam assignando uoluntatem, et ecclesiae *Romanae* sic non communicandi *consuetudinem*.

Inde condemnatio communionis sub utraque 1415. d. 15. Iun.

Cum *consuetudo ueritati iure cedere debeat & locum dare*; hoc tamen concilii mandato ac decreto legi Dei ac ecclesiae primitiuae contrario non obstante: non solum usum *rationis* habentes; sed & paruuli seu infantes post baptismum, propter baptismi ipsius confirmationem temporis successu sacramento diuinissimae Eucharistiae, sub utraque specie communicabantur *Magistro Iacobello de Miza*, *sacrae Theologiae* Baccalaureo formato, hanc cum sibi aliquibus adhaerentibus magistris & sacerdotibus promulgante & *practisare* inchoante communionem, propter quam quidem *infantium communionem schisma graue* inter *Magistros* & *Sacerdotes*, ueritati Dei & Magistro *Iohanni Hus* adhaerentes, in Praga & in regno Boemiae

Fundamentum: consuetudo Romanae ecclesiae.

communio infantium.

erniae exortum. Nam quidam ex eis infantium communionem fore erroneam & ad *baptismi* confirmationem non necessariam asserebant. Alii e contrario propter dictum *B. Dionysii* ac aliorum primitiuae ecclesiae doctorum hanc sententiam communionem ipsam *catholicam* & *salutiferam* astruebant, affirmando. Quod *omne* ecclesiae *Sacramentum Eucharistiae* diuinissimae sacramento perficiendum est & roborandum. Nihilominus praefata sacri corporis & sanguinis domini sub *utraque specie panis* scilicet & *vini* communio tam ad *adultos* quam ad *paruulos* & *infantes*, aduersariis ipsius ac aemulis ea ratione & modis diuersis suffocare & annulare satagentibus, non tamen praeualentibus; de die in diem magis ac magis crescebat & augmentabatur & inualescebat, impugnantibus per temporum successus notabiliter diuina uirtute coram ipsa ruentibus & succumbentibus ueritate & damna inexplicabilia rerum & corporum luentibus, prout in sequentibus clare patebit euidenter. *admodum disputata.*

Anno domini CIↃ CCCC XV. currente forensi IIII ante dominicam *Palmarum*, quae erat *dies 20. mensis Martii*, *Iohannes Papa* 24. sibi pericula a *Concilio* imminere, & praecipue de *Papatu* depositionem praesentiens, de *Constantia* tempore nocturno, habitu mutato, fugit: & ad ciuitatem quandam FRIDERICI, *ducis Austriae*, 4. milliaria a Constantia distantem, cum ipsius *auxilio Ducis* confugit. Post certum uero temporis interuallum, dum ad mandatum *Romanorum Regis & Hungariae* SIGISMVNDI bona praefati ducis occisione propter IOHANNIS *de Constantia* eductionem per ciuitates *Imperiales* & *Sueuias* deuastarentur, & clausae ipsius certae expugnarentur: ipse papa *Iohannes* *An. 1415. Papa IOHANNES aufugit ex concilio.*

nes est concilio per ipsum ducem *Fridericum*, deuastationem bonorum suorum amputare uolentem, *praesentatus* & per Concilium LVDOVICO, *Duci Bauariae Comiti Palatino*, filio olim Clemi, in *captiuitatem* assignatus, & tandem per concilium uelut *haereticus* condemnatus & de *papatu* una cum GREGORIO XII. & BENEDICTO XIII. depositus, prout inferius clarius patebit.

deiectus cum antipapis.

Hieronymus Pragensis.

Item de mense *Maii magister* HIERONIMVS, uir *facundia & eloquentia* praeditus, de *Constantia*, ubi intimationes *patentes portis* ac *ualuis* ciuitatis & ecclesiarum ac domibus *Cardinalium* aliorumque notabilium praelatorum affixerat, optans a rege *Sigismundo* saepe nominato & a consilio sibi *saluum* & *securum* dari *conductum*, ad respondendum palam & publice omnibus & singulis, crimen quodque *erroris* uel *hereseos* sibi obiicere uolentibus; & ad puritatem fidei suae orthodoxae coram praefato concilio *Constantiensi* ostendendam, uersus *Boemiam*, *saluo conductu* competenti ad id, quod praefertur, minime assecuto, redeundo, per *officiales ducis Bauariae Iohannis* praetacti ex suorum proditione aemulorum in *Hyrsaw* est captus & in *Sulzpach* ad prouinciam ipsius ducis reductus. Quod cum *Sigismundus rex* cum concilio percepissent, *duci Iohanni* saepe nominato intimauerunt, postulantes, quatenus *magistrum Hieronymum* ipsis ad *Constantiam* transmitteret. Quorum postulationibus & uotis dux *Bauariae Iohannes* praefatus annuens, *Magistrum Hieronymum uinctum* ad *Constantiam* transmittit, cum *epistola* sua, in qua magnifice & multipliciter ipsum *extollit* concilium & *praelia domini* in extirpando errores & haereses uiriliter agere adhortatur, Magistrum Hieronymum & sibi similes

neglecto saluo conductu captus in Hirsau & Sulzbach.

Traditus concilio, licet cum elogiis,

les in interitum carnis tradere, ut ſpiritus ſaluus fiat in die domini ſuadendo. *Vinculatus* ergo *Conſtantiam* adductus eſt & concilio praeſentatus, & demum multis *blaſphemiis* & *probris* affectus *carceribus* duriſſimis in *turri* quadam ciuitatis iuxta *Coemiterium S. Pauli* eſt mancipatus, in quibus, *trunco* impoſitus graui, *pedibus* ad *compedes* ſtrictis & *manicis ferreis* uinctus, *undecim fere pendebat diebus*, pauciſſimis *cibis* refectus & infirmitate graui fere ad *mortem* uexatus. Cui tamen dierum aliquorum facto interuallo *conualeſcenti*, ob ſpeciem concilio in omnibus aſſentienti & ipſius concilii facta & decreta approbanti, *captiuitatis* eſt duritia mitigata & alleuata. Sicque in ipſa *turri* fere per unum integrum *annum* iacuit *captiuus*. *compedibus & uinculis adligatus.*

Item forenſi IIII. poſt Trinitatis, quae erat dies 29 menſis Maii, *Sententia* per concilium *generale Conſtanticnſe* fertur contra IOHANNEM PAPAM XXIII. per quam à papatu propter multos & diuerſos articulos in & aduerſus ipſum per ipſius Concilii procuratores productos, deponitur & ad *cuſtodiam* tutam *Sigismundi regis* ſaepe tacti eccleſiae uniuerſali aduocati & defenſoris, nomine ipſius concilii, deputatur. In hac etiam ſeſſione per ipſam *Conſtantienſem Synodum* ſtatuitur, decernitur & ordinatur pro bono unionis eccleſiae Dei, quod nullo unquam tempore reeligantur in ipſam dominus *Baltazar de Coſſa*, nuper *Iohannes* 23. Petrus de *Luna*, *Benedictus* 13. nec *Anglus de Corario*; nec *Gregorius* 12. in ſuis obedientiis ſic nuncupati. Inter autem caetera in articulis contra ipſum *Iohannem papam* 23. productis iſta ponuntur abominabiliora, ſcilicet quod ipſe dominus Iohannes fuit & eſt *paupe-* *Deiectio Iohannis papae.*

Probra Io-hanni papae obiecta. *rum oppressor, iustitiae persequutor, iniquorum Columna, Simoniacorum statua, carnis cultor, uitiorum fex, a uirtutibus peregrinus;* CONSISTORIA publica fugiens ac totus somno & aliis carnalibus deditus desideriis; uitae & moribus *Christi* totus contrarius. *Infamiae* speculum & omnium malorum profundus adinuentor, adeo & in tantum *Christi* ecclesiam scandalizans, quod inter Christi fideles uitam & mores suos cognoscens, *Incarnatus diabolus;* uulgariter dicitur, *incarnatus diabolus.* Item quod ipse *Iohannes papa* 23. cum *uxore fratris* sui *Scortator, incestuosus & adulter;* & cum *sanctis monialibus* incestum; cum *uirginibus stuprum*; cum *coniugatis adulterium* & alia incontinentiae crimina, propter quae ira Dei descendit in filios diffidentiae, commisit. Item quod *Homicida, ueneficus,* ipse fuit uas omnium peccatorum, *homicidiis, ueneficiis* & aliis grauibus criminibus irretitus, *Simoniacus*, pertinax, haereticus & ecclesiam christi notorie scandalizans. Item, quod ipse *Io-* *Atheus.* *hannes papa* 23. saepe & saepius coram diuersis *praelatis* ac aliis *honestis* & probis uiris pertinaciter, *diabolo* suadente, dixit, asseruit, dogmatisauit & astruxit: *uitam aeternam non esse neque aliam post uitam hanc.* Quin imo dixit & pertinaciter credidit: *animam hominis cum corpore humano mori & extingui, ad instar animalium brutorum.* Dixit quoque: *mortuum semel* etiam in nouissimo die minime *resurrecturum*, contra articulum de resurrectione mortuorum.

Eclipsis. Item *septima* die mensis *Iunii*, quae erat 6. feria post Bonifacii, hora undecima *ecclipsatus* est totus *Sol*, ita quod *non poterant Missae sine luminibus celebrari*, in signum, quod Sol iustitiae Christus in cordibus praelatorum multorum, ad mortem Magistri Iohannis Hus, de proximo per concili-

cilium mortificandi, anhelantium, fuit obscuratus.

Item sabbato in *octaua Petri* & *Pauli* apostolorum, alias die sexta mensis *Iulii*, Magister Iohannes *Hus*, sacrae Theologiae Baccalaureus formatus, uir uita & moribus clarus, ac fidelis Euangelii Christi praedicator, ad falsam testium depositionem & magistri *Stephani Palecz* Doctoris Theologiae; ac *Michaelis de causis, plebani* sancti *Adalberti* de noua ciuitate Pragensi ex parte Cleri Boemiae assiduam instigationem, regis quoque Vngariae *Sigismundi* suggestionem, nulla sibi debita, pro suae innocentiae expurgatione, praestita *audientia*, per *concilium Constantiense* in MORTEM est *sententiatus* & inique condemnatus. Quem ab officio *sacerdotali* in publica ipsius concilii sessione degradatum spirituales *brachio* tradunt & assignant *seculari*; a quo ex ciuitate Constantiensi reductus; in prato quodam columnae, in modum *asseris spissi* factae, ac terrae infixae *catenis* ac *funibus* alligatus & fasciculis straminum ac lignorum circumseptus, *Christe, fili Dei uiui, miserere nobis!*, *laete decantando*, *ignis est* consumptus *uoragine*. Post cuius *incinerationem*, ne reliquiae ipsius super terram remanerent, etiam *cinis ipse in flumen Rheni* ibidem de uicino fluens, Boemorum in contemtum, est proiectus. De cuius captiuitatis condemnatione ac mortis serie alibi *plenius* est contextum & scriptotenus exaratum. Ipso ergo sic *mortificato*, clerus peruersus praecipue in *regno Boemiae* & marchionatu *Morauiae*, qui condemnationem ipsius contributione pecuniarum & modis aliis diuersis procurauit & ad ipsius consensit interitum, iusto Dei iudicio, de die in diem notabiliterque

Condemnatio HVSSI, inauditi ad supplicium 1415. d. 6. Iul.

Combustus.

Cinere eius distracto.

magis ac magis in bonorum per seculares ablationibus a locis suis & dignitatum eiectionibus; imo & corporum destructionibus turbatur, prout in sequentibus clare patebit euidenter.

D. 25. Iulii 1415. sententiae aduersus Wiklefum & Hussum transmissae Bohemis.

Item *die 25. mensis Iulii concilium Constantiense* literas *clero* & *baronibus* ac *proceribus* regni *Boemiae* sub *sigillis* praesidentium *quatuor nationum*, puta *Italicae*, *Gallicae*, *Germanicae* & *Anglicae*, transmittit sententias contra Magistrum *Iohannem Wikleff* & magistrum *Iohannem Hus* ac ipsorum doctrinas, iuste fore latas adstruendo & per uiscera misericordiae *Iesu Christi* obseruando hortatur, quatenus homines pestiferos, doctrinas *Iohannis Wiklef* & *Ioh. Hus* haereticorum damnatorum seminantes, praedicare & dogmatisare in regno Boemiae & finibus ipsorum, quantum in eis est, non admittant.

Respondent Boemi & *improbant Hussi ultimum supplicium.*

Item die *secunda* mensis *Septembris* anno eodem *magnates*, *barones*, *proceres* & *nobiles* regni *Bohemiae* & Marchionatus *Morauiae*, tunc *Pragae* congregati, literas sub suorum appensione *sigillorum*, concilio scribunt *Constantiensi* de magistri Ioh. *Hus*, Euangelii *praedicatoris*, *iniusta* & *iniqua* ad mortem condemnatione, quod scilicet hunc *non confessum* nec *legitimis*, *ut decebat*, *modis conuictum*, nullisque in & contra ipsum deductis & ostensis *erroribus* aut *haeresibus*; sed ad sinistras & falsas & importunas duntaxat sui & *regni Boemiae* ac *marchionatus Morauiae*, *capitalium inimicorum & proditorum*, accusationes & instigationes, tanquam *haereticum* pertinacem condemnauit & condemnatum *dira* & *turpissima morte affecit*, *in regni Boemiae christianissimi* & *marchionatus Morauiae clarissimi perpetuam infamiam & notam:* adiiciendo inter caetera; quod quicunque hominum, cuiuscunque status, praeeminentiae uel dignitatis, conditionis, gradus, uel religionis extitit: qui dixit

& as-

& asseruit, dicit uel asserit, quod in regno *Boemiae* & marchionatu *Morauiae* praetactis errores pullulassent ac ipsos barones ac alios Christi fideles infecissent: omnis & quilibet talis, ut praefertur, *sola persona regis Vngariae semota*, *recte mentitur in caput suum*, *uelut nequam pessimus*, *traditor & proditor praedictorum regni & marchionatus*; ac ipsorum baronum perfidissimus & solus utique *haereticus* perniciosissimus omnisque maliciae & nequiciae, imo *& diaboli* filius, qui mendax est & pater eius. *eumque edicunt innocentem.*

Item *anno* eodem, circa festum natiuitatis Mariae uirginis, magister *Hieronymus de* PRAGA diu & grauiter *uinculatus* ad ecclesiam maiorem, ubi sessio concilii celebrabatur ducitur & ibidem per concilium minis *mortis* sibi incussis, ad *abiurandum* & *reuocandum* & ad mortem *Magistri Iohannis Hus*, quasi iuste sit per concilium condemnatus, assentiendum, instigatur & cogitur. Ipse uero *metu* mortis & sperans se de *manibus* ipsius concilii per hoc euasurum, ad concilii *uoluntatem* iuxta tenorem sibi tunc exhibitum, *abiurauit in sessione concilii publica*: *& captiuitati uiceuersa*, minus tamen graui, mancipatur, armatis quotidie ipsum custodientibus. Et cum instigatores contra ipsum deputati, uidelicet *magister Stephanus Palecz* & *Michael de causis* & *alii* ipsorum in hoc negotio *complices*, de post ex uerbis ipsius *magistri Hieronymi* & aliis certis cognouisset iudiciis, quod ipse huiusmodi abiurationem non *sincere*; sed animo euadendi fecisset, superuenientibus etiam de *Praga* certis fratriculis *Carmelitarum*, nouas accusationes contra ipsum *magistrum Hieronymum* obtulerunt &, ut *articulatim* singulis respondeat articulis, ipsum instigabant. Et quod indies quidam certi Cardinales, Petrus *Ca-*

Hieronymus PRAGENSIS *minis & cruciatu tentatur ad dogmatis eiurationem*

cogiturque.

Noua aduersus eum inquisitio.

meracensis, Jordanus de *Vrsinis*, Antonius *Aquilegiensis*, Franciscus *Florentinus*, considerantes maliciam instigatorum praedictorum & ipsi *magistro Hieronymo* iniuriam inferri, pro ipsius liberatione coram concilio laborabant. Ipsis ergo una dierum in congregatione pro *magistri Hieronymi liberatione* laborantibus, *Theutonici* ac *Boemi* ipsius inimici fortiter repugnabant, clamantes: quod nullo modo dimittatur. Et surgens unus Doctor, dictus *Naso*, dixit ad Cardinales: *Miramur de uobis, patres reuerendi, quod paternitates uestrae pro tali pessimo haeretico intercedunt, propter quem nos in Boemia cum toto clero multa mala passi sumus & forsitan uestrae paternitates patientur. Et timemus, quod forte ab illis haereticis ac a rege Boemiae munera recepistis*. Cum autem *Cardinales* sic obiurgarentur, se de causa ipsius magistri *Hieronymi exonerauerunt*. Instigatores praefati sibi iudices alios impetrauerunt, magister autem *Hieronymus* respondere *noluit articulis in carceribus*, nec in iudices illos priuatos consentire, *audientiam publicam* postulando; in qua finaliter mentis suae intentionem uellet aperire; praesidentes ergo concilii, credentes, quod ipse Magister *Hieronymus* praedictam suam reuocationem in *audientia publica* renouare uellet, & confirmare; pro danda sibi audientia tractauerunt, ut eam sibi concessissent, prout inferius patebit.

In qua recusat respondere, nisi publice.

An. 1415. Interdictum aduersus communionem sub utraque.

Anno eodem circa festum *omnium sanctorum*, & anno domini CIↃ CCCCXVI. currente ante festum Purificationis, factum est interdictum *Pragae archiepiscopo*, praelatis, plebanis ac religiosis *a diuinis cessantibus* libertasque fuit per omnes ecclesias & monasteria omnibus presbyteris, communionem corporis & sanguinis dominici *sub utraque*

que specie promouentibus & magistro *Iohanni* adhaerentibus, diuina peragere & uerbum Dei quotidie praedicare: aemulis ipsius sanctissimae communionis utriusque speciei & magistri Iohannis Hus, *Machometis nuncupatis*, de Praga diuina ad *Wyssegradum* & ad ecclesiam in Psan sub Wyssegrado sitam, & in Buben: nec non in Owenecz uisitantibus; pro quo clerus Pragensis & praecipue praelati & monachi damna non parua a uulgo sunt perpessi. Nam multi eorum a propriis sunt eiecti sedibus, presbyteris utriusque communioni speciei & magistro Iohanni *Hus* fauentibus in ipsorum locis collocatis, *Rege Boemiae Wenceslao*, hoc ipsum ad suorum aliquorum consiliariorum instigationem admittente.

Item anno eodem *sabbatho* ante Ascensionem domini, alias die 25. mensis Maii magister *Hieronymus* de Praga praefatus ductus est ad *audientiam publicam* ad ecclesiam *cathedralem* ibique coram *toto concilio* 100 & 7. articuli contra ipsum per *concilii commissarios* ex parte instigatorum praedictorum sunt de *nouo* producti, ne *laqueum mortis*, quem sibi parauerant, possit effugere. In ipsa ergo *audientia a mane usque ad meridiem* plus quam 40. articulos *subtilissime* omnibus contra ipsum obiicientibus respondebat, articulos *nociuos* & *confictos* negando se commisisse & perpetrasse, asserens, quod testes illi mendose, tanquam aemuli sui, aduersus eum deposuerunt. In eadem *sessione* nondum ad mortem excessit, quia omnibus articulis usque ad finem propter *horam meridianam* non ualuit respondere. Vnde ad respondendum *residuis articulis*, terminus fuit sibi per concilium ad diem *28. Maii* prorogatus. Ipso ergo die summo mane iterum ad respondendum restantibus articulis ad *cathedralem* reducitur

An. 1415. d. 25. Maii Hieronymus Pragensis in publico consessu.

die 8. Maii noua productio.

citur *ecclesiam* & ibi pro *morte* sua est conclusum. In ista autem sua *audientia*, a summo mane & citra nimis profunde & subtiliter de diuersis loquebatur materiis. Inter caetera allegando quam plures *philosophos* & *sapientes*, ex gentibus puta *Platonem*, *Senecam*, *Cathonem* &c. Nec non *Isaiam*, *Hieremiam* cum aliis multis Prophetis & sanctis Veteris testamenti; ac sanctos *Apostolos* cum caeteris multis & diuersis sanctis martyribus de Nouo testamento: qualiter omnes hi & alii quam plurimi propter veritatem innocenter sunt *mortificati* & diuersis *tormentorum* affecti generibus. Tandem recommendauit statum & *sanctitatem magistri Iohannis* HVS: asserens se a iuuentute ipsum nouisse & non fuisse *fornicatorem*, *bibulum*, neque *criminosum*; sed *castum*, *sobrium* & *sacri euangelii sanctum* ac *fidelem praedicatorem*. Et quaecunque ipse magister Iohannes *Hus*, & magister Iohannes *Wykleff* tenuerunt & scripserunt, praecipue contra *abusus* & *pompam cleri*, quod omnia ista uult usque ad *mortem tenere*: adiiciendo, quod *sancti uiri* fuerunt & quod in omnibus punctis fidei Catholicae crediderunt, sicut sancta *Romana* tenet *ecclesia*. Finaliter subiungendo, quod omnia peccata remordent conscientiam suam ad tantum, sicut illud peccatum, quod in pestifera cathedra commiserat, quando in sua *reuocatione* contra illum *bonum* & *sanctum uirum magistrum Iohannem* HVS, & ipsius doctrinam erat iniuste locutus, praesertim ad ipsius iniustam consentiendo condemnationem. Concludens, quod illam *reuocationem* per ipsum in *cathedra maledicta* factam omnino reuocat: asserens quod propter *metum mortis* & animi sui *pusillanimitatem* hoc fecisset. Et tunc

e con-

Sermo eius ante supplicium.

Hussi & Wiklefi *elogia morte obsignanda.*

Poenitentia reuocationis.

e contrario ad carceres est reductus, & durissime per *manus pedes* & *brachia cathenis ferreis* est uinculatus.

In catenis ferreis.

Sabbatho autem post *ascensionem* domini: alias die *prima mensis Iunii* ad *Cathedralem* ecclesiam ad sessionem concilii publicam per copiosam *armatorum* multitudinem ducitur. Ibi ergo *sententia* contra eum *lata morti* est deputatus & adiudicatus, & *pileo papireo* magno & longo rubris circumpicto *daemonibus* capiti suo imposito, extra ciuitatem simbolum, *credo in unum Deum*, *laetare anima mea*; felix namque es! *decantando* ad mortem ducebatur, populum ydiomate *Teutonico* in haec uerba *alloquendo: Dilecti pueri, sicut nunc cantaui; sic credo & ista est fides mea.* Ex eo tamen morior, quia nolui consilio consentire & assistere, & cum eo tenere & asserere: quod magister *Iohannes* HVS per ipsum concilium est sancte & iuste condemnatus. Ego enim bene noui eum, & scio, quod fuit uir *sanctus*, & *euangelii* IESV CHRISTI fidelis praedicator. Et cum ad locum *supplicii* peruenisset, in eodem loco, in quo magister *Iohannes Hus* mortem subierat, innocenter ad statuam instar *spissi asseris* factam terrae infixam, *furibus* & *cathenis ferreis* alligatus, uestibus omnibus spoliatus, & *lignis circumseptus*: Salue festa dies! & *in manus tuas, domine, commendo spiritum meum!* laete cantando, *ignis consumitur* uoragine. Insuper lectisterniis & aliis ipsius uestimentis *incineratis*, *cineres* ipsi in *curribus* ad flumen Rheni e uicino *fluens* deducuntur; & ad flumen ipsum proiiciuntur, ne reliquiarum ipsius quicquam super terra remaneret, de cuius *captiuitate*, mortis quoque modo, alibi latius ac plenius est digestum.

An. 1415. die 1. Iun.

supplicii sententia.

Hieronymi ultimi sermones de innocentia Husli.

Vestis decorata daemonibus.

Animus Laetus ac praesens

Combustio.

Item

An. 1417. MARTINI V. papae electio in concilio.

Item anno domini cIↃ cccc xvii. in festo sancti *Martini*, alias die 11. mensis Nouembris multis antea ac uariis de electione *summi Pontificis* inter *Cardinales* doctoresque diuersarum nationum ac caeteros praelatos in concilio Constantiensi praehabitis tractatibus & disceptationibus, *Oddo cardinalis de* COLVMNA ex unanimi 23. cardinalium & cum eis *30. aliorum praelatorum*, ad eligendum nouum Romanum praesulem per *Concilium* deputatorum consensu in *papam* est electus & tandem die dominica post Elizabeth, alias die 21. mensis Nouembris, solenniter *coronatus* cum ceremoniis debitis & consuetis & *Martinus quintus est appellatus.*

An. 1418. Contestatio de uiris innocentibus

Item anno domini cIↃ cccc xviii. in festo Pentecostes *concilium Constantiense*, certis ac decretis factis & determinatis *Catholicis*que ac egregiis uiris *magistro Iohanne* HVS, & *magistro Hieronymo de* PRAGA iniuste condemnatis, & pro ueritate sancta ignis consumtis uoragine; & papa nouo MARTINO *quinto* nuncupato, ut praemittitur, electo, dispergitur de iniusta *utriusque speciei* communionis, praefatorumque magistrorum *Iohannis Hus* & *Hieronymi*, iniqua condemnatione coram iudice iustissimo diram redditurum rationem.

An. 1419. Congregatio Hussitarum *in monte* Thabor.

Item an. domini 1419. sacerdotes Euangeli, magistro *Ioh. Hus* fauentes & communionem calicis ad communem populũ promouentes, tunc *Wiklefistae*, alias *Hussitae* nuncupati, cum populo sexus utriusq; ex diuersis regni Boemiae partibus, ciuitatibus & uillis, cum sacramento *Eucharistiae* in montem quendam prope *castrum Bechina*, quem montem THABOR appellauerunt, frequentare coeperunt & ibidem populum communem sacra eucharistia, praecipue diebus festiuis, magna cum reuerentia com-

communicabant, aemulis ipsius communionis populum communem in ecclesiis adiacentibus sic communicare non permittentibus. In festo autem *Mariae Magdalenae* cum multitudine populi *sexus utriusque* & etiam *paruulorum* ad praefatum *montem* congregata de diuersis regni partibus, ultra quam *40. millia* personarum sacramento corporis & *sanguinis* sub *utraque specie* panis scilicet & *vini*, secundum traditionem Christi & praxin & obseruantiam primitiuae ecclesiae communicauerunt cum deuotione. Quam ob rem *Rex Boemiae* VENCESLAVS multum est turbatus: se de Regali solio deiici timens & expauescens, *Nicolaumque de* HVS in locum sui substitui suspicando, quem antea die quadam ad sanctum Apollinarem cum sua consistenti curia & magna populi sexus utriusque multitudine, interim tamen circumseptus pro liberatione communionis *utriusque speciei*, tam ad *adultos* quam ad *paruulos* ex parte ipsius multitudinis proloquentem baninuerat.

Ex locis remot. ſinis.

Numero ingenti, tremendoque VVenceslao.

Item anno eodem dominica die post Iacobi: alias *30. die mensis Iulii*, *magister ciuium & consules aliqui nouae ciuitatis*, cum subindies communionis *calicis* aemuli, per communem populum & *Iohannem* ZYZKA, *regis Boemiae praefati familiarem*, pro eo, quod processioni illi iuxta praetorium cum sacramento uenerabili *eucharistiae* a sancto *Stephano* in *Rybinczka* ad Monasterium beatae uirginis in *Arena* redeunti insultauerunt: sunt de praetorio *nouae ciuitatis* enormiter *deiecti* & atrociter *mactati & interfecti*, *Rege* WENCESLAO, pro tunc in nouo *castro unum* milliare a Praga distante, cum sua *curia consistente*, propter quod aemulos ueritatis in *Praga* magnus timor

An. 1419. ipsi Huss:tae *manus conserunt cum* Rcatholicis *Inde caedes & sanguis.*

timor inuasit, omnes namque & singuli tam *sessionati* quam *inquilini* nouae ciuitatis per eos qui praefatos occiderant *consules* coacti: in armis suis se in *praetorio* repraesentare euocantur, sub *poena colli*, aut alias *a ciuitate bannitione*, unde multi & praecipue ueritatis *blasphematores* periculum mortis sibi ipsis timentes imminere de ciuitate fugierunt. *Ciuitas* uero ipsa quatuor *capitaneos* sibi usque ad futuram *electionem Scabinorum* elegit. Quibus *sigillum* & alia consulatus insignia assignauit in *praetorio nouae ciuitatis* diu noctuque magna armatorum his diebus uigilantium multitudine. Vnde *rex Boemiae* WENCESLAVS ira magna motus & angustia ac odore perturbatus, proposuit omnes *Wyklefistas* seu *Hussitas* & praecipue *sacerdotes extirpare*. Consiliarii quidam regis ipsius partem sub *utraque specie* communicantium fouentes ac magistro Iohanni *Hus* adhaerentes, cum Senioribus antiquae ciuitatis de concordia inter *regem* & nouae *ciuitatis* communicantem, ad multa mala intercipiendum, tractare coeperunt, finaliter ergo parte utraque consentiente concluditur, quatenus communitas nouae ciuitatis se ipsi regi *pro excessu*, quem in deiiciendo *Scabinos* ab ipso deputatos & turpiter *mactatos* commiserat, humiliet & *Rex nouos scabinos* per ipsam tunc communicantem electos confirmet, quod & factum est cum effectu.

WENCESLAVS *R. inde aduersus Hussitas exacerbatus.*

An. 1419. die 15. Aug horrenda mors Wenceslai.

Item anno eodem, forensi IIII. post assumtionem beatae uirginis *Mariae*, quae erat dies XVI. *mensis Augusti* rex Boemiae *Wenceslaus*, hora quasi uesperarum, apoplexia percussus, cum magno clamore & *rugitu* quasi *Leonis*, subito est *extinctus* in nouo castro prope Pragam. Cuius *corpus* post dies aliquot propter *timorem populi*, tempore *nocturno*

cturno ad castrum *Pragense* est deductum & in capella sancti *Wenceslai*, Boemorum patroni, collocatum & post septimanas aliquot ab inde ad *monasterium aulae regiae*, ubi *sepulturam* sibi elegerat, *noctis* tempore miserrime transductum & a *piscatoribus*, *pistoribus* & conuersis eiusdem *monasterii* sepultum, cuius mors & acta cunctis regibus deberent fore in exemplum, quatenus *deum* timeant & eius *legem* ac *ueritatem* pro posse tueantur & defendant. *Qui noctu indigne sepultus?*

Item forensi 5. post assumptionem *Mariae*, alias die 17. mensis Augusti, sequenti scilicet die post *mortem regis Wenceslai*, quidam ex populo communi seu uulgo congregati *magistri* ciuium antiquae ciuitatis *Iohannis*, cum *barbati* consensu, per ecclesias ac monasteria in ciuitate sita Pragensi, omni timore postposito, discurrebant & *organa* ac *imagines* ecclesiarum, praecipue illarum, in quibus communio *calicis* minime admittebatur, *plebanis* ecclesiarum & *religiosis* fugam ineuntibus, seque a conspectu uulgi illius *abscondentibus* prae timore, confringebant, *comminuebant* ac *uiolabant*, aduersariis ueritatis timore magno ac tremore arescentibus. Tandemque de uespere *Carthusiam* peruenerunt & ipsam bonis omnibus despoliantes, *potagiis* diuersis ibidem *inebriati* & *residuis* ad terram effusis, religiosis omnibus monasterii eiusdem *captiuatis*, ipsos processionatim cum clamore ualido & tumultu per pontem ad praetorium antiquae deducunt ciuitatis, pro eo, quod in mortem *olim magistri Iohannis* HVS *consenserant* & communioni utriusque speciei resistebant. Et in crastina die *Agapiti*, quae erat dies tertia post mortem regis Wenceslai, Monasterium ipsum *Carthusiense* ignis con- *Ann. 1419. die 17. Aug. spolia in coenobiis, templis & imaginibus.*

consumunt *uorgine*. Muris ipsius duntaxat resultantibus: insuper & ecclesiam beatae uirginis in lacu intrantes, *sepulchrum magistri Albici* praepositi *Wyssegradensis* ac Archiepiscopi *Caesariensis* in capella ibidem ædificata per ipsum constructum, ac *imagines* etiam comminuunt & *destruunt*.

An. 1419. die 20. Aug dirutа coenobia.

Item die dominico proximo post assumtionem Mariae uirginis, alias *die 20. mensis Augusti*, monasterium *praedicatorum* in Piska funditus per communem populum utriusque sexus est dirutum & combustum, religiosis aliquibus monasterii ipsius captiuatis.

An. 1419. noui tumultus & spes ad treugam.

Anno eodem die sancti *Wenceslai* multitudo magna populi *sexus utriusque* de Praga & diuersis regni Boemiae partibus ad montem *Krzyzkonum* prope *Ladwy* confluit, & ibidem praedicationibus, exhortationibus uariis, ad se diligendum in *Deo*, & *Christi ueritatem* uiriliter persequendam a *sacerdotibus* auditis, magna cum deuotione *corpus* & *sanguinem* domini communicat. Moxque die eodem cum sacramento uenerabili *Eucharistiae* domum magna multitudo hominum cum *Pragensibus* se transfert, & noctis tempore Castrum *Wyssegrad*, in quo familiares multi olim *Regis Wenceslai* pro tunc demorabantur, penetrando Pragensem ingreditur ciuitatem. Et magna cum solennitate *luminumque* copiositate ac *campanarum* pulsu a *Pragensibus* excipitur, & in *Monasterio* sancti *Ambrosii* se locando per *Pragenses* uictualibus aliquot diebus sustentatur aliquantisper. Tandem autem Pragensibus & praecipue senioribus *treugarum pacis* ad tempus cum *regalibus castrum Pragense* & *Wyssegradum* possidentibus, firmantibus, omnes extranei seu aduenae, multis insultibus in ecclesiis ac monasteriis per *imaginum confractionem* & praecipue in

in ecclesia *ſancti Michaelis* in antiqua ciuitate factis,ad propria redière.

Item forensi III. poſt Galli die XVII. mensis *Octobr. Regina Bohemiae* Zofia, & *Barones* certi regni iſtius,& praeſertim dominus Czenko de Wartenberg, alias de *Weſele*, caſtri Pragenſis *Burgravius* ſupremus, Wilhelmus de *Hazmburgk*, dictus Zaguz, Iohannes Chudoba, dictus Rarsko, caſtrum Pragenſe, monaſterium Strahow, *monaſterium* ſancti Thomae *Curiamque* Archiepiſcopi obſederunt, Teutonicos & alios exteros in adiutorium ſibi contra Pragenſes ſuper *theſauris* poſt mortem regis *Venceslai* derelictis euocando: ſicque graues contentiones & guerrae his diebus, inter *Reginam* & *Barones* praefatos, & inter Pragenſes, occaſione liberandae religionis Chriſti & ueritatis,& ſignanter calicis communionis,pro qua ipſa Pragenſis ciuitas inſtabat, inſurrexerunt. *An. 1419. d. 17. Octob. Obſeſſio coenobii & curiae aepiſcopalis. ſpe theſauri relicti a VVenceslao.*

Item an.eodem ſabbatho poſt omnium ſanctorũ alias die IIII. menſis *Nouemb.* ad incitationem presbyterorum quorundam, & praeſertim Ambroſii de Hradecz *Reginae* campanae magnae in Praga pro concurſu populi *pulſantur* ad ſubueniendum illis,qui de TABOR uerſus Pragam tendendo in itinere per *Barones* Regni & *officiales* regios inſidiis poſitis impediebantur. Multitudine ergo magna populi cum armis de antiqua & noua ciuitatibus congregata,multitudo ipſa,*Nicolao de* HVS ductore, ad pontem procedit,regalibus de caſtro Pragenſi, *Curia Archiepiſcopi*, & de domo *Ducis Saxoniae* de *bombardis* ſagitantibus: & ne ad paruam partem perueniat gens ipſa, prohibentibus. Communitas tamen *Pragenſis*, ui ualua iuxta domum *Ducis Saxoniae* expugnata, non tamen ſine ſuorum damno, ciuitatem paruae partis ingreditur *An. 1419. d. 4. Nou. ſeceſſio noua & tumultus Pragae. Domus D. Saxoniae.*

K 2 &

& certamine cum *Regalibus* inito, parte ex utraque aliqui occiduntur. Tandemque *regales* ipsi *Pragensibus* resistere minime ualentes, uespere facto ad *castrum Pragense* de curia *archiepiscopi* de domo *Ducis Saxoniae*, monasterio S. Thomae & hospitiis confugiunt, equis multis, armis, & aliis bonis prae timore derelictis, de quibus se Pragenses intromittendo, & magnis in parua parte factis spoliis, ea ad antiquam deferunt & nouam ciuitatem. Totaque nocte illa *campanae magnae* ad insultum pulsabantur. Fuit ergo nox illa nox multae *tribulationis* & angustiae; nox *moestitiae* & *luctus nouissimaeque diei assimilata*, sic, quod regina *Zophia* cum D. *Vlrico* de *Rosis* præ timore in medio noctis de *castro Pragensi* fugierunt, *Regalibus* uix ipsum castrum ab aquirendo per Pragenses conseruantibus. Circa X. noctis horam paucis admodum expugnatoribus in parua parte remanentibus: Regales de castro descendentes, praetorium paruae partis, *thesauris* & *libris* communitatis inde ablatis, ignis consumunt uoragine, una cum casis adiacentibus. Item craftino dominico Fest. die post omnium sanctorum, alias *die 5. mens. Nouembr.* finito *prandio* communitas antiquae ciuitatis & nouae *armata manu*, paruam inuadit partem &, certamine cum *regalibus* inito, parte ex utraque aliqui occiduntur. Demum uero Regales *Scola* sancti *Nicolai*, & multis sub castro Pragensi succensis domibus aliquibusque ex ciuibus paruae partis communionis calicis fautoribus captiuatis, castrum ascendunt Pragense. Pragenses autem, curia archiepiscopi deuastata, & multis aedificiis ibi ruptis & dirutis, ad propria reuertuntur. Sicque die ipso tam per Regales, quam per Pragenses multa in parua

Campanae magnae pulsus in tumultu.

An. 1419. d. 5. Nou.

parua parte facta sunt damna & perpetrata. Regalibus de die in diem sese contra Pragenses super thesauris regiis congregantibus & damna magna Pragensibus in circuitu inferentibus, stratasque ne uictualia Pragam adducantur, impedientibus & munitiones ac fortalitia Pragensium obsidentibus.

Item in die *Leonhardi*, *Taboritarum* fere quatuor millia, quorum seniores pro tunc fuerant dominus *Brenko* de Swihow, Chwal de Makowicz, alias de Rzepicz & Kuness, ipsius germanus: conflictu quodam in loco, unum fere miliare a Knjn distante, cum Regalibus & significanter D. Petro de Sternbergk, D. Ptaczek de Ratag, Iohanne dicto Swidniczky Koldicz filiis Michalczonis de Mihelsbergk, & Wenceslao dicto Doninsky, iudice de montibus Kuthnis & aliis aliquibus leuibus ex ipsis occisis & multis equis melioribus, regales ipsos a se reprimentes; Pragam uenerunt, & a Pragensibus gratanter sunt suscepti. *Taboritarum IV. millia.*

Item die *Briccii treugae pacis* inter reginam *Sophiam* & D. Czenkonem de *Wartmbergk*, supremum regni Burgrauium: & alios barones ac capitaneos castri Pragensis ex *parte una*: & communitatem Pragensem parte ex *altera* usque ad festum *Geo?gii* de proximo uenturi duraturae firmantur, senioribus partis utriusque ad haec desudantibus & poena *L. millium groff.* uallantur. *Regina* cum *Baronibus* se communitati Pragensi ad defendendum & pro posse per regnum Bohemiae Legem Dei & ueritatem euangelicam, & signanter speciei *utriusque communionem* libertandum proscribente. Communitate vero Pragense reginae & baronibus se non ad imagines confringendum: & ad non *ecclesias* & *monasteria* *Treuga pacis 1419.*

rumpendum astringente. De *Wyssegrado* quoque conscendendum. Noua igitur ciuitas de *VVyssegrado* post ipsarum pacis *treugarum* firmationem *regalibus* condescendit, de quo castro de post, ut inferius patere poterit, Pragensibus multa mala & damna illata sunt. Igitur his pacis *treugis* sic, ut praefertur, firmatis: *Taborienses* praefati magnis damnis in domibus, in quibus commorabantur, per aedificiorum *destructionem* & spoliis in maiori parte perpetratis ad propria, de Praga exeundo, redierunt. His ergo temporibus *fideles Bohemi* tam saeculares quam spirituales communioni *utriusque speciei* fauentes & eam deuote prosequentes de morteque iniusta felicis recordationis *M. Johannis* HVS, *Euang. sacri fidelis & eximii pastoris & praedicatoris dolentes:* quam sibi clerus peruersus regni *Bohemiae*, & marchionatus *Morauiae*: & praecipue *Episcopi*, *Abbates*, *Canonici*, *plebani* & *religiosi* ipsius fideles ac salutiferas admonitiones, adhortationes, ipsorum *pompam*, *symoniam*, *auaritiam*, *fornicationem* uitaeque *detestandae abominationem detegentes*, ferre non ualendo, pecuniarum contributiones ad ipsius extinctionem faciendo, procurarunt. Sic quod in *concilio Constantiensi* ad *falsorum testium* depositionem firmatus, *rege Hungariae Sigismundo* ad ipsius multum cooperante mortem, est acerbissima morte extinctus. Praefati igitur fideles per *regnum Bohemiae* maximas tollerabant turbationes, tribulationes, angustias & uexationes ab aemulis ueritatis & blasphematoribus, ipsorum rerum ablationibus, duris captiuitatum generibus, fame, siti & corporum trucidatione immaniter afficientibus. Nam praefati ueritatis aemuli *sacerdotes* & *laicos* communionem *calicis* zelantes

tes in diuerſis regni locis uenando montanis praeſentabant & aliquos pro pecunia uendebant. Quos MONTANI TEVTONICI Bohemorum & praeſertim ueritatis chriſti diligentium crudeles perſecutores ac inimici, uariis blaſphemiis & diuerſis poenarum afficiendo generibus, ad foueas profundiſſimas ſeu *Schachtas*, nocturnis praeſertim temporibus, inhumaniter iactabant: quosdam *uiuos*: quosdam uero *decollatos* & praeſertim ad SSachtam eccleſiae S. Martini foris ualuam Gurimenſem, quam *Tabor montani* vocauerunt. Tanta autem crudelitatis immanitate montanorum *Gens* in *Chriſti fideles* & legis Dei *zelatores* exarſit: quod infra breue tempus ultra *XVI. centena hominum*, ſacratiſſimae calicis communioni fauentium, ſunt per eos miſerabiliter interempti & ad *SSachtas* proiecti, *lictoribus* ſaepe prae fatigatione trucidationis laſſatis. Hanc autem contra Chriſti fideles inhumanam debacchationem ultio diuina iuſte eſt ſecuta. Elapſo namque duorum annorum curriculo, ciuitas ipſa montanorum, in poenam ultionis multorum fidelium inhumane interemptorum! eſt funditus quaſi deſtructa: & ignis conſumta uoragine, prout in ſequentibus patere poterit euidenter. *Immanis crudelitas.*

Item menſe *Nouembr.* anno eodem, puta CIↃ CCCCXIX. prope Glatow in uia per dominum *Raczkonem* de *Ryzmbergk* & ſuos, ſacerdos quidam Ioannes dictus *Naakuaſa*, qui populum communionem calicis zelantem, & praeſertim infirmos, per *uillas deambulando*, ſacramento corporis & ſanguinis domini communicabat, eſt captus, & *Teutonicis de Bauaria*, tunc contra *Glatowienſes* praenominato D. Raczkoni in auxilium uenientibus, pro magno datus munere. Cum autem *Ann. 1419. Nouembr. continuatio turbarum.*

tem communionem utriusque speciei communem abiurare nullatenus, *Teutonicis* ipsis eum ad hoc impellentibus, uellet; *probris* uariis & blasphemiis ac contumeliis affectus, ad arborem quandam zonis, per manus ipsius gladiis perforatas pertractis, est alligatus & saepium strue ac straminibus circumpositus ignium flammis consumptus.

Iisdem diebus mensis scil. *Nouembr.* montani ad ciuitatem *Gurimensem* uenientes, scabinorum aliquos & ipsius ciuitatis *seniores*, communionis *calicis* promotores, una cum *plebano* a rege olim *Venceslao* ibidem praenotato: magistro videlicet Ioanne dicto *Chodek* & presbyteris captiuant & uinctos ac curribus impositos ad montes deducunt. Quibus ciuitatem noctis tempore ingredientibus, gens montanorum ipsos diuersis *blasphemiis* & hereticationibus afficiendo, nec non facibus accensis in ipsos proiectis, durae mancipant captiuitati, uinculis ac ferreis catenis astringendo.

An. 1419. Decembr. conuentus coactus a Sigismundo.

Item anno eodem ad festum *natiuitatis Christi* omnes quasi barones *regni Boemiae* & marchionatus *Morauiae*: ciuitates quoque regales & castrorum regiorum *Burgrauii*, caeterique regni officiales de mandato regis Hungariae *Sigismundi* ad ciuitatem *Brunensem* conuenerunt. Rege praefato ibi pro tunc cum multis principibus & papae legatis episcopisque, nec non Sophia, regina Bohemiae ac aliis magnatibus consistente. Quo & Pragenses, regi ipsi & toti quasi christianismo exosi, eo quod promotionem *legis dei* & suam ueritatem, & communionem calicis zelarent, & *de condemnatione* iniusta olim per concilium Constantiense Magistrorum *Ioan. Hus* & *Hieron. de Praga* uirorum felicis & sanctae recordationis

tionis dolendo, ipsam iniquam fore denunciarent: *Ambasiatam* expediunt solennem: Quae, die Ioannis euangelistae ciuitatem *Brunensem* cum *tubicinibus*, rege *Hungarorum* SIGISMVNDO *praefato* ac *magnatibus* multis *spiritualibus* & *saecularibus* spectantibus & admirantibus ueniens, in hospitiis sibi deputatis est hospitata, diuinum officium ac praxin communionis *calicis* ad populum in *hospitiis* duntaxat libere exercendo, per sacerdotes secum de *Praga* assumptos. Interdicto seu a diuinis cessatione per spirituales in ipsa *Brunensi* ciuitate propter *Pragenses* & domini *Czenkonis*, ut praesumitur, praesentiam facta. Die igitur tertio ad regis prouinciam Pragenses ambasiatores uenientes ipsum, flexis ad satis longum tempus coram eo genibus, *Pragensium* salutauerunt ex parte, pro rege ac domino haereditario acceptando. Qui satis dure ipsis exprobrando Pragam cum hoc remisit mandato: quatenus scil. omnes catenas platearum ciuitatis, una cum statuis, euellant & omnes ac singulas munitionum contra Pragense castrum extructiones post mortem regis Bohemiae Venceslai extructas, diruant. In signum, quod se suae subiiciant potestati & dominio. Quodque religiosos ac moniales non molestent per amplius modo quouis, sed ad ipsius usque honeste tractarent aduentum. Inibi autem antetactus rex Hungariae, Sigismundus, omnes & singulos olim regis Bohemiae Wenceslai officiales castrorumque burgrauios, communioni calicis & Pragensibus adhaerentes, officiis deposuit & ueritatum aemulos ac blasphematores ipsorum substituit in loca. Inter quos Ianko de Miliczin alias de Kostelecz dictus *Sadlo* olim regis Venceslai dilectus, ipsius Hungariae regis Sigismundi ad mandatum

de castro Carlssteyn in quo thesauri copiosi per regem olim Bohemiae Venceslaum erant reconditi, ubi & imperiales conseruabantur reliquiae, Wenceslao de Burzenicz dicto Tluksa condescendit, similiter & de aliis castris, quae in potestate sua tenebat, ad ipsius regis manus condescendit.

Ann. 1420. Reduce R. noua pericula Hussitis,

Pragensi ergo ambasiata Pragam anno domini CIↃ CCCC XX. forensi v. ante Epiphaniam D. a rege *Hungariae* de *Bruna* reuertente: mox *cathenae platearum* cum *statuis* una *euelluntur*, & ad praetorium cathenae ipsae deferuntur. Insuper & munitiones *uulgariter* Sruby contra castrum Pragense erectae deponuntur, ueritatis aemulis & signanter *Teutonicis* ridentibus & manibus prae gaudio plaudentibus & dicentibus: *Iam haeretici illi VViglefistae & Hussitae peribunt & finem habebunt.* Quamobrem timor magnus ac pauor ueritati adhaerentes inuasit.

Rcatholicis animos recipientibus.

Canonicis, *plebanis*, ac caeteris *sacerdotibus* & religiosis, nec non & *saecularibus* certis, qui post mortem regis *VVenceslai* propter *Hussitarum* timorem de ciuitate fugierunt, cum gaudio *Pragam* reuertentibus, proclamata namque vocibus praeconicis per ciuitatem facta sunt, Regio & Scabinorum nomine: quatenus omnes & singuli profugi libere redeant nullusque de caetero sacerdotes: & praecipue monachos inclamare audeat dicendo *wsak Mnisse wsak*, mos enim temporibus regis Venceslai talis inualuerat, quod transeunte monacho, mox tam adulti quam pueri clamabant: *wsak mnisse wsak.*

Item feria tertia post Epiphaniam dominicam alias die nona mensis *Ianuarii* in Galli cantu Iohannes *Chodko* plebanus de Gurim cum caeteris praesbyteris Iacobo, Martino, Leonhardo per Mon-

Montanos sunt ad foueam profundam seu Sfachtam Tabor derisorie miserabiliter proiecti. Magistro Ioanne praefato monente, quatenus de tantis crudelitatibus, quas in christi fideles, *communionem calice* zelantes, immaniter exercebant & de aliis peccatis poenitentiam agant dignam. Sin autem, grauem a Deo expectent uindictam. Quam duobus annis elapsis in effectu multo exceperunt, prout clarebit in sequentibus. Eadem etiam nocte multi saecularium propter *calicis communionem* per ipsos montanos sunt interempti & ad *Sfachtas* proiecti.

Item hisce temporibus sacerdotes quidam *Taborienses* nouum Christi *aduentum praedicabant* populo. In quo aduentu omnes mali & ueritatis aemuli perire debeant & exterminari, & boni duntaxat *in quinque* conseruari ciuitatibus. Qua de causa ciuitates quaedam, in quibus libertatem *calicis* communio habebat, nullam cum aduersariis inire uolebant concordiam, & praecipue ciuitas *Plznensis*. Praefati namque sacerdotes Taborienses in districtu Bechinensi & etiam alibi multa erronea & fidei christianae contraria false scripturas prophetarum secundum capita propria interpretando, & sanctorum doctorum summas catholicas contemnendo, praedicationibus suis mirabiliter populum *dementabant*. Hortantes: quatenus omnes & singuli ab ira Dei omnipotentis, quae secundum opinionem eorum in procinctu uniuerso orbi erat uentura, saluari cupientes de ciuitatibus, castris, uillis ac oppidis: sicut Loth de Sodomis, ad quinque ciuitates refugii se transferrent, harum haec sunt nomina *Pilzna:* quae per ipsos ciuitas solis est appellata, *Zatecz*, *Luna*, *Slana* & *Laatowia*. Deus enim omnipotens totum

Nouella de nouo Christi aduentu.

De orbis interitu.

tum mundum, his ſolum *demtis*, qui ad praedictas ciuitates *quinque* confugerent, *uult delere*; pro cuius confirmatione ſententiae, ſcripturas prophetarum, falſe tamen & erronee intellectas, allegabant. Inſuper & literas per Boemiae regnum, materiam praemiſſam ſonantes, ſcribebant. Quorum ſententiis friuolis tanquam ueridicis multi *ſimplicium zelum* habentes ſecundum Apoſtolum: ſed non ſecundum ſcientiam acquieſcentes, *bona* ſua pro leui etiam precio *uendendo*, ad ipſos de diuerſis regni Bohemiae & marchionatus Morauiae diſtrictibus cum *uxoribus* & *pueris* confluebant, & *pecuniam ad pedes ipſorum* ſacerdotum proiiciebant. His ſic, ut praemittitur, currentibus ad ciuitatem Plznenſem, multi communionem zelantes *calicis* & praeſertim D. Brzenko de SSwihow. dominus Walkun de Adlar. Iam quoque *Zizka, familiaris regis* olim Bohemiae *VVenceslai*, cum certa ſua comitiua de Praga conuenerunt & ſe, ipſa ciuitate aemulis ueritatis expulſis, contra *reginam Sophiam baronesque* ac caeteros regales præcluſerunt. *Treugas pacis* cum eisdem nullo modo, tanquam cum Dei & ſuae legis inimicis, inire uolendo. Ad inductionem ergo ſacerdotum & praecipue Venceslai dicti Coranda, qui pro tunc inter ipſos capitalis erat, monaſteria ciuitatis ipſius & eccleſiae curiaeque certae ciuitati adiacentes deſtruuntur & diruuntur. Dominus autem *Bohuslaus* de *SSwambergk* ipſos die quadam inuadere uolens, de campo cum ſuis eſt depulſus, non ſine ſuorum damnis pariter & ruina. *Regina* igitur Bohemiae *Sophia*, & *Barones* ac *regni Officiales* gentem non modicam miſerunt ad *obſidionem Plznenſis* ciuitatis & circumcirca gentibus in certis ſe ponentibus propugnaculis

Communio bonorum.

culis ad inuicem saepius duellabant seipsos mutuo manibus ac pedibus truncando.

Item diebus iisdem rex Hungariae *Sigismundus* literas per regnum scribit *Bohemiae*, in ipsis omnibus *baronibus* & praelertim regni *officialibus* *magistro curiae* uidelicet *Burgrauio* regni supremo: Castrorum *Burgrauiis* regalium: *magistris ciuium: consulibus* & iudicibus ciuitatum. Quatenus *VViglefistas* & *Husfitas* & *calicis practisantes* communionem modis omnibus arceant & persequantur & pro posse usque in finem extermineni. His sic currentibus, sacerdos quidam *Taboriensis* dictus *VVanczek cum Hromadka* quodam *Campanatore* primi concursuum ad montes inuentores & ordinatores assumtis Iohanne de Bydlin & Ioanne dicto Smolin & certa fratrum Taboriensium ac *rusticorum* multitudine diebus aliquot & noctibus in *filuis* tempore *Carnispriuii* pro acquirenda ciuitate Vstiae, latitant. Quam, adiutorio fautorum suorum intraneorum fratrum, in capite ieiunii, quae erat dies XXI. mensis *Februarii* ante diem acquirunt, hominibus *inebriatis* propter choreas & alia solatia, tempori ipsi consueta, soporatis, & quoque secure dormientibus. Moxque ueritatis aemulos tam spirituales, quam saeculares captiuant. Quibusdam ex eis per muros fugientibus, quosdam uero de ciuitate expellunt, se de eorum bonis intromittendo. Ad quam ciuitatem de die in diem fautores communionis calicis de uicinatu alii confluebant. Item dierum non multorum facto interuallo, fratres praefati *Taborienses* castrum *Hradisst* dominorum de *Vstia*, ubi quondam ciuitas firma sita erat, cuius muri adhuc supererant, circumuallant, quod infra breue tempus acquirendo, se de eo intro-

An. 1421.
SIGISMVNDI *R. edictum de Hussitis delendis.*

Carneual.

Inde noui motus.

intromittunt ipſumque D. *Procopio de Kamenicz* dominorum praedictorum conſanguineo ad manus tradunt ſeque poſt certum tempus ciuitate *Vſtiae* ignis conſumta uoragine, cum uxoribus ſuis & pueris ad ipſum montem transferunt, ipſum de die in diem firmando, & caſas ad habitandum extruendo, quem montem Tabor vocitant, multa damna in vicinatu ſibi adhaerere nolentibus de die in diem inferendo.

Ann. 1421. d. 15. Mart. Legatus papae crudelis.

Item anno eodem die xv. menſis *Martii* in ciuitate *Wratislauienſi* rege Hungariae *Sigismundo* ibidem protunc exiſtente: ex conſenſu eius Iohannes de *Praga* dictus *Kraſa* magnus ueritatis Zelator per *legatum papae* Fernandum *epiſcopos caeteros* doctoresque ac magiſtros caeterosque praelatos ac religioſos ad mortem acerbiſſimam eſt condemnatus impie, iniuſte & inique, eo quod noluit tenere, credere, affirmare, aſtuere & approbare articulos infra ſcriptos.

aduerſus negantem formulae *capita plura pro iuſtitia* C Conſtanienſis.

Primo quod concilium Conſtantienſe fuit *legitime in Spir. S. congregatum*. *Item* quod quidcunque praefatum concilium ſtatuit, decreuit & diffiniuit, quod hoc *eſt iuſtum*, ſanctum & ſub poena mortalis peccati ab omnibus Chriſti fidelibus tenendum; & quodcunque reprobauit & condemnauit, quod hoc iuſte, ſancte & bene fecit. Item quod praenominatum Conſtantienſe concilium *M. Ioannem* & *Hieronymum de Praga* morte atrociſſima damnando *iuſte fecit & ſancte*. Item quod communionem *utriusque ſpeciei* ad populum condemnando catholice egit & ſancte. Qui tamen *articuli falſi* ſunt, mendoſi, erronei, haeretici & blaſphemi, legi Dei & ueritati Euangelicae contrarii, hos *articulos* quod praefatus *Ioannes Kraſa* approbare noluit: ab iniquis & impiis ſcribis & pha-

& pharifaeis epifcopis fcilicet & doctoribus, magiftris ac religiofis *morte turpiffima condemnatur*, *per tortores quoque ac lictores*, *equis per ciuitatem tractus*, *blasphemiis ac probris diuerfis afficitur & ignis confumitur uoragine.* Qui quamuis diuerfis fuerit admonitionibus exhortatus, quatenus ueritate legis dei relicta, impius acquiefcat in malitia: ftabilis ac conftans in fide recta permanfit ac in fancto perftitit propofito, tanquam miles ftrenuus ac athleta domini fortiffimus. *Orans namque pro fuis inimicis*, omnes eorum blasphemas haereticationes, probra ac derifiones, nec non etiam poenas fuftinuit duriffimas. Magiftri fui & *paftoris domini Iefu Chrifti* exemplo, pro ueritate euangelica tanquam ouis ductus ad uictimam. Tandemque fpiritu exhalato ad Dominum in fpe bona migrare meruit, ac *palmam martyrii* adipifci. Quod & nobis praeftare dignetur Dominus & unus benedictus in fecula Amen. *Combuftus.*

Item dominica laetare die fcil. 17. *(16.) Martii*, de mandato *legati papae* in Wratislauia pro tunc cum *Sigismundo* Romanorum ac Hungariae rege exiftente, *cruciata papalis* contra Bohemos, praecipue calicis zelantes communionem, uelut contra haereticos & ecclefiae Romanae rebelles, per ecclefias in *fermonibus* eft proclamata. *Ann. 1421. d. 17. Martii Cruciata militia papalis.*

Infra idem tempus regales modis uariis ac aftutiis cum *Taboritis* his, qui fe in *Plzna* concluferant, perfonas per diuerfas de *concordia* tractant, qui nullam concordiam cum ipfis tanquam cum *infidelibus* ac haereticis ueritatisque aduerfariis, inire uolebant. Confilio tamen quorundam *Pragenfium* ex parte ad ipfos mifforum acquiefcentes, cum ipfis regalibus *concordiam* tandem fub *Pacis cum Huffitis capita fuprema 1421.*

ſub his inierunt circumſtantiis, *primum* quod in ipſa ciuitate *communio calicis* libertatem habeat. Item quod ipſi libertatem plenam, cum *pueris* & *uxoribus* ſuis ſe in Hradiſſt transferendi, habeant. Ad quod *regales* ſe certis aſtrinxere ſub poenis, ſed doloſe. Magiſtro namque monetae de montibus, dicto Mikauſſek diwoky, domino Petro de Sternbergh Magiſtroque ſancti *Ioannis Hieroſolimitani* ordinis de Strakonicz & caeteris regalibus cum magna equeſtrium multitudine in diſtrictu Piſcenſi congregatis intimant occulte, quatenus, dum Plznenſes *Taboritae* de *Plzna* exiuerint, ipſos in itinere *manu armata* hoſtiliter inuadant & proſternant. Quod & factum eſt. In die enim annunciationis *S. Mariae*, quae erat dies *XXV. menſis Martii* domino Brzenkone de Sswihow, Walkun de Adlar & Ioanne Zizka cum aliis fratribus *communioni calicis* adhaerentibus ſacerdotibusque ipſorum & praecipue Coranda & Marcoldo, qui ſe in ciuitate *Plznenſi* contra regales praecluſerant, ut ſuperius tactum eſt: de Plzna uerſus Hradiſſt tendentibus: & de ciuitate Plznenſi ſub conditionibus praetactis *Wenceslao* de Leſſtna, regis Bohemiae *ſubcamerario*, condeſcendentibus, *Regales* ipſos prope Sudomerz iuxta piſcinam quandam manu potenti hoſtiliter inuadunt. Conflictu ergo inito & *Taboritis* ſe curribus circundantibus, multi parte ab utraque corruunt, multi quoque uulnerati ſunt. Inter quos dominus Brzonko, in acie conſtitutus, occiditur. Certamine tandem belli durante *horis aliquot* circa ſolis occaſum, regales de campis recedunt, fratribus XXX. aliquot captiuatis. Quos magiſter monetae ad montes uinctos deducit, fratres uero in Hradiſſt, uulneratis quibusdam in uillis derelictis, per-

Sed regales frangunt fidem.

An. 1421. die 25. Martii.

peruenıunt, fratribus ipsius montis ipsos grate excipientibus.

Item hisce diebus sacerdotes Pragenses & praecipue *Iohannes*, praedicator monasterii sanctae *Mariae* in harena nouae ciuitatis Pragensis olim monachus de Zelew, qui pro tunc *Apocalypsim beati Ioannis* praedicabat, populum ad se Regi Hungariae, calicis impugnanti communionem, opponendum, in suis animabat concionibus. Ipsumque Regem *Draconem rufum* fore, de quo in *Apocalypsi*, praesignabat. Et merito; ipse namque Draconem aureum suis dilectoribus, in signum societatis defferendum in pectore, concedebat. Ipsum ergo Regem praefatus sacerdos in suis ad populum sermonibus acriter impugnabat, cum magna populi affluebat multitudo, ipsius praedicationem auidissime acceptando, propter eius eloquentiam, quamuis non multa polleret scientiae doctrina. Ex ipsius & aliorum praedicatorum praedicatione, pro ueritate communionis calicis, multi fideles res pariter & corpora exponere cupiebant.

Ex apocalypsi dicteria in Regem.

Item hisdem diebus post *Cruciatae papalis* in *Wratislauia*, ut praefertur, contra Bohemos, communionem utriusque zelantes *speciei*, publicationem, omnes Pragenses communionis calicis inimici & magistrorum sanctae memoriae *Ioannis* HVS & *Hieronymi* aemuli, tam spirituales quam saeculares, gaudentes dicebant: *Iam isti pessimi haeretici comburentur, aut omnes cum mulieribus & paruulis gladio peribunt regis Hungariae.* Cito igitur fugiamus ab ipsis in loca tutissima, ne misere cum illis pereamus. Timentes igitur, corpora cum rebus perdere; ad castrum Pragense & *Wyssegradum* & munitiones tutiores circumadia-

Nouus rumor delendarum Hussitarum.

centes,seniorum ciuitatis cum consensu,cum *uxoribus*, *pueris*, *thesauris* & rebus potioribus se transtulerunt potioresque & ditiores ciuitatis antiquae incolae seu hospites quasi DCC. & nouae totidem & praesertim *Teutonici*, baronibusque regni, castrum Pragense & Wyssegradense ad manus regis Hungariae tenentibus, iuramentum fidelitatis fecerunt, ut post festum Georgii, *Treugis pacis expiratis*, iuuent eos Pragensem propriam expugnare ciuitatem & tandem cum gladio ad propria redeant habitacula, fautoribus communionis utriusque speciei interemptis ac extirpatis. Sed deus omnipotens,qui nunquam in se sperantes & legem suam sanctissimam sincere zelantes derelinquit, miro modo cytharam gaudii eorum conuertit in luctum, ut inferius patebit.

Ann. 1421. die 3. April. nouum foedus sacrum. Item feria ante pascha, alias die tertia *mensis Aprilis*,Pragenses communionem uniusque *speciei zelantes*, comperto quod *rex Hungariae* nihil boni de eis & aliis ueritatis fautoribus cogitat, ad instigationem quorundam spiritualium & praesertim Iohannis, praedicatoris *monasterii* nouae ciuitatis in harena, ad praetorium antiquae ciuitatis, cum sacerdotibus & magistris, calicis promouentibus communionem,congregati, se astringunt contra quemlibet,ipsam impugnare uolentem,defendere & tueri rebus & corporibus, usque ad ultimum posse, proscriptionibus certis desuper factis. *Iuramentum* quoque *fidelitatis*,ad standum fideliter pro ueritate defensa a Scabinis, qui adhuc supererant,recipiunt. Quatuor quoque capitaneos in ueteri & quatuor in noua constituunt ciuitatibus, quibus claues praetorii & ualuarum mox assignant & autoritatem omnimodam,omnia & singula ad promotionem & defensam

fenſam ueritatum ſpectantia prouidendi, ordinandi & agendi, committunt, plenarie ipſis obedientiam promittendo. Quibus XL. capitaneos inferiores de antiqua ciuitate adiungunt & totidem de noua, ſuper quibus omnibus proſcriptione facta & inſtrumento publico confecto, ad propria redeunt.

Deſunt hic aliquae ſchedae in codice MSCTO.

deponi mandauit & omnibus ſuis de caetero communicare ſub utraque ſpecie ſtricte prohibuit, indirectae mentis aperiens inconſtantiam, quam pedum ipſius claudicitas demonſtrabat. Quapropter ultio diuina minime defuit. Nam *Nicolaus de* HVS, unus ex quatuor *Taboritarum capitaneis*, percipiens fratrum & ſororum in monte Hradiſt grauamen, cum caeteris in Praga *Taborienſibus* ſtatim XXV. die Iunii nocturno tempore de Praga exiuit, acceptis ſecum *trecentis* quinquaginta fere *equitibus*, in fratrum ſuorum & ſororum auxilium. Et cum die XXX. Iunii, dominico ſcil. S. Petri, monti Hradiſt cum gente admodum paucula indieſcente fratribus montis conſciis appropinquaret: mox fratres *Taborienſes* cum clamore ualido de monte deſcendentes, in hoſtes ſuos cum *Nicolao* praefato de *Hus* irruunt impetuoſe, qui, domino deo ipſis timorem incutiente, territi; poſt modicam reſiſtentiam terga uertendo fugierunt, multis rebus derelictis, non obſtante, quod ultra quam XX. ipſorum ſuper uno forent ex *Taborienſibus*, quos *Taborienſes* inſequentes multos ex eis proſternunt, alios uulnerant, caeteros autem captiuant, *ſicque gratias domino deo de uictoria, contra inimicos conceſſa*, agentes & praedam magnam in *auro & argento*,

die 25. Iun. 1420.

Victoria Huſſitarum inſignis.

to, pecunia, scyphis & armis ac cingulis argenteis, uestibus pretiosis, bombardis, tentoriis, potagiisque ac uictualibus non modicis tollentes, montem Hradist cum ingenti gaudio ascendunt, unicuique, prout opus erat, de spoliis impartiendo. *Machinam* etiam unam, ab inimicis derelictam, altera destructa, sursum tulerunt. Dominus ergo de Rosis multum deiectus & de *Taboritis* se uindicare uolens, omnes sacerdotes, populum sub utraque specie in bonis suis communicantes, captiuari iubet & turribus castrorum suorum puta *Przybenicz, Chusnik, Helfmburgk, Krumlow, Rozmbergk* & noui castri, *detrudi*, ad abiurandum VTRIVSQVE SPECIEI communionem, eosdem compellere satagens Quod tamen, deo ipsos in constantia ipsius ueritatis conseruante minime est consecutus, licet temporis successu duos ex eis in castro *Helfmburgk* mortificauit, reliquis pane tribulationis & aqua angustiae ad *medium* fere *annum*, uelut *tyrannicus* ueritatis agnitae peremtor, saturando. Cui nec hoc ad explendam suam tyrannidem sufficiebat, sed mala malis cumulando, in bonis suis communionem *calicis* sanctissimi ad *populum suspendit*, propter quod, ut patebit inferius, multa damna in bonis suis excepit, per TABORITARVM gentem, bona sua multipliciter & uarie deuastantem & inuadentem.

Hostes parant se ad uindictam.

Item eodem tempore uenerabilis dominus *Asso de* WRZ SSLIOW, ueritatis & legis Christi non modicus *zelator* & *Benessius de* MOKROWICZ ac *Siniczko* de *Chwalkownicz*, communionis VTRIVSQVE SPECIEI & aliarum ueritatum fautores, perpendentes: in ciuitate *Srenensi* & suo confinio, per *monachos* & sacerdotes *legi dei* aduersantes, fautoribus ueritatis sexus utriusque inferri oppressi-

HVSSITAE *expugnant* CIVITATEM.

pressiones grauissimas ac fideles ad ueritatis abiurationem impelli crudeliter; condolentes etiam cordialiter *uirginum* ac *mulierum uiolationibus* turpibus, quae eisdem per ueritatis aemulos tam regnicolas quam exteros uiolenter inferebantur, nutu DEI, ut speratur, in montem TZVNIETICZ supra *Pardusicz altum* ac firmum, *rusticorum* ac *carbonistarum* multitudinem non modicam, ad obuiandum malis praemissis & ueritatem communionis utriusque speciei libertandum, de *uicinatu* congregauit. Ad quos AMBROSIVS, presbyter de SRECZ, ante ea per *reginam Sophiam* ac suos *officiales* exclusus, pro tunc in Praga consistens, se expediuit, periculis uiarum non obstantibus, ibidemque *praedicans* & populum sacro Christi corpore & sanguine sub DVPLICI SPECIE communicans, moestorum ac lacrymantium mentes in *gaudium* uertit ac laetitiam. Tandem uero feria III post *Ioannis Baptistae*, praeparari scalas iubet, fingendo, se, cum praefatis domino *Alssone*, *Benessio*, *Giniczkone* & gente ibidem congregata, ad iuuandum *Podlazicz* progredi. Dum ergo uespere appropinquante, iter uersus *Podlazicz* arriperent: exploratores *Grenensium* haec ad ciuitatem deferunt. Securi ergo ex hoc effecti, non ita diligenter *ciuitatem* nocte ipsa custodiebant. Sicque noctis tempore dominus *Ambrosius* cum *gente* praefata, iter uersus *Hradecz* dirigit & circa diescentem ciuitati appropinquantes, cum scalis se ad muros applicant & paucis admodum resistentibus & caeteris perplexis, muros ciuitatis obtinent in breui, demum uero quibusdam extraneis ad *castrum*, reliquis uero super *turres* portarum confugientibus: clara enim die, quae erat XXVI. Iunii, ciuitatis fiunt possessores, amicis ac ueritatis fautoribus

eaque destituunt pontificios suisdemum quae domos & bona adsignant.

ribus in magnam exultationem & gaudium. Captiuatis ergo aliquibus ueritatis *aduerfariis* & his, qui ad caftrum & *turres* confugerant, fe fubdentibus, ipfos de ciuitate educunt, ciuitatemque amicis & legis dei fautoribus *muniendo*, pro capitaneis dominum *Alffonem* praefatum, *Beneffium* & *Giniczkonem* eligunt. *Bona* quoque *aduerfariorum*, eductorum de ciuitate, inter *fe diuidunt*, *domos* eorum his, qui probati iam in tenendo *legem Chrifti* fuerant, *diftribuendo*, *ciuitatem* nocte dieque diligenter cuftodientes. Quo audito, *rex* turbatur ualde & omnes fibi adhaerentes.

Frementibus regis. Celeriter ergo *barones regni* cum gente elegantiffima *Bohemorum* & *Morauorum*, ultra quam *decem millium*, ex mandato regis, fe, ad circumuallandum *Hradecz*, expediunt feque diftantia fere medii miliaris a ciuitate in campis deponunt, propius accedere propter periculum non audendo & fingentes literas, quod ciuitas Pragenfis *treugas pacis* cum rege ad certum tempus iniffet, hortabantur, quatenus *Hradecenfis* idem faciant, ut fic decepti *Grenenfes*, *treugas pacis* tamdiu, donec a Pragenfibus refponfum non haberent, firmarent cum regalibus. Cognita autem infidelitate eorum, praefatis fubdolis *treugis pacis* renunciantes, eo diligentius ac uigilantius ciuitatem cuftodiebant & uictualibus muniebant.

An. 1421. die 30. Iun. SIGISMVNDVS R *exercitum ingentem 150 mil. militum educit.*

Item XXV. IVNII quae erat dies dominica proxima poft Petri apoftoli. *Rex Hungariae Sigismundus* cum exercitu ualido, tam Bohemorum quam exterorum multorum uariarumque nationum caftro *Pragenfi* appropinquauit. Infra *Miffarum* ergo folennia, ipfe cum aliquibus potioribus in *caftrum Pragenfe* a clero *proceffionaliter*, pulfatis magnis campanis, cum hymnis & canticis

ticis solenniter excipitur. Exercitu ipsius *tentoria* seu tabernacula in planicie camporum, inter Bruskam & Owenecz ac hortum ferarum sitorum, extendente, ad expugnandam *Pragam*, uelut *haereticam* ciuitatem, propter CALICIS SACRI COMMVNIONEM & *aliam euangelicam ueritatem.* Ad hunc itaque camporum locum gentes multae & uariae propter CRVCIATAM, propere contra BOHEMOS, praesertim communionem *calicis* zelantes, inique erectam, de die in diem confluebant, de *diuersis mundi regnis, ducatibus, prouinciis, districtibus*, pro expugnanda inclyta & magnifica CIVITATE PRAGENSI ac sic *calicis* communione annullanda ac cassanda, per hoc indulgentias a poena & culpa obtinere se sperantes, quod spirituales ipsis, licet false, promittebant, ad destruendum fideles Bohemos utriusque sexus multipliciter animando In hoc ergo exercitu, cuius multitudo ultra quam ad CENTVM QVINQVAGINTA MILLIA armatorum se extendebat, erant *archiepiscopi, episcopi, patriarcha Aquilegiensis, doctores diuersi*, caeterique praelati spirituales, *duces & principes saeculares*, numero fere XL. *marchiones, comites, barones* & *nobiles* multi, *milites, clientes, ciues* diuersarum ciuitatum & *rustici*, totam *planitiem camporum* praemissorum occupando & tentoria seu tabernacula sumptuosa, in similitudinem trium magnarum ciuitatum, ordinando. Ibi diuersarum nationum fuere tribus & linguae, *Bohemi* & *Moraui*, *Hungari* & *Croati*, *Dalmati* & *Bulgari*, *Walachi* & *Siculi*, *Cuni*, *Iasi*, *Ruteni*, *Rasi*, *Slaui*, *Pruteni*, *Sueui*, *Turingi*, *Styrii*, *Misnenses*, *Bauari*, *Australes*, *Franci*, *Francones*, *Angli*, *Brabanti*, *Vestphali*, *Holandi*, *Heluetii*, *Lusatii*, *Silesii*, *Carinthii*, *Arragonii*, *Hispani*, *Poloni*, *Teutonici* de

ad expugnandam Pragam.

de *Rheno* & alii quam plurimi. Hi ergo quotidie in *uertice montis* supra flumen, ex opposito *monasterii sanctae crucis* & ecclesiae *S. Valentini* stantes, contra ciuitatem, *ha! ha! hus! hus! kacer! kacer!* uelut canes ululabant. Et si quis casu in manus eorum *Bohemus* incidebat, eundem sine mora, nisi cito liberaretur per Barones in campis iacentes, absque omni misericordia *comburebant*, uelut haereticum, etiam si nunquam sub *utraque* communicasset specie. Saepius quoque habebant cum Pragensibus praeludia bellica in harena sub *Brusca* & in horto *archiepiscopali* & perdendo damna magna in rebus pariter & corporibus percipiebant. Multotiens enim quinque aut X. ex Pragensibus, solum zopulis induti magnam multitudinem armatorum fugabant, trituris bene feratis, optimis armis armatos inuadentes & usque ad mortem saepe prosternendo, denique nec obstacula *molendinorum* ex opposito sanctae *crucis* rumpere, nec molendinum comburere, licet saepius attentassent, poterant, sed semper aut percussi aut nihil efficientes, confusi recesserunt.

Qui admodum crudelis.

Sed HVSSITAE *eundem prosternunt.*

* Item cum *rex Hungariae*, SIGISMVNDVS, sic potenter, ut praefertur, campos cum intraneis & extraneis contra praesentem teneret ciuitatem & intenderet prope *patibulum* montem dictum *Witkowa hora*, suis munire gentibus, ut uelut tertio castro Pragam sic stringeret, quod nullus ciuitati PRAGENSI liber pateret uictualium accessus, hoc praesciens TABORITARVM *capitaneus*, ZIZKA, absque dilatione mox in supra dicto monte duo, in modum stubarum, disposuit fieri lignea propugnacula, quae paruulo *fossalo* circumfodi mandauit & muro ex humo & lapidibus circumdari, per quod

quod quidem propugnaculum, ſic exiliter ſtructum, *dominus omnipotens* miraculoſe ſalutem *Pragenſi* contulit ciuitati, ita quod in eodem loco hoſtes *proſtrati* amplius ciuitatem ſic hoſtiliter inuadere non attentarunt, ut patebit inferius.

Item Sabbato poſt Procopii ſcil. ſexta *die Iulii*, duce AVSTRIAE, cum exercitu ualido uerſus *Pragam* per *Miliczin* equitante, ſexaginta forte equeſtres, declinantes in *Arnoſſtowicz*, dominum *Venceslaum* eiusdem uillae *plebanum*, hominem deo & hominibus charum, una cum ſuo uicario, propter communionem *utriusque ſpeciei* ad traditionem quorundam ſacerdotum *Bohemorum*, captiuant & ambos uni equo imponentes, usque ad exercitum ducis in uillam *Byſtzicz* deportauerunt & de equo deponentes, duci uelut haereticos pertinaces praeſentarunt & a duce ad *epiſcopum* & uice uerſa, uelut a *Caypha* ad *Pilatum*, quaſi tota nocte perduxerunt, angariantes & minas, ut praefatam ſpeciei communionem abiurent & poeniteant, aut igne comburentur, inprimebant. Quibus D. *Venceslaus* humiliter reſpondens ait: *Euangelium eſt & practica eccleſiae primitiuae & hoc in ueſtro ſcriptum miſſali, delete hanc ſcripturam, & deuorate hoc euangelium.* Et quidam ex militibus aſtans, chyroteca ferrea manu indutus, in praedicti *D Venceslai maxillam* non uerebatur percutere, ita ut ſanguis de naribus ſtatim uehementer prorumperet. Et ſic eo eadem nocte multipliciter cum ſibi iunctis fatigatis, ſomnum capiunt & facto mane, ſcil. dominico die, ipſum *D. Venceslaum* cum ſuo uicario & tribus antiquis *ruſticis* ac quatuor paruulis, in ueritate conſtantibus, uno de ſeptem; alio de octo; extremo uero de XI. annis, ſtrui lignorum ſupra *piſcinam* in

Die VI. Iul. captiuum paſtor comburitur cum multis paruulis in eius ſinu.

praedicta uilla simul imponunt quasi sedentes, quos hortati sunt circumstantes, ut, si uiuere uelint, quod adhuc *abiurent*; ad quae uerba dominus *Venceslaus*, uelut *fidelis* pastor ouium, ait: *absit a nobis, quod suadetis, sed non unam, imo centum potius mortes*, si possibile esset, subire uolumus: quam tam clarissimam euangelii *doctrinam abnegare* & statim tortores, submisso *igne*, *struem lignorum* incendunt & *paruuli*, uelut *tyrones* nouelli, in *sinu domini Venceslai sedentes* & per eum amplexati, hymnum *deo* decantantes, subito expirant, alii tardius, sic quod VLTIMVS dominus VENCESLAVS spiritum deo tradidit, *martyrio*, ut pie creditur, cum sibi iunctis, *coronatus*. Nos ergo miseri quid facimus? Insurgunt *indocti, rustici & paruuli* & capiunt *coelum* per martyrii coronam. Nos uero *in deliciis* uiuentes, inferno quotidie appropinquamus. A quo dignetur nos eripere, qui uiuit & regnat *deus* in saecula benedictus Amen.

Aliud* HVSSITAE *combusti exemplum.

Item eodem tempore *Woynech*, plebanus in *Chelczicz*, quae prope *Wodnian* est *Villa sita*, hic cum timeret deum, nullis praeter communionem *calicis* exorbitationibus consentiens, *combustiones & homicidia* horrens Taboriensium, a Hrzkone Cliente de Turow eiusdem confinii propter solam calicis communionem *capitur* & in *Budweis* ciuitatem cum quodam altero presbytero deducitur & ciuitati, uelut haeretici, praesentantur & in *turrim* statim immittuntur &, completis fere tribus septimanis, cum *abiurare* nollent, foris ciuitatem *comburuntur*. *Gloria tibi domine, qui timentibus te praebes usque in finem in ueritate persistere, nulla poenarum genera horrendi.*

Item XIII. die *Iulii* scil. in die *Margarethae*, uenie-

ueniens de exercitu cumulus armatorum in campum *hospitalium*, ciuitatem *Pragensem* tentantes, ut probarent, quatenus haberent se *Pragenses* ad defensam. Et cum ciuitati appropinquarent, occurrit eisdem *populus* ad *pulsum campanae praetorii Pragensium*, qui, nullo seruato ordine, nec seipsos expectantes, contra capitaneorum uoluntatem, quamuis pauciores, multitudinem *equestrium* hostiliter inuadunt. Et cum simul conflictum inirent, *Pragenses* uidentes inimicorum fortitudinem, fugerunt quibusdam interfectis & plurimis uulneratis. Et cum de ciuitate multitudo occurrisset, tunc *hostes* inceperunt fugere & per *Muldauiam* redeunt, unde uenerant, de quorum numero *quatuor rustici* unum *militem* occiderunt & cum pro armis certarent, accurrentes quidam festine de ipsorum societate, hos quatuor statim in eodem loco letaliter uulnerantes, recesserunt. *Die XIII. Iulii tentatur Praga iterum.*

In *crastino* scil. die *dominico* post Margarethae proximo, hora quarta uesperarum, paratus fuit omnis *regis exercitus*, ut quidam ex eis in pluribus milibus, *Lisneum* propugnaculum in *monte* iuxta *patibulum*, per *Zizkam* capitaneum erectum, expugnaturi inuaderent. Quo habito caeterae turmae; secundum capitaneorum dispositionem, in *Pragensem* in tribus locis irruerunt ciuitatem: de castro scil. *Pragensi* Bohemi in domum ducis *Saxoniae* cum XVI. millibus: de *Wyssegrado* in nouam: de campo autem hospitalensi in antiquam *applicarent ciuitates*. Haec cum sic disponerentur, procedunt multa equitum millia in campum hospitalensem, rege ex altera parte *Muldauiae* fluminis in campo, cum tribus magnis turmis, expectante, ut finem rei cerneret. *Misnenses* *PRAGA iterum tentata; sed liberata ab Hussitis 1421.*

ſis uero cum ſuis & ſibi 7. ut 8. millibus iunctis equeſtribus, *montem* aſcendunt cum impetu & tubicines praetactum ligneum inuadunt propugnaculum, foſſatum & *turrim* uineae obtinentes & cum *murum* ex terra & lapidibus factum uellent aſcendere, duae mulieres cum una uirgine & XXVI. forte uiris, qui pro tunc in propugnaculo remanſerant, uiriliter cum lapidibus & cuſpidibus reſiſtentes,ſe defendebant, telis nempe & pixidum puluere carentes. Vna itaque ex praetactis *mulieribus*, licet inermis, uirorum uincebat animum, nolens a loco ſuo pedem retrahere, *antichriſto*, inquit, *non licet, fideli Chriſtiano pedem retrahere*, aut cedere & animoſe pugnans, interfecta, ſpiritum exhalauit. ZIZKA quoque ueniens & ipſe proſtratus fuiſſet, niſi ſui cum trituris eum de hoſtium manibus eruiſſent. Et cum iam tota fere ciuitas *de perditione* ſua formidaret, *orationes* & *lacrymas* cum *paruulis* fundens, ſolum auxilium de coelo praeſtolabatur. Aduenit interim *presbyter* cum corporis Chriſti ſacramento & poſt eum 50. forte *ſagittarii* & caeteri *ruſtici* inermes cum trituris & ſtatim inimici, viſo *ſacramento* & audito *campanulae* ſono magnoque populi clamore, uehementi timore proſtrati, terga uertunt, citius *fugientes*, alter alterum cupiens in curſu praeuenire. Quo impetu ſe continere non ualentes, multi de *rupe* alta decidentes, colla confringunt, plurimis per inſequentes coeſis, ſic quod ſpatio unius horae trecenti fuere interempti, aliis letaliter uulneratis & abductis. Quo facto rex cum omni exercitu ad tentoria rediit, ira, taedio, planctu & dolore repletus. *Pragenſes* uero, *flexis* in campo hoſpitalenſi *genibus*, *grates Deo perſoluunt*, *te deum*

um laudamus &c. altis uocibus perſonantes, quia non robore eorum, ſed miraculoſe eis de hoſtibus in paucis dedit uictoriam. Et cum *hymnis* & *canticis* tripudiantes, ciuitatem ſunt ingreſſi & uerſa eſt *cythara* luctus mulierum, uirginum, ac paruulorum, quos omnes inimici proponebant ſine miſericordia uelut pertinaces haereticos & haereticorum pueros ferociter trucidare, in *gaudium exultationis & laetitiae, laudantes dei miſericordiam*, qui eos de manibus crudelium hoſtium potentiſſime liberauit, paruuli uero in craſtino & deinceps in omnibus plateis nouum carmen a presbytero Czapkone uulgariter decantatum diſcurrebant cantando: Djtky Bóhu ſpiwégme, gému Czeſt, Chwáku wzdégme, y s Starými, Neb Némcze, Miſſnáry, Vhry, ſſwaby, Rakuſſany, pobiehle Czechy, zarmutil, zaſtraſſil, y rozehnal, od diwk malých, onoho ſem, onoho tám, k Utéſſenj ſwých mjlých ſtálých, mjly otcze přigmi Chwáku od Czechu wěrných.

Item feria *II.* poſt caeleſtem ab hoſtibus uictoriam, *Coranda*, properae & inſanae mentis *presbyter*, coaſſumtis *ſororibus* de Plzna, praeſumtuoſe eccleſiam S. *Michaelis* antiquae ciuitatis, equeſter & cum *mulieribus Taborienſium*, intrauit, nec ueritus ſacramentum *corporis* Chriſti, quod in altari fuit expoſitum, mandauit omnes ſedes, tam presbyterorum, quam communis populi, confringere, aſſerens ualere pro tuteia & munitione noui propugnaculi in monte *Witkonis* erecti; ſed finis facti docuit, quod non pro muniendo caſtello; ſed pro ſua mala & peruerſa uoluntate complenda & liuore odii, quod ad praetactam eccleſiam miniſtros eius in pectore geſtabat, opus illud plenum ſcandalo perfecit, quia pauci ualde aſſeres in *montem* ſunt delati, ſed omnes

Noua inuaſio.

mnes

mnes quatuorad sanctum *Ambrosium* per sorores *Taboriensium* sunt exusti.

Instaurantur PRAGAE *propugnacula.*

Item facto supradicto *miraculoso* de hostium *triumpho*, statim in crastino ZIZKA, conuocata de *Praga mulierum*, *uirginum laicorumque multitudine*, propugnaculum saepius nominatum pluribus *fossatis* amplioribus & profundioribus ac muris & pluribus lignorum propugnaculis, fortissime muniuit, ut res uisu cernitur. Hunc itaque montem & locũ *Zizka* alii a nomine fundatoris;alii *Bogisslic*: propter ibidem *Teutonicorum stragem* factam; sed tertii uerius *montem* calicis seu calicem appellarunt, eo, quod ibi prostrati sint inimici calicis ab his, qui auxilio diuino fulti, pro calice pugnabant, qui calicem rubeum aut album pro suorum notitia in suis uestibus & armis ac uexillo deferebant.

Noua crudelitatis in Hussitas *specimina.*

Item TEVTONICI & aduenae, uidentes, se sic turpiter a *rusticana gente* prostratos, imponunt crimen *Bohemis*, qui ipsis adhaerebant, dicentes se fore ab eisdem confusiue traditos: & nisi *rex* se interposuisset, eodem die soli se prostrauissent & in uindictam suorum interfectorum statim in crastino *exurunt* circumquaque uillas & castella. *Mulieres* cum *paruulis*, quos rapere poterant, inhumane ad instar gentilium in *ignem* proiiciunt, sibi in perpetuam, nisi poenitentiam egerint, *gehennam* & exustis in magnum gaudium & *praemium sempiternum*.

HVSSITARVM *apologia in quatuor* articulis *&* linguis.

Item post praedictam TEVTONICORVM factam inopinatam stragem, quieuit *Praga* ciuitas a frequenti hostium impulsu & non iam *hus hus*, *katzer*, *Teutonici* proclamabant, sed pacifice quotidie reuoluebant, quomodo, terram *Bohemiae* exeundo, ad propria remearent. Quod *barones regni*

gni de parte *regis* perpendentes, plures cum *Pragensibus* ex alia parte pontis habuere tractatus, optantes, ut ciuitas treugas pacis cum rege suscipiat, ne tota terra annulletur, posset cum honore euadere. Ad quae ciuitatis tractatores aiunt se non posse sine consensu aliarum ciuitatum, cum quibus sunt *ligati*, aliquam inire *concordiam*. sed supplicant, quatenus propter ipsorum & totius regni honorem, apud *regem* publicam *magistris* & *presbyteris* obtineant audientiam, ut quatuor linguis, *Bohemica*, *Teutonica*, *Hungarica* & *Latina*, ualeant aperte ueritates *quatuor articulorum*, pro quibus se *Pragenses* cum sibi adhaerentibus, *regi* opponunt, lucide & aperte *scripturis* toti *exercitui* declarare, innocentiam suam ostendere, ac totius *regni* grauem ac sinistram *infamiam* de cordibus tollere. Et, si opus fuerit, *doctoribus regis* ad cuncta eorum obiecta respondere. Quam quidem, ut praefertur, licet a *legato* & *baronibus literis & sigillis* promissam, poterat ciuitas obtinere. Sed *barones*, quaerentes *subterfugia*, dixerunt, non esse consonum, *duces* pro *magistris* castrum ascendentibus obsides in ciuitate proponere, sed sufficiat ciuitati pro eisdem *barones* & *milites* suscipere. Et cum ad haec communitas Pragensis consensum praebuisset, amplius nullum de *audientia* praefati barones fecerunt tractatum. Quapropter magistri Pragenses, conscriptis *quatuor articulis*, cum eorum probationibus in *Latino*, *Bohemico* & *Teutonico*, ad exercitum direxerunt sub hac forma:

Nos *magistri* ciuium, *consules* & *scabini*: totaque communitas ciuitatis *Pragensis* capitalis regni Bohemiae nostro & aliorum fidelium huius regni nomini instituimus. *Notum sit omnibus Christi fidelibus: quod fideles in regno Bohemiae instant &* *Verba instrumenti* PRAGENSIUM 1421.

do-

domino iuuante, instare proponunt, siue per mortem, siue per uitam, quantum est eis possibile, pro articulis infra scriptis:

ARTIC. I. VERBVM *Dei* PRAEDICETVR *idque in uernacula.*

Primo. Quod uerbum dei per *regnum Bohemiae* libere & sine impedimento ordinate a sacerdotibus domini praedicetur, iuxta *sermonem* saluatoris, Marci ultimo: euntes in mundum uniuersum, praedicate euangelium omni creaturæ & Matth. ultimo. Nam secundum apostolum, *uerbum domini non est* alligatum, sed orandum est, secundum eundem, ut sermo dei currat & clarificetur ubique, ut dicit 2 Thessal. III. Et loqui *linguis* in ecclesia dei nemo debet prohiberi, ut dicit 1 Corinth. XIIII.

ART. II. *Sacramentum* COENAE *sub* VTRAQVE *specie distribuatur*

Secundo. Quod *Sacramentum* diuinissimae eucharistiae *sub utraque specie* PANIS scil. & VINI, omnibus Christi fidelibus, nullo peccato mortali indispositis, libere ministretur, iuxta sententiam & institutionem Saluatoris, qui dixit: *accipite & comedite, hoc est corpus meum & bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus noui testamenti*, qui pro multis effundetur, *Matth. XLVI. Marci XIV. Lucae XXII.* ubi datur etiam praeceptum apostolis: hoc facite. GLOSSA *interlinealis*, accipite & aliis date *in meam* commemorationem. Et *Ioh. VI.* saluator omnes fideles obligat ad sumtionem huius sacramenti, dicens: Amen, amen, dico uobis, nisi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui *manducat* meam carnem & *bibit* meum sanguinem, habet uitam aeternam. Caro enim mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus; qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Similiter apostolus *1 Corinth. XI.*

pro

probet autem ſeipſum homo & de *pane* illo edat & de *calice* bibat. Et ad idem eſt canon GELASII papae, de conſecr. D. 2. Comperimus autem, quod quidam, ſumta tantummodo *corporis* ſacri portione, a *calice* ſacri cruoris abſtineant, qui procul dubio neſcio qua ſuperſtitione doceantur aſtricti, aut integra ſacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia diuiſio unius eiusdemque miniſterii ſine grandi ſacrilegio non poteſt prouenire. Et concilium *Carthaginenſe*, & ponitur in *Canone* XXVI. q. 6. It. 6. Et *Canon 6*. GREGORII in homilia paſchali & ponitur de canone diſ. II. quid ſit. Et Canon S. Auguſtini, eadem dum frangitur. Et canone eiusdem, quia paſſus. Et canone B. Hieronymi ſuper Sophoniam prophetarū & ponitur. I. q. ; ſacerdotes. Et docet B. Dionifius libro de eccleſiaſtica ierarchia cap. ultimo, de euchariſtia. Item Cyprianus martyr epiſt. XXXVII. de lapſis. Et B. Ambroſ. lib. de ſacramentis. Et poſt de communione diſ. II. huius ſacramenti. Et Origenes homilia XVI. ſuper Numer. & Auguſtinus primo lib. de ſymbolo. Et idem in ſermone XL. Et Ambroſius in cantico ſuo: exultet iam angelica &c. Et libro tripartitae hiſtoriae. Et Beda in homilia ſuper Ioannis I. Et Leo papa in ſermone quadrageſimali, qui incipit: praedicaturus nobis. Et Fulgentius de diuinis offic. in lib. cuius prologus ſic incipit: ea quae per anni circulum. Et Remigius ſuper I Corinth. X. calix cui benedicimus. Et Thomas ſuper IIII. q. XLVIII. Et idem parte tertia q. LXXVI. 2. q. LXXIII. articulo II. & q. LXXXII. articulo III. Et Innocentius in ſuo lib. de ſacramentis & idem in ſua ſumma cap. XXXIX. Et Paſcaſius libro de ſacramentis cap. X. & col. XVI.

& cap. XX. Et Lyra super 1 prouerbiorum IX. uenite, commedite panem meum, idem super 1. Corinth. XI. Et Guilhelmus de monte Laudino in suo sacramentali. Et Albertus magnus in suo tractatu de officio missae, Quorum scripta & testimonia lectori relinquimus propter breuitatem.

Artic. III. CLERVS *reuocetur ab* OPIBVS & POTENTATV *ad officia apostolis digna.*

Tertio. Quod *dominium saeculare* super *diuitiis* & *bonis temporalibus*, quod contra praeceptum Christi clerus occupat, in praeiudicium sui officii & damnum *brachii saecularis*, ab ipso auferatur & tollatur et ipse clerus ad regulam *euangelicam* & uitam *apostolicam*, qua Christus uixit cum suis apostolis, *reducatur*, iuxta sententiam saluatoris, Matth. X. dicentis: *& conuocatis XII. apostolis suis misit eos praecipiens* & dicens: *nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis uestris.* Et Matth. XX. principes gentium dominantur eorum & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. Vos autem non sic; sed si quis maior est in uobis, fiat sicut minor & qui praecessor est, sicut minister eorum. Et idem habetur Marci X. Et ad idem 1 Petri V. non dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Similiter 1 Timoth. VI. habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Et 1 Corinth. VIII. dicit: imitatores mei estote fratres, sicut & ego Christi. Et ad Philip. III. imitatores mei estote fratres & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram, forma autem apostolorum haec est: aurum & argentum non est mihi, ut dicitur in artic. III. Ad idem Numeri XVIII. dixit dominus ad Aaron: in terra eorum nihil possidebitis nec habebitis partem inter eos & ego pars & haereditas

tas tua in medio Israel. Numeri XXVI. Deuter X. XII. & XIIII. & XVIII. Josuae XIII. XIV. XVIII. & XXI. 1 Paral. VI. Ezech. XLIV. ubi dicit: non erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum. Et possessionem non dabitis eis in Israel, ego enim possessio eorum. Ad idem dicit epistola Timoth ultimo, tu autem homo dei hoc fuge, scil. diuitem fieri & quaestuosum esse, ubi claro ore dicit: nihil tam asperum, tamque perniciosum, quam si uir ecclesiasticus, maxime qui sublimem tenet locum huius saeculi, diuitiis studeat, quia non solum sibi ipsi, sed & caeteris obest omnibus, quibus contrariam dat formam. Ideo dicitur: haec fuge. Et ad idem est Hieronymus, Augustinus, Ambrosius & ponitur in canone XII. q. I. cap. clerici. Et capitibus sequentibus & extra libro III. tt. de uita & honestate clericorum canon. fraternitatem & Bonifacius ad Eugenium nec non alia plura testimonia scripturarum.

Artic. IV. peccata omnia mortalia.

Quarto. Quod *omnia peccata mortalia* & speciatim publica aliaeque *deordinationes legi Dei contrariae*, in quolibet statu rite & rationabiliter, per eos, ad quos spectat, prohibeantur & destruantur. Quae qui agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed qui consentiunt facientibus, ut sunt in populo *fornicationes, commessationes, furta, homicidia, mendacia, periuria, artes superfluae, dolosae & superstitiosae, quaestus auari, usurae & caetera his similia.* In clero autem sunt *simoniacae* haereses & exactiones *pecuniarum* a *Baptismo*, a confirmatione, a confessione, pro *eucharistiae* sacramento, pro sacro *oleo*, a matrimonio, a *XXX. missis* taxatis, aut ab aliis missis *emptis* a sonsatis, aut *missis defunctorum*, *orationibus, anniuersariis* & de aliis, a praedicatio-

In quibus plurima adhuc impunia.

nibus, a ſepulturis & pulſationibus, a conſecrationibus eccleſiarum, altariorum & capellarum, pro praebendis & beneficiis, pro praelatiis dignitatibus, perſonatibus plebaniis aliis & *epiſcopationibus & uenditionibus* indulgentiarum & aliae infinitae haereſes, quae ex his oriuntur & polluunt eccleſiam Chriſti. Moresque impii & iniuſti, ut ſunt *impudici concubinatus*, cum augmento profano *filiorum* & *filiarum*, aliaeque *fornicationes*, irae, rixae, contentiones, friuolae citationes & hominum ſimplicium pro lubitu uexationes & ſpoliationes, auarae cenſuum exactiones, offertoriorum promotiones & ſimplicium innumerae per promiſſa falſa illuſiones. Quae omnia & ſingula quilibet fidelis Chriſti ſeruus & filius uerus matris ſuae eccleſiae tenetur in ſe & *aliis perſequi* & ut ipſum *diabolum* odire & deteſtari, ſeruato tamen in omnibus ordine & ſtatu ſuae uocationis. Quod ſi aliquis ultra hanc piam noſtram & ſanctam *intentionem* aliqua nobis aſcribat impudica & enormia, tanquam *falſus* & *iniquus* teſtis a Chriſti fidelibus habeatur, cum non ſit aliud in corde noſtro, quam totis uiribus & toto poſſe placere domino Ieſu Chriſto, eiusque legem & praecepta & hæc puncta quatuor catholica fideliter exequi & implere. Et huic omni malo aduerſo & cuilibet nos ad hoc impugnanti & contra deum huiusmodi noſtro propoſito auertere uolenti & perſequenti in defendendo ueritatem *euangelicam*, ad quam quilibet obligatur, ex debito iuxta uocationem euangelicam, poteſtate etiam nobis conceſſa brachii ſaecularis, eidem uelut tyranno & antichriſto crudeliſſimo usque ad ultimum reſiſtere oportebit. Etſi per quempiam multitudinis noſtrae aliquid ſiniſtri

Praeſertim in cleri ſimonia.

aut

aut ſcandaloſi actum fuerit, cum mentis noſtrae eſt omne crimen extinguere, hoc praeter intentionem noſtram omnimode accidere proteſtamur. Si uero alicui perſonae uel Baſilicae damnum a nobis inferri rerum uideatur, aut corporum: ineuitabilis in hoc neceſſitas, aut oportuna legis & noſtri tutela aduerſus uiolentiam *tyrannicam* nos excuſat, uerum tamen *proteſtamur*, quod in his omnibus ſi cuiquam in nobis quaeuis etiam ſpes mali appareat: ſemper nos ad ſcripturae ſacrae informationem paratiſſimos exhibemus, DATVM anno domini MCCCCXXI. &c. *Datum 1421.*

Item XIX. die menſis *Iulii* tentoria *hoſtium fuere incenſa* &, flante uento ualido, plurima cum rebus *tentoria* ſunt exuſta. *Ann. 1421. d. 19. Iulii incenſa caſtra.*

Item in die Magdalenae *Taborienſes* cum *Pragenſibus* conſiderantes Boemorum a *Teutonicis* innocentem *combuſtionem* & crudelem: irruunt in praetorium & poſtulabant ſibi captos ad *comburendum* praeſentari. Quibus conſules, reſiſtere non ualentes *tradunt*, licet inuiti, quia ad ueritatem acceſſerant, captiuos. De quorum numero XVI. foris ciuitatem *Teutonicis* aſpicientibus in *doliis comburunt*, unico monacho, qui communicare plebem fidelium ſub *utraque ſpecie* promiſerat, reſeruato.

Item XXVIII. die *Iulii*, dominico ſcilicet die Iacobi hora XII. rex *Sigismundus* in *caſtro Pragenſi*, praeſentibus non omnibus baronibus nec ſcabinis Pragenſibus, in REGEM BOHEMIAE CORONATVR, facitque ibidem multos nouos milites, nullum penitus actum militarem prius pro communi bono oſtendentes. Et a uulgo non ueri, ſed depicti milites ſunt nuncupati. *An. 1421. die 28. Iulii coronatio Regis SIGISMVNDI in caſtris.*

Item eodem die *coronationis* ſiniſtrae & ſequen-

Vertit sacras clenodias in monetam, ad militum stipendia. quenti REX SIGISMVNDVS receptis *ecclesiae* Pragensis & caenobii S. Georgii *capitibus*, *manibus*, *manshantiis* caeterisque de *auro* aut *argento clenodiis*, concutere iubet & *stipendia* praebet, promittens meliora facere, dum *deus* regno dederit pacem & quietem. Quorum igitur peccatum *grauius*, eorum scilicet qui *ligneas*: aut eorum, qui argenteas *imagines* destruxerunt?

Sigismundus suspicione haereseos relictus a milite. Item XXX. die *Iulii*, qui fuit tertius dies post *regis coronationem*, totalis exercitus combustis tentoriis de campo recedit, *regi Sigismundo* ueluti haereticorum fautori & deceptori turpiter maledicentes.

Inde rex de pace cogitat Item post totalem *recessum exercitus regis* de campis, *Pragenses* sine timore *castella* uicina ciuitati obsident & *rebelles* ad tenendum cum eis compellunt, praedas quoque uaccarum & scropharum & aliarum rerum in ciuitatem sine offensa pro sustentamine inducunt. *Rex* uero *Pragensi* & *Wyssegradensi* castris dispositis pro defensa & expulsis inde *mulieribus* a *Praga* profugis, quae ibidem sperabant se saluari & ad propria cum honore redire, ipse in montes cressit & ibi moram faciens, plures facit *baronum conuocationes* & pro defensa terrae in omnibus regni Bohemiae partibus tenere *pacem*, quae *lantesfryd* dicitur, ordinat & disponit. *dem Landfrieden.*

Noui TABORITARVM articuli 1421. die 5. Augusti. Item quinta die *Augusti*, *Taborienses presbyteri* cum eorum capitaneis XII. intra scriptos ARTICVLOS communitati Pragensi praesentarunt, optantes, ut praefata communitas ad eosdem consentiret, manuteneat & defendat, alias nollent cum eis ulterius in *Praga* permanere. Ad quos quidem *articulos* noua ciuitas statim, non habito cum *magistris* maturo consilio, consensit. Antiqua

tiqua uero *ciuitas* petiit cum *magistris* super materia *articulorum* deliberari, quod & factum est, Magister enim Petrus *Anglicus* in praesentia consulum & seniorum de communitate singilatim quemlibet qua uia & modo admitti uel non admitti cum deo posset saluis conscientiis omni de communitate. ARTICVLI uero sunt hi:

Nos, *Taboritarum* & omnis *aduenarum communitas*, offerimus uobis *communitati Pragensi* articulos infra scriptos: in primis, quod proscriptio inter nos & nos proscripta in sua *integritate* ex utraque parte teneatur & obseruetur. ARTICVLI XII. promulgati, a Taboritis die V. Aug. 1421.

Item, quod articuli, ad quos *capitanei*, *consules* & *communitas* consenserunt, quia iam dudum sunt per *praedicatores* proclamati, teneantur & obseruentur, sub poenis promulgatis.

Item, quod *manifesti peccatores*, *adulteri & adulterae*, *fornicatores & fornicatrices*, *conductores* & *conductrices*, Ruffiani & meretrices, manifesti aut occulti & otiosi seu otiosae, latrones & omnes dei aduersarii, blasphemi & detractores, cuiuscunque ordinis seu status existunt, *non tolerentur absque poena.*

Item, quod *potationes tabernales* cuiuscunque potus seu secundum exponentes non fiant sub poenis statutis.

Item, quod *uestes* superbas non portent, nec portare permittant, contra *dominum deum pretiosas* nimis, sicut purpuratas, praetextas, pictas, de argentatas, czotatas, sectas, cingulos argenteos sideos & omnes decores seu ornatum pro superbia dispositum.

Item quod in *artificiis* & foro prouideatur, ne fiant illusiones, spolia, usurae, iuramenta, inuti-

litates & uanitates, doli, fallaciae ullae & hoc sub aliqua poena condigna.

Item, quod iura *paganica* & *Teutonica*, quae non concordant cum lege dei, tollantur & iure diuino ut regatur, iudicetur & totum disponatur.

Item, quod *sacerdotes* ex parte seruent se secundum ordinem diuinum & imitationem propheticam & apostolicam.

Item, ut magistri subiiciantur regulariter iuri diuino, sicut & alii fideles christiani & suas proscriptiones, ut ad uoluntatem dei regulent & in praetorio reponant, ut examinentur iuxta legem dei.

Item, omnes census *sacerdotum* ad *bonum commune conuertant* & usurarios destruant in domibus, in institis, aut alibi, ubicunque fuerint & omnes aliae usurariae proscriptiones destruantur & sacerdotes, ut ex fide seruentur.

Item, ut aduersarios *ueritatis dei* ex se eiiciant & profugos & bannitos ne suscipiant, ex quo deo & sibimet fidem non tenuerunt, ut illis similiter non credatur ex ullo fauore.

Item, ut *monasteria haeretica* destruant & corrumpant, ecclesias non necessarias & altaria, imagines patenter & occulte seruatas, ornatus superbos & calices aureos & argenteos & omnem antichristianam plantationem, idololatricam & simoniacam prauitatem, quae ex deo, patre coelesti, non est.

Praeterea, *chari fratres*, ad hoc nos exposuimus, cum rebus & substantiis & corporibus nostris, uolentes uoluntatem diuinam implere. Quia iam multi fratres nostri in subscriptis ueritatibus sanguinem suum fuderunt & corpora sua exposuerunt. Et nos illas etiam nullo modo cum auxilio

xilio

xilio dei relinquere intendimus & idem uobis optamus & auxiliamur & intendimus auxiliari, quamdiu duramus ac superſumus, ſi uos ipſos neglexeritis in praeſcriptis.

Item poſt hos itaque XII. ARTICVLOS per TABORIENSES *publicatos*, ſtatim altera die *cruciferorum* monaſterium inſederant & poſtea quarta die Monaſt. *S. Clementis* ad *rumpendum* ſunt aggreſſi. In die uero *Laurentii Taborienſes* cum Pragenſibus, Coranda duce & cæteris quibusdam presbyteris, aulam regiam nullo defendente hoſtiliter inuadunt & ablatis rebus, incenſoque clauſtro, cum multis Bladis redeunt cum tripudio pſallentes, presbyteri cum ſuis armigeris & laicis quibusdam in cappis ferentes imaginum & tabularum confractarum portiones. Et inebriati uino monaſterii circa primam horam noctis ad incitamentum presbyterorum, tam in antiqua quam noua ciuitate ad rumorem pulſatur indiſcrete Wyſſegradum inuadunt expugnandum, ubi incenſa quadam caſula notabile damnum ſunt ab hoſtibus eadem hora perpeſſi & lapidibus repelluntur. *Inde diruunt cœnobia.*

Item praedictis omnibus non obſtantibus, quae omnia ad nutum fiebant Taborienſium, iteratis uicibus ſe recedere fingunt. Quapropter XVIII. die Auguſti ſcil. dominico die poſt B. uirginis aſſumptionem, presbyteri in ambone ad inſtantiam aliquorum de communitate, conuocationem eadem die poſt prandium ad praetorium inſinuant, ad tractandum ardua. De quibus tamen ſenioribus communitatis nihil conſtabat. Qua facta D. Iohannes praedicator in harena, cum uoluntate communitatis inductae, recepto ſigillo ciuitatis antiquae conſulibus, nouo magiſtro

ciuium & consulibus per eum & communitatem electis, praesentat. Et sic sine ordine deposito antiquo consilio, nouum per eum dispositum ad modicum perdurauit. Facta fuit autem haec consulum mutatio, quia depositi consules in multis nolebant Taboritis consentire, igitur presbyteri Taboritis fauentes pro depositis consulibus, omnes quasi Taboritis consentientes, elegerunt in hunc finem, ut Taboritae habentes pro se consules, a Praga non recederent, prout stantibus prioribus consulibus manere nolebant. Isto tamen non obstante quinta die post nouorum de parte eorum consulum electorum XXII. scil. die Augusti, Taborienses a Praga recesserunt, non habentes aliam causam recessus, nisi quod magistri eorum ritibus scripturis resistebant.

Item in uigilia Bartholomei, quidam ex Taboritarum societate montem Blanik prope Wlassim obsiderunt &, nisi cito fuissent repulsi, infinita damna in eodem confinio intulissent.

Et quia saepius est habita memoria TABORITArum, utile erit pro posteris, *ritus*, *originem*, *moresque* eorundem *describere*, praesertim cum se legis dei *zelatores* appellantes, in plures quidam de eorum numero lapsi sunt errores. Vnde origo ac originalis causa conuentus ipsorum, fuit utriusque speciei communio, in confinio Bechynensi. Cum enim praefata communio in multis Bohemiae & Morauiae partibus, per fideles presbyteros publicaretur, non obstante aduersi cleri pertinacia, qui omnes taliter communicantes uelut haereticos publicarent, nihilominus de die in diem sacratissima corporis & sanguinis communio in uulgo miro modo augebatur, scientes eandem fore euangelicam ueritatem.

Factum

De origine TABORITARVM *singularia ab an. 1419.*

Factum est itaque anno domini cıɔ cccc xix, Quod *presbyteri* cum eorum *uicariis* prope *castrum Bechincium* durius sic communicantibus insultabant, eosdem *armata* manu de ecclesiis eorum expellentes, tanquam *erroneo* & *haereticos*. Qua de re presbyteri, cum sibi iuncto populo, *montem magnum magna planicie exornatum* ascendunt & in eius summitate *tentorium* de *lineis pannis* ad modum *capellae expandunt*. In quo agentes diuina, populum ibidem confluentem, sine ullius *communionis impedimento*, uenerabilis EVCHARISTIAE sacramento, deuotissime reficiunt. Qua peracta & depositis *lineis pannis* ad propria redeunt, & *monti* nomen TABOR imponunt, ad quem uenientes *Taboritae* sunt nuncupati. Haec cum ad aures *adiacentium ciuitatum*, *opidorum* & *uillarum* deuenirent, fratres presbyteri circum circa uicini, condicta certae *festiuitatis die*, populum eis iunctum cum uenerabili *corporis christi sacramento*, ad Tabor *sonoris uocibus* deducunt, pro *ueritatis* ibidem, ut dicebant, confirmatione, ac fratrum sororumque ibidem existentium confirmatione ac consolatione. Quibus taliter uenientibus, occurrunt de *Tabor* cum uenerabili *altaris sacramento* fratres ac sorores, pro alacri uenientium *susceptione*. Venientes alii itaque in *montem totam diem non in lasciuiis*, sed in his, quae *salutem animarum* concernunt, expendebant. PRESBYTERI nempe eorum *terno* functi sunt ibidem *officio*, *doctiores* namque ac *eloquentiores* a summo mane populo per normas diuiso seorsum *uiris*, ac seorsum *mulieribus* & *pueris* *uerbum dei* & praesertim ea, quae *superbiam*, *auaritiam*, *fastumque cleri* concernebant, sine omni *formidine* populo *alternatim praedicabant*. ALIIS

pro

pro tunc continue ad *auricularem confessionem* confidentibus & TERTIIS peractis diuinis, populum a diescente usque ad *meridiem* VTRAQVE SPECIE CORPORIS scilicet & SANGVINIS domini christi communicabant. Ita quod in die *Mariae Magdalenae* XLII. millia cum aliquot & XX. *uirorum*, *mulierum* & paruulorum taliter communicantium fuerunt a *presbyteris* computati. Quibus omnibus taliter, ut praemittitur, *expeditis*; uadunt pro corporis refectione ad loca ibidem in *monte* multipliciter *praeparata* & simul in *charitate fraterna conuiuantes*, non ad *libidinem*, aut *ebrietatem*, non ad leuitatem & dissolutionem; sed ad maiorem & *fortiorem Dei seruitutem*. Ibique omnes sese *fratres* & *sorores* appellantes, ditior cum paupere uictualia, quae erant praeparata, diuidebant. Ibi nihil, quo *inebriari* posset, permissum fuerat *propinari*. Ibi etiam nulla *chorea*, nullus *taxillorum* & *globorum*, aut alterius *leuitatis ludus*, non dico *seniorum*, sed & *paruulorum*, habebat *indulgentiae* locum. Ibi denique nullae *contentiones*, nulla *furta*, nullae sonantium *fistulae*, aut *cythararum* melodiae, prout hactenus in *ecclesiarum dedicationibus* fieri solebat, potuit reperiri: sed omnium, *more apostolorum*, fuit *unum cor* & una uoluntas, nihil aliud *tractantes*, nisi quae forent de *animarum salute* ac de cleri ad pristinum, primitiuae scil. ecclesiae, statum reductione. Peracta itaque, ut dictum est, *modica corporis refectione*, surgunt cum populo *presbyteri*, ad agendum deo *gratiarum actiones*, cum uenerabili *eucharistia* TABOR montem *processionaliter circumeunt*, *uirginibus sacramentum* praecedentibus & *uiris* ac *mulieribus* in suis turmis sequentibus, uociferantes & *psallentes* in *canticis*, prout

FRATRES & *sorores* TABORITAE *audiunt* omnes.

Communio & simplicitas ibi apostolica.

Processiones piae inter gaudia, uoces, cantus.

prout uidebatur expedire, hac *processione finita*, uale sibi mutuo facientes cum suis *presbyteris*, non declinantes ad *dextram* nec *sinistram*, ne semenra conculcarent, ueniunt unde exiuerunt. Factum est autem, cum supra dicta in *longiores partes uulgarentur*; coepit numerus *uenientium* de die in diem notabiliter augmentari. Nam non solum iam de *Pyska*, *Wodniana*, *Nezolicz*, de *Heyman*, de *Vstii*, de *Janouicz*, de *Sedlezan*, de *Plzna* saepius illuc uenire solebant, sed de *Praga*, *Domazlicz*, de *Grecz Reginae*: nec non de multis locis *Morauiae*, *pedestres* & *equestres* in TABOR confluebant. Quidam ex magno *zelo* deuotionis, ut ibi audito uerbo *Dei* cum caeteris communicarent, alii ad uidendum *tantae multitudinis* populum. Et quidam, ut *consideratis* ibi factis detraherent & aemulis ueritatis propalarent. Quapropter cum ita ex singulis partibus in TABOR confluerent, REX WENCESLAVS cum quibusdam inimicis ueritatis, coeperunt grauiter ferre, timentes ne tanta populi multitudo *regem* & *archiepiscopum*, prout famabatur, pro *defensa legis dei eligerent* & eorum *bona* uelut *aduersariorum* per potentiam, cui resistere non ualerent, inuaderent ac depopularent. Quidam ea de causa ex nobilibus districtius subditis suis, sub poena *colli* & *bonorum perditione*, praecipiunt, ne per amplius ad *montem* TABOR audeant concurrere. Sed huiusmodi mandatum *rustici* cum suis *mulieribus* modicum aut nihil aduertentes, potius dimissis omnibus, quae possiderant, ad *Tabor* montem in certis festiuitatibus uenire nullatenus negligebant, allecti & attracti, prout *ferrum* attrahit *magnes*. Cuius causam dicebant periti ASTROLOGI illius anni fore specialem *coeli* & *astrorum Saturni* cum *cae-*

Inde ingens omnium gentium confluxus.

Fert hoc grauiter WENCESLAVS *imperator.*

Inde prohibita haec conuenticula, sub poena supplicii.

Diuinatione astrologorum.

caeteris influentiam. Quae ad sic discurrendum & suis superioribus rebellandum mentes communis populi inclinabant. Cum haec talia, ut praemittitur, agerentur & plurimi tam *nobilium* quam *uulgarium sexus utriusque*, dimissis uanitatibus, *legis dei* operam darent: *diabolus* saluti generis humani inimicus, per aliquos *falsos fratres* presbyteros, mundo legis dei tritico, uarias *errorum* & *haeresium* superseminauit *Zizanias*, ita quod impleri uideretur *I Timoth. 4.* Spiritus manifeste dicit, quod in nouissimis temporibus *discedent quidam a fide*, attendentes spiritibus errorum & doctrinis *daemoniorum*, in hypocrisi loquentium *mendacium*. Nam cum eo tempore non esset *rex* & *princeps* in *Israel*, ad quem subditi haberent respectum, faciebat unusquisque quod sibi rectum uidebatur. Et plurimi TABORITARVM presbyteri, magnam habentes populi confluentiam & adhaerentiam, dimissis sanctorum doctorum, *Ambrosii*, *Hieronymi*, *Augustini*, *Gregorii* & caeterorum ab ecclesia approbatorum sententiis, suis de propriis ingeniis elaboratis glossis, antiquum & nouum interpretati sunt testamentum, multa *falsa* & *erronea* ueris immiscentes, per quae facilius corda simplicium poterant ad eorum sententias inclinari. Fundamentum autem omnium malorum sequentium fuit erroneus scripturarum intellectus. Dicebant namque eorum *directores* & *doctores*, quod non oportet *doctorum*, qui fuerunt puri homines, uti scholarum sententiis, cum Christus deus & homo sufficienter in nouo testamento expressit omnia, quae cuilibet homini uiuenti sunt necessaria ad salutem & quomodo uetus nouum & uice uersa neuum uetus exponit testamentum. Ex isto itaque fundamento non uerebantur

tur infra scriptos articulos populo publicare. *Formula fidei* TABORITARVM.

Primo. Nulla scripta aut dicta quorumcunque *doctorum* a fidelibus sunt tenenda, aut *catholice* credenda, nisi quae in *canone Bibliae* explicite continentur, quia omnes libri talium sunt *astutiae antichristi* & abiiciendi, destruendi aut comburendi. I.

Item, omnis homo in eo, quod studet in *artibus liberalibus*, aut *gradus* in eisdem accipit, est uanus & gentilis & peccat contra *euang.* D. N. I. C. II.

Item, nulla decreta *sanctorum patrum* aut seniorum instituta, nullus aliquis ritus, aut traditio humanitus inuenta, sunt tenenda, sed omnia talia sunt abolenda & destruenda, uelut *antichristi* traditiones, cum Christus & eius apostoli ea fieri nullibi in nouo testamento expresserunt. III.

Item, ex praedictis concludebant sequentia, quod nullum *chrisma*, aut sacrum *oleum*, ut aqua *baptismalis*, sunt conseruanda uel *sanctificanda*. Similiter *calix* nullus, *corporale*, *ornatus* & de aliis rebus in ecclesia fieri consuetis, sunt exorcissandae, benedicendae, aut sanctificandae. Similiter nullae horae canonicae sunt dicendae. Nec ritus *missae* in ornatu & signis ac ordine dudum ab ecclesia constituto, nec *cantus* ecclesiastici sunt tenendi, sed potius tanquam humanae traditiones & legis dei impeditiua abiicienda & destruenda. IV.

Item infantes non debent cum *exorcismis* & solitis in *baptismate* compatribus, in aqua ad hoc benedicta & consecrata baptisari. Sed possunt in quacunque unda recenti & ubi libueris, baptisari. V.

Item omnes libri *missales*, aut *cantuales*, similiter & *uiatici* & libri *hymnorum* & omnis ornatus VI.

natus seu *uestes missales*, aut alia spiritualia, pro peragendis diuinis, indumenta, monstrantiae & calices, aut cinguli argentei uel aurei & omnis uestis polymita & conspersa, aut quouis modo depicta: haec omnia sunt *destruenda* uel *comburenda*, magisque licet *rusticis* in dictis sacris *uestibus* incedere & *iappas* & *manicas* ex eis facere, quam presbyteris in eis peragere diuina.

VII. Item, *confessiones auriculares* non sunt curandæ aut obseruandæ, nec ad eas peccatores etiam criminales obligantur, sed soli Deo sufficit mente tenus confiteri.

VIII. Item, *ieiunia quadragesimalia*, quatuor temporum, in uigiliis cæteraque humanitus aut consuetudine introducta, non sunt a fidelibus obseruanda, sed pro uelle sui beneplaciti unusquisque his diebus comedat, quicquid habet, aut quod sibi apparabit.

IX. Item, dominico die excepto, nulla alia *festiuitas* est ex aliquo debito celebranda a fidelibus.

X. Item omnis *presbyter* cum *platta* & in ornatu uel superpellicio diuina peragens, aut missam ritu consueto celebrans, est sicut illa *meretrix*, de qua scribitur in *Apocalypsi*, a fidelibus contemnenda. Sed missa est ad instar Christi & *apostolorum* cum *barbis* & sine *platta* in communi ueste & sine altari, in quocunque loco contigerit, celebranda. Et sacramentum Eucharistiæ alta uoce propter astantes est conficiendum & ipsum non est eleuandum, nec in crastinum est conseruadum.

XI. Item sacerdotes *euangelici domos*, eis ratione *elemosynae* pro perpetuo a Laicis concessas aut deputatas, non possunt licite inhabitare, nec possunt habere

habere bona temporalia, iure ciuili ab eisdem subtracto penitus & ablato, nec a taliter habentibus accipienda sunt sacramenta, quamuis ius sic habendi eis esse illicitum notorie recognoscant.

XII. Item post *mortem corporalem animarum fidelium*, non est credendus locus *purgationis* aut tenendus stultumque & inane est, pro fidelibus defunctis exorare, aut alia pietatis opera exercere.

XIII. Item *inuocationes* aut postulationes nostrae tam mentales quam *uocales* ad sanctos, qui sunt in caelesti patria, pro aliquibus suffragiis, sapiunt *haeresin*, aut idolatriam.

XIV. Item nulla *imago* nec aliqua *similitudo earum*, quae sunt in coelo & terra, sub poena idolatriae est habenda, sed qualibet talis est tanquam idolum destruenda et comburenda. Quia scriptum est Exodi XX. non facies tibi sculptile, nec omnem similitudinem.

An. 1420. ex illa formula fidei motus & indignatio contra credentium Taboritarum;

Ex praedictis *articulis* ad uulgum *Anno Domini M CCCC. XX.* scandalose & in *totius regni infamiam* pertinaciter promulgatis, surrexit in plebe & in clero, qui se pro deffensa legis Dei bene uiuerant, noua & grandis *contentio* & *scissura*. TABORITARVM enim duces & *presbyteri*, praefatorum articulorum sequentes sententiam, *omnem ecclesiasticum ritum ac sanctorum pro peragendis diuinis institutiones*, prout Christus & eius Apostoli non *exemplarunt*, nec fieri praeceperunt, coeperunt, uelut ad animarum salutem inutilem, reiicere & detestari, omnesque eorundem obseruatores confundere & eosdem multipliciter impedire, allegantes, quod scribitur Apocal. ultimo : *Si quis apposuerit ad haec, apponet DEVS super illum plagas, scriptas in libro*

ritus ecclesiasticos tot speciosos, tanquam inutiles, damnantium.

isto &c. Eo quod CHRISTVS sufficienter tradidit in nouo testamento ea omnia, quae sufficiunt cuilibet fidei ad salutem. Ad quid ergo institutiones hominum & *ceremonias* in lege non expressas fidelibus obseruare. Et praesertim cum dixerit *Christus* scribis & phariseis: *irritum fecistis mandatum dei propter traditiones uestras.* Et hodie tenentes humanas traditiones, cum scribis & phariseis, irritum faciunt mandatum dei. Et plagas in Apoc. expressas eos oportere finaliter incurrere, nisi cessent ab eisdem & dimittant.

colendo simplicitatem,

Quapropter TABORITARVM *presbyteri*, traditiones humanas fugientes, *barbati & corona non nisi* in griseuestibus incedentes, non lectis horis canonicis, sine ornatu corporali & calice sub dio uel in domibus diuina non in sacrato altari, sed super mensam qualicunque linteo tectam peragebant.

ad euitandam suspicionem cultus diuini affectati;

Nec *ritum missae* in dicendo cum *canone* obseruantes, sed statim unus ex omnibus presbyteris flexis cum fratribus genibus, capite ad terram prostratis, posteriora sursum leuantes, dominicam orabant orationem & post surgente eo, qui altaris sacramentum conficere debebat, non plus quam uerba consecrationis super hostiis & uino & alta ac intelligibili uoce uulgariter edicebat. Et sic corpus Christi in hostiis non secundum formam ecclesiae rotundis, sed qualitercunque incisis, uel manibus fractis & preciosum sanguinem domini de uino, non in calice, sed in quocunque *scypho*, *stanneo*, *ferreo*, *luteo*, *ligneo*, *conficiebant.* Quo peracto mox astantes presbyteros & uulgarem populum sacramento *eucharistiae* reficiebat.

exemplo Christi & primitiuae ecclesias;

Et hunc missandi modum in Praga & extra, omnes Taboritarum presbyteri, uitantes ecclesias, obseruabant, dicentes sic

ſic Chriſtum & eius apoſtolos in primitiua eccle- *cuius alia*
ſia ſuas miſſas celebraſſe. Igitur omnes alii, qui *indoles ac meretricis*
Chriſtum non ſequuntur & aliter, quam ipſe ex- *in apocalypſi*
emplauit, faciunt, in precioſis ornatis officiando,
ſunt illa meretrix, de qua habetur in Apoc. Alta autem uoce & uulgari uerba conſecrationis dicebant, ut populus ſciat, quod ſacramentum conſecret & in ſumendo eſſe uerum corpus Chriſti & eius pretioſum ſanguinem non uacillent. *Magiſtri* uero cum *presbyteris*, qui pro tunc in Praga remanſerant, de contrario *Taboritis* facientes, omnem abuſum, *ſuperfluitatem* & ornamen- *Medium tamen non tenent.*
torum pretioſitatem deponentes, *eccleſiarum ritus* in officiis eccleſiaſticis obſeruabant & non obſeruantes publice arguere non deſiſtebant & praeſertim eos ritus, qui non ſunt contra ſacram ſcripturam, nec dei legem impediunt, ſed potius promouent & adiuuant & in ſimplicibus ornamentis in calicibus ſtanneis ſacramentum altaris *inde lites & diſcordiae.*
conficiendo populo miniſtrabant. Ex hac ſiquidem *Pragenſis cleri cum Taboritis diſcordia* & concertatione, populus ſibi in *lege dei* bene conſentiens, fuit nociue bipartitus, ita quod quidam *Taborienſium* & alii *Pragenſium miſſando* laudabant modum & ab eis, quos laudabant; & non aliis, euchariſtiae ſacramentum poſcebant. Qua de re quaedam noſtrae *ſorores Pragenſes*, quae BEGVTTAE ſunt uocatae, nolebant a ſuis ſacerdo- *Beguinae.*
tibus, in apparatu officiantibus communionis ſacramentum ſumere, niſi prius ueſtes, quas *plaſtas* nuncupabant, deponerent, alias officiantem uellent impedire, prout *heu ad ſanctum Petrum in Porzicz* factum eſt, ubi in ornatu officiare ſacerdotes, mulieres, ad nutum uirorum, non ſinebant. *Magiſtros* uero & *praedicatores*, qui obſer-

ſeruare eccleſiaſticum ritum ſuadebant & ſcripturis ſacris defendebant confundentes, hypocritas & ſeductores appellabant & interficere uel de ciuitate Pragenſi expellere, ut canes rabidos, uolebant. Iſta igitur Taboritarum praeſumtuoſa preuaricatio fuit initium omnis mali ad infamiam & ſcandalum totius Chriſtianitatis, ac in magnam offenſam omnium, uolentium ſecundum Chriſti præceptum dominicam coenam obſeruare. Ita quod multi ex noſtris turpiter ab hac ueritate agnita receſſerunt. *Primo* enim communis per regnum & exteras terras uolabat *enormis fama*, qualiter in *regno Boemiae* ſutores, ſartores diuina peragerent, eo quod non fuit differentia inter *laicum* & *presbyterum*, cum *barbati* & intonſi in propriis ueſtibus miſſarum ſolennia celebrarent. Secundo, quod presbyteri Taborienſes omnia eccleſiae clenodia & ornamenta ſuadebant deſtruere & comburere, ut ſic ad eorum mores obſeruandos, eis aduerſos, uelis nolis, declinarent. Quam ob rem *ſaturnina gens* eorum ritus laudantes, *uiaticos*, *miſſalia*, *cantualesque* *eccleſiarum* libros, una cum calicibus & monſtrantiis uiolenter de eccleſiis, ut plebanorum dotibus rapientes, libros ſecabant aut comburebant, ut librum ſex aut octo ualentem ſexagenis, pro media ſexagena aut pro XX. gr. aut remiſſius dabant emere uolenti. *Calices* autem cum *monſtrantiis*, aut aliis *argenteis eccleſiae clenodiis* concutientes, *aurifabris lotonem* pro *V. gr.* *uendebant*. Reliquias ſanctorum de monſtrantiis & altaribus ſumentes uiliter ad angulos proiiciebant.

Damna ex hac doctrina.

Sacras clenodias uendunt.

Etiam ueſtes ſacras;

Item ex eadem pertinacia ſacras pro *cultu diuino* deputatas *ueſtes* tollebant, de caſulis ornatibus-

busque *ioppas uel ioppularum* manicas, de corporalibus & albis camisias, aut aliud uilius indumentum, ut bracsae sibi fieri in magnum scandalum procurabant. Et *rustici* sub *togis regio habitu* fuerunt uestiti, in quo nec patres ausi fuissent incedere.

Item quia *presbyteri* praefati uitabant in *ecclesiis* & super altari consecrato *sacramentum conficere*, asserentes non dei sed potius *diaboli* & *idolorum* esse *ecclesias*, uel altaria, cum non gratis pro deo, sed pro mammona iniquitatis & non ad dei, sed ad honorem alicuius sancti, simoniace consecrata sunt. Igitur merito fore destruenda. Et ecclesias, ubi poterant, rumpebant & comburebant, aut aliter quouis modo uiolabant. Altaria uero dotata *peruertebant*, aut eorum cornua concutientes ad officium inutilia diuinum reddebant. *quidni etiam templa?*

Item similiter *monachorum monasteria* praedicabant esse *latronum speluncas* & contra legem Christi male fundata. Cum Christi mandauit suis discipulis & per eos omnibus presbyteris, quod se non recluderent, sed uadant in uniuersum orbem praedicantes & baptizantes *in nomine Patris, Filii & Spiritus S.* Igitur omnia MONASTERIA siue *dotata*, siue *mendicantium*, sunt a *fidelibus funditus euertenda* & destruenda, ut *monachi* & fratres eant in uniuersum orbem praedicantes euang. Ex qua *perfida* conclusione infra *scripta monasteria* infra unius anni spacium & deinceps sunt destructa & combusta, quorum nomina secundum ordinem subscribuntur. *Inde destructa coenobia innumera*

Monasteria DOTATORVM Monachorum.

Carthusia, Strahowia, Brzewniouia, pedepon- *tam dotata;*

 tis

tis S. Maur. Zderaz, Ambrosii, Aula Regia, Chorona, Milerosko, Nepomuk, Insula, Kladrup, Czedlicz, Opatowicz, Wylemow, Hradisst.

Monasteria MENDICANTIVM Monachorum.

quam mendicantium, Thomae, Clementis, in Botiecz, in Zacz duo, in Plžna duo, in Luna duo, in Grecz Reginae duo, in Vsk duo, in Pieska unum, Glatowiae unum, in Nymburgk unum.

Claustra MONIALIVM.

& monialium. In Luniouicz, inter Lunam & Zacz, Sanctae Catherinae in Praga, sanctae Annae, in maiori parte Pragensi, sanctae Mariae Magdalenae, Chotiessow, Dogsan. Haec igitur *monasteria monachorum* & *monialium dotata* & *destructa*, *rex* SIGISMVNDVS omnia praedia cum censitis eorundem suis *castris in regno applicauit*, aut *Baronibus pro seruitiis* & cum contra *Pragenses iuuantibus assignauit*. MONIALES uero omnes *Pragenses* in ciuitate eorum permanentes ad sanctam *Annam* antiquae ciuitatis mutuo sibi in cibo & potu & ecclesiastico ritu communicare disposuerunt & ad communionem utriusque speciei, sub poena eiectionis & monasteriorum ruptionis, compulerunt. Quae quamuis primo rebelles, postea tamen non *compulsae*, nec coactae ad conuiuandum cum Christo dominicam coenam saepius deuote accesserunt, duae tamen ex illis *discolae*, quamuis *uelatae* &, immemores iuramenti *castitatis*, *matrimonium*, imo uerius *adulterium* cum uiris contraxerunt. Monasterium autem sancti Spiritus *Teutonicis* pro audiendo ibidem uerbo dei, in eorum linguagio donauerunt. In sancti uero *Francisci* & Iacobi *Monasteriis*, pixides & machinas cum rebus bellicis. Et de ecclesiarum

calices & calici-

calicibus & monſtrantiis, *monetam* pecuniarum cudendo laborabant, ut haberent unde ſe contra *legis dei aduerſarios* poſſent cum effectu defenſare. Verum etiam deficientibus pecuniis, ueſtes fugitiuorum, ac ornatus precioſos ſtipendiariis pro eodem ſtipendio donauerunt. *monſtrantias uertunt & cudunt inde monetas;*

Item ſacrum *criſma* & *infirmorum oleum* ac *baptiſterii* & *aſperſionis* aquam uelut *inutiles hominum adinuentiones* effuderunt. *Vaſa* autem praedicta *continentia confringentes* uel in ea *ſtercoriſantes*, nullum poſt baptiſma criſmate nec quenquam infirmorum extremae unctionis oleo perungebant. Sed in aqua fluenti, uel undecunque allata, dimiſſis compatribus in eccleſiaſtico ritu, baptizantes non plus dicendo, niſi Petre, aut Ioannes, ego te baptizo in nomine Patris, Filii & Spiritus S. Et ſtatim baptizatum infantem etiam qualitercunque indiſpoſitum, ſine criſmatis unctione, ſub utraque ſpecie communicabant. *chrismatis effectus ridens & uaſa aliis uſibus applicant.* *Forma, quam ſeruant in baptiſmo.*

Item, *confeſſionem auricularem* fiendam presbytero uituperabant, dicentes de uenialibus peccatis ſufficere ſoli deo confiteri, de mortalibus uero publicam coram fratribus & ſororibus debere fieri confeſſionem. Et ſi contra quenquam fratrum aut ſororum quis peccaſſet, quod eidem coram omnibus ueniam petendo reconciliaretur & tunc, flexis in terram genibus, pro taliter confitente fratres & ſorores inſtanter orare debebant & demum accipiet ſecundum presbyterorum dictamen reatus ſui dignam poenam. *Confeſſio auricularis.*

Item, *purgatorium animarum* eſſe poſt hanc uitam cum VALDENSIBVS negabant, aſſerentes ſolum duas inferni uidelicet & regni coeleſtis fore *uias*, eo quod, in *mortali peccato* decedentes per *purgatorium.*

uiam *inferni* ad *aeternam deducuntur damnationem.* Venialia autem habentibus, ita deus consulit, ut eos, ante *diem mortis*, *tribulationibus* aut quibuscunque dolorum uexationibus torqueat & purget sufficienter. Ita quod *post hanc uitam non* habet, quid ulterius in eisdem debeat emendare, sed mox animae talium, corpore solutae, requiem ingrediuntur sempiternam. Igitur inutile est, pro defunctis exorare, missare, aut uigilias decantare. Sed quod haec omnia auarus confinxit clerus, ut suis missis & orationibus *symoniacas* pecunias uenaretur.

Item *in quotidianis suis ad populum sermonibus* dure ualde *inuehebant* contra omnium, tam *Christi crucifixi*, quam *sanctorum* IMAGINVM *statuas*, quod easdem prout idola surda & muta extra ecclesias eiiciendo confringerent, uel ignis uoragine consumerent, eo quod scribitur Exod. XX. ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis; non habebis deos alienos; non facies tibi sculptile & omnem similitudinem, quae est in coelo desuper, neque in terra deorsum &c. Quapropter non solum *Taborienses*, sed cum eis & plurimi Pragenses, omnium ecclesiatum imagines, in quocunque poterant reperiri loco, concutiebant, secabant & comburebant, aut erutis oculis & nasis abscissis, uelut turpia monstra in magnum dedecus & scandalum relinquebant, blaspheme dicentes: Si deus aut eius sanctus es, tunc te defende & credemus tibi. Depictas uero in parietibus imagines, lanceis aut cultellis uulnerantes, aut luto proiicientes, ignominiose deturpabant. Eo tempore preciosissimae altarium tabulae ante praetorium sunt concussae et ad sanctum Ambrosium per Taboritas combustae.

Tollunt imagines diuorum; *nasis abscissis;* *picturas delent aut deturpant.*

bustae. Nulla pro tunc in ecclesiis sculpta habebantur, neque imagines, sed in omnibus ecclesiis super altari maiori fiebat de lapidibus *Archa*, in qua corpus Christi & monstrantia pro adorando fidelibus locabatur. *Sola Arca seruata.*

Item ex eodem erronee intellecto fundamento, SVFFRAGIA SANCTORVM negabant, dicentes: quid *Petrus* aut *Paulus*, aut alter quicunque sanctorum? nunquid non fuerunt *homines*; sicut & nos & saluati sunt *per solius dei auxilium* & eius *inuocationem*, sine *sanctorum inuocatione* uel intercessione & nullius quantumcunque sancti, praeter Christi, ieiunabant uigilias, nec aliquod festum praeter diem dominicum celebrare uoluerunt, cum omnia talia non deus, sed homines instituerunt. Qua de re feria VI. & in quatuor temporibus ac uigiliis sanctorum, carnes in multorum scandalum & ruinam deuorabant, nullam diem ieiunantes, nisi quam presbyteri eorum eis ieiunare praecipiebant, tunc omnino illo die nec comedere, nec bibere licebat, quidam usque ad uesperum & quidam usque ad alteram diem abstinentes. Ex quibus quaedam praesumtuosae mulieres bis in die, pro coena uidelicet & prandio, eucharistiae sacramento sunt refectae, pueris etiam & infantulis non dabant edere, nec mammas sugere pro corporis sustentatione, ad instar ieiunii Niniuitarum, nisi prius effusis copiosis lacrymis ulularent. *Suffragia sanctorum nihil efficiunt.* *Vnde multa paradoxa.*

Item quia SVFFRAGIA SANCTORVM *negabant*, omnes ECCLESIAS & ALTARIA, quae non soli deo, sed titulo alicuius sancti fuerunt dedicata, dixerunt esse maledicta & symoniaca & cum domibus plebanorum fore destruenda & comburenda. Cum apostoli nec taliter ecclesias consecrarunt, *Destructio templorum & altarium, nomini sancti alicuius dedicatorum.*

nec splendidas & praeparatas habuerunt domos, decimas & templorum dotationes; sed per mundum discurrentes, elemosyna contenti, uerbum dei fideliter praedicauerunt. Quamobrem sine numero ecclesias regni cum domibus plebanorum combusserunt, aut alio quouis modo destruxerunt, ut plebani & eorum uicarii, dimissis propriis ouibus, cum eis uagarentur, prohibebantque a dotatis presbyteris sacramenta percipere. Et factum est, quod in multis miliaribus, ubi Taboritae habuerunt potentiam, nulla fuit ecclesia, quae haberet rectorem ibidem residentem, sed omnes timentes fugierunt. Et multi sine uiatico & baptismali fonte decesserunt.

Peruersum de uiris magni in ecclesia nominis iudicium.

Item *doctores sanctos* per ecclesiam approbatos, qui *ritus ecclesiasticos suis scriptis* approbauerunt, uilipendentes reprobabant dicentes: Quid AVGVSTINVS? quid HIERONYMVS & caeteri profuerunt ECCLESIAE, imo plus suis scriptis, approbando *ceremonias*, obfuerunt ecclesiae dei, quam profuerunt. Et quod HIERONYMVS *diminute biblia transtulisset.* Similiter magistros Pragenses, ritus ecclesiasticos & obseruantias a sanctis patribus traditas defendentes in suis confutarunt sermonibus, dicentes: ad quid sunt nobis Mistrizy ffistrzy, cum in sola humana sapientia dies suos confusiue consumunt & ex hoc multorum corda in odium uerterunt magistrorum.

Nouum malum.

Item, his malis celebre quondam nomen *regni* BOHEMIAE defendentibus non contenti imo pessima prioribus addiderunt malis, *scripturas prophetarum* & *euangelia*, ad suum infatuatum sensum retorquentes, reparari regnum Christi, nunc in nostris diebus, ad *uulgum* publicabant, ponentes multos & uarios *articulos*, quosdam *haereti-*

cos,

cos, alios *erroneos* & plures *scandalosos*. Quorum principalis autor, publicator & defensor fuit quidam iuuenis *presbyter* de MORAVIA, *elegantis* ingenii & supra modum *magnae memoriae*, nomine MARTINVS dictus LOQVIS; a *loquendo*, quia non doctorum, sed quae sua erant, intrepide loquebatur. Cuius principales adiutores fuerunt M. Ioannes *Oilczin*, Marcoldus *Baccalaureus* in artibus, *Coranda* & caeteri prius nominati TABORITARVM presbyteri. Et hi omnes respectum habebant ad quendam VENCESLAVM *in Praga* PINCERNAM, qui ultra omnes in *Biblia* notus, nouum per antiquum & econtrario exponebat *testamentum*. Fuerunt autem infra scripta, quae publice docebant.

Presbyteri de MORAVIA *& adseclarum.*

insolens doctrina.

Primo, quod in *praesentis saeculi* consummatione adueniet *Christus occulte*, sicut fur, *nouo aduentu*, ad *regnum suum reparandum*, pro quo oramus, *Adueniat regnum tuum* & in hoc aduentu non erit tempus gratiae, sed ultionis & retributionis in igne & gladio. Ita quod omnes *legis Christi aduersarii* debent perire *septem plagis* nouissimis, ad quarum executionem sunt fideles prouocandi.

1) de clandestino aduentu Christi.

Item in isto tempore *ultionis*, Christus in sua *mititate* & miseratione non est imitandus ad ipsos peccatores, sed in zelo & furore & iusta retributione.

2) eius facilis.

Item in hoc tempore *ultionis* quilibet fidelis, etiam presbyter, quantumcunque spiritualis, est maledictus, qui *gladium suum* corporalem prohibet a sanguine *aduersariorum* legis Christi, sed debet manus suas lauare in eorum sanguine & sanctificare.

3) in sanguine hostium.

Item isto tempore *ultionis*, quicunque audiuerit

4) fuga in montes.

rit praedicari uocem Christi, qua dixit: tunc qui in *Iudea* sunt, fugiant ad *montes* & qui non exiuerit de ciuitatibus, uillis & *castellis* ad montes corporales, ubi modo *Taborienses* uel eorum fratres congregantur, ille peccat mortaliter contra praeceptum Christi & in peccato suo peribit, quia nunc nemo saluari potest a plagis domini, nisi ueniant ad montana.

5) interitus uillarum. Item hoc tempore ultionis omnes ciuitates, uillae & castella debent *desolari*, destrui & comburi, quia iam nec dominus deus nec aliquis in eas ingredietur.

6) salus in monte Tabor. Item quod fratres *Taborienses* isto tempore ultionis, sunt *angeli missi* ad educendum fideles de omnibus *ciuitatibus*, uillis & castellis ad montes, sicut Loth de Sodomis & quod fratres cum suis adhaererentibus, sunt illud corpus, ad quod, ubicunque fuerit, congregabuntur & aquilae, de quibus etiam dictum est: omnis locus, quem calcauerit pes uester, uester est & erit. Sunt enim exercitus, a deo per totum mundum missus, ad tollendum omnia scandala de regno Christi, quod est ecclesia militans & ad eiiciendum malos de medio iustorum & ad faciendum uindictam & plagas & nationes aduersariorum legis Christi & eorum ciuitates, uillas & munitiones euertendas.

7) de conseruatione 5. ciuitatum; in quas confugere licet Item quod in toto *christianismo hoc tempore ultionis* quinque tantummodo *ciuitates* corporales remanebunt, ad quas fideles domini debent confugere & saluari, aliis omnibus ut Sodomis peremtis & subuersis.

8) etiam inuito altero, coniugi, Item alter uel altera coniugum inuito alio coniuge, tam ipso quam liberis & omnibus aliis relictis, potest & debet ad montes praedictos confugere, aut ad dictas quinque ciuitates.

Item

Item quod aduersariorum legis Christi bona temporalia per fideles praedictos debent tolli, auferri & uastari, destrui uel comburi. *9) ruina bonorum Christi.*

Item in fine istius consumationis saeculi, Christus descendens de coelo manifeste ueniet in propria persona & uidebitur oculis carnalibus, ut regnum in hoc mundo assumat & faciet grande conuiuium & coenam agni, ueluti nuptias sponsae suae ecclesiae hic in montibus corporalibus. Et intrabit rex Christus, uidere discumbentes & omnes, non habentes uestes nuptiales, mittet in tenebras exteriores. Et sicut tempore Noë omnes extra arcam, aqua diluuii sunt absorpti, sic tunc omnes mali, qui fuerint extra montes, uno momento absorbebuntur & omnia scandala de regno suo eiiciet. *10) Ipse aduentus Christi, ad parandum prandium, hac aura adhuc fruentibus.*

Item in aduentu Christi isto secundo ante diem iudicii cessabunt reges, principes, ac omnes ecclesiarum praelati nec erit in regno sic reparato tributum & exactor, quia filii dei calcabunt colla regum & omnia regna sub coelo dabuntur eis. Sapientiae 7. Et electi non ulterius patientur persecutionem, sed reddent retributionem. *11) Rege uel principe tum ex stente nullo.*

Item in hoc regno reparato, nullum erit peccatum, nullum scandalum, nulla abominatio, nullum mendacium, sed omnes erunt electi filii dei, omnes passiones Christi & membrorum eius cessabunt. *12) Scelerum plena omnia.*

Item in ecclesia seu in regno reparato parient mulieres infantulos suos sine dolore & peccato originali. Isaiae LXVI. Generabunt absque perturbatione. Et 1 Ioannis ultimo. *13) Partus mulierum extra ordinem.*

Item paruuli in hoc regno nati si erunt de hoc regno, nunquam morientur, quia mors ultra non erit. Apoc. XXI. *14) Tum nati mori nesciant.*

Item

15) Gloria iſtius aeui maior, quam ulla uidit aetas.

Item gloria huius regni ſic reparati in hac uia ante mortuorum reſurrectionem erit maior, quam primitiuae eccleſiae.

16) Norma actionum tum ipſe deus; non audito ſuaemet rationis dictamine.

Item ſol humanae intelligentiae non lucebit hominibus in regno reparato, quia non docebit unusquisque proximum ſuum, ſed omnes erunt docibiles dei.

Item infideliſſime docebant, quod lex gratiae perfectiſſima, poſtquam non erit alia hominis directiua hac uia & regna reparato, euacuabitur & ceſſabit quoad actum & executionem.

17) Ceſſatio legum, etiam diuinarum.

18) deſtructio templis; templum ipſe deus.

Item inſtitutio Pauli de conuentu ad eccleſiam, non implebitur poſt informationem, nec debet exequi, quia iam templa non erunt. Apoc. XX. Dominus enim omnipotens templum illius eſt, ſicut enim fides & ſpes deſtruentur ſic & templa.

19) Ceremonia in aduentu Chriſti ſpeciali obſeruanda.

Item in hoc manifeſto aduentu ueniet Chriſtus in nubibus coeli & in magna maieſtate cum angelis ſuis & omnes qui mortui ſunt in Chriſto, corporaliter reſurgentes, primi uenient cum eo, iudicaturi uiuos & mortuos. Deinde omnes electi, qui pro tunc relinquentur uiui, ab extremis terrae in corpore ſimul rapientur cum illis in nubibus obuiam throno in aera, ut dicit apoſtolus. Et dicebant hoc fieri cito infra paucos annos, in quibus aliqui ex nobis remanentes uiui uidebunt ſanctos dei reſurgentes & inter eos *magiſtrum Iohannem Hus*, quia abreuiabit dominus hoc tempus ultionis, accelerando conſummationem ſeculi propter ſuos electos.

20) Reſtitutio in integrum electorum, tum niuentium.

Item iſti electi, qui ſic uiui relinquentur, ad ſtatum innocentiae ipſius Adae in paradiſo & ut Enoch & Elias reducentur. Et erunt abſque omni fame & ſiti & omni alia poena tam ſpirituali quam corporali, Qui etiam ſancto connubio

bio & immaculato thoro generabunt carnaliter hic in terris & in montibus filios & nepotes absque omni dolore & perturbatione & absque omni peccato originali, nec tunc opus erit baptismate fluminis, quia in spiritu sancto baptizabuntur, nec ibi erit sanctae eucharistiae sacramentum, quia nouo modo angelico pascentur, non in memoriam passionis Christi, sed eius iustitiae.

Item pro ueritate *praemissorum articulorum*, scripturas *sacras* ad sensum *suum interpretantes adducebant*. Quarum particulas curaui *pro posteris comportari*, *ut cunctis pateat*, quomodo *infatuata capita* simplices homines seduxerunt.

21) Quas fabulas probare uolunt ex sacro codice.

Suppositio prima.

Suppono primum, quod *hae autoritates* quarum prima scribitur *Apoc. X.* uidelicet ista: Quod in diebus septimi angeli, cum coeperit tuba canere, consumabitur missterium dei, sicut euangelisauit per seruos suos prophetas. Et secundum Daniel. XII. Cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur uniuersa haec, quae sunt scripta.

Confutatio horum improborum dogmatum.

Suppositio secunda.

Suppono secundo, postquam *completae* fuerint omnes passiones Christi, a spiritu sancto per prophetas praedictae, tunc in tota domo generaliter & non ante posteriores gloriae prophetatae apparebunt.

Tertio, quod uerba legis ueteris & nouae & uerorum prophetarum & sanctorum Apostolorum, quemadmodum sunt posita & uelut sonant, sunt uera & pro ueris allegari possunt.

Quarto, quod uerbis diuinis nihil est addendum, nec ab eis diminuendum. Quibus suppositionibus positis hoc modo formaui positionem

nem, quae est fundamentum fere omnium mearum praedicationum.

Consumatio seculi.

Iam nunc in *consummatione saeculi* uenit Christus, in die, quae dies domini appellatur, ut debellata exasperante consummatione in ea faciat & ut ecclesiam reparando ponat eam laudem in terra, uenit regnum in hoc mundo assumere & omnia scandala de eo eiicere & omnes qui faciunt iniquitatem, nec quicquam coinquinatum ad illud admittere, nihil faciens mendacium aut abominationem.

De Consummatione.

ideo decreta, ut finis fiat malorum & eise resecentur immedicabilia carcinomata.

Consumationem illam intelligo, quam praedixit *Christus Matth. XXIIII.* & de qua mentionem facit Matth. XIII. Et de qua Esaiae X. dicit ita: Consumationem enim & abbreuiationes dominus deus exercituum faciet, quam declarat Hieremias, faciat inquit, consumationem in cunctis gentibus, in quibus dispersi te, te autem faciam non in consumationem, sed castigabo te in iudicio, ut non uidearis tibi innoxius. Hieremiae XX. Quia reliquerunt deum, consumentur. Isaiae I. Quorundam tamen peccata tantum consummabuntur & sancti efficientur ex gentibus, unde scriptum est: lingua eius deuorans; Isaiae III. conteret scelestos & peccatores Isaiae I. Ecce interficiam omnes qui affligunt. Sophoniae. III.

Seculum.

Seculi, de quo hic sermo, quinam significatus.

Seculum capio, uelut *recipit Apostolus* Heb. IX. ita dicens: nunc autem in consumationem Seculorum, inuenis pluralitatem esse seculorum, dicit iam ea esse consummata. Et uelut etiam cap. Matth. XII. dicens: peccatum in spiritum sanctum non remittetur in hoc seculo, neque in futuro. Et iterum aliud dicitur Lucae XX. illi autem

tem qui digni habentur illo ſeculo, non futuro ſed ſeculo primo. Et etiam diffinientes ſecula ponunt plura, habentes differentiam inter ſeculum & mundum. Quando enim notabilis fit in hominibus mutatio, tunc ſeculum conſummatur. Conſumationem igitur ſeculi appello bonorum in melius commutationem & malorum exterminationem, quia ſcriptum eſt: quia faciam conſummationem in cunctis gentibus, te autem non faciam in conſummationem. Hieronimae XXX. Diem domini appello diem ultionis de qua Hieremiae LXIII. dies autem ultionis in corde meo. Annus retributionis meae uenit. Et LXI. miſit me ſpiritus ſanctus, annum placabilem & diem retributionis annunciare, de quo ſcribitur etiam Lucae IIII. Quae dies, ut fur in nocte, ita ueniet prima Theſſ. V. & in igne apparebit 1 Corinth. III. Quomodo diſceſſio quidem praeueniat, apoſtolus praedixit 2 Theſſ. II. de qua & Zacharias XIIII.

De *Aduentu.*

In qua die ueniens Chriſtus uenit Abacuc II. & uenit manducans & bibens uinum appellatur Luc. I. quia uenit in uia immaculata, pſallunt ſancti & exultationes dei in gutture eorum. Pſal. C. & canticum eſt eis Pſal. CL. Vox ſanctificatae ſolennitatis & laetitia cordis ſicut qui perdit cum tibia. Iſaiae III. & Pſal. C. & intelligent, quia in nouiſſimis diebus intelligetis conſilia domini. Hieremiae XIII. & III. quia iam ſignatus eſt. Iſaiae XXIX. & Danielis XII. in ſolutione ſigillorum 1 Johan. eſt apertus. Iam enim ueniens Chriſtus in innocentia in medio ſuae domus deambulat & miſericordiae opera facit, nihilominus tamen & iuſta operatur iudicia, non cognoſcendo ma-

Aduentus Chriſti probatur ex ſcripturae locis quam plurimis; ad ius dicendam cuique ex merito.

lignum, cuilibet pulſanti, quia malignis neſciens aperire ita dicit: neſcio uos Matth. XXI. Iam ſacerdotes qui ſecreto proximo detraxerunt perſequitur. Iam cum ſuperbo oculo magiſtrali incipit non manducare ſapientiae panem, quem conuertit retrorſum faciens eorum *ſapientiam ſtultam* Iſaiae XLIIII. Item Corinth. 1. Et cordi auarorum non ſatiato, etiam recuſat ſua ſacramenta. Immaculati, hoc eſt ſacerdotes, qui non ſunt poſſeſſionati & ab omni puluere cupiditatis excuſſi, ſedentes cum deo, miniſtrant iam nunc in chronico, iam facientem ſuperbiam praeponit de domo eiicere. Iam qui loquitur iniqua uerba iniquitatibus ſuae autoribus ſcripturae non poteſt dirigere. Quia uas quod confictum fuerit contra te non dirigetur. Iſaiae LIIII. Quid igitur iam reſtat, niſi ut in matutino interficiat peccatores & de ciuitate dei diſperdat omnes iniquitatem operantes & *turbentur in ueſpere & matutino non ſubſiſtant*, haec namque eſt pars eorum, qui uaſtauerunt nos & ſors diripientium nos Iſaiae XVII. in Pſal. C. uidelicet miſericordiam & iudicium tibi cantabo, domine. Ponuntur ſigna huius aduentus, ubi dicitur: pſallam & intelligam quoniam uenies ad me in uia immaculata. *Iam & pueri pſallunt & quidam intelligunt arcana ſecretorum.* Venit enim nomen domini de longinquo cum furore ardenti & ad portandum graui. Labia eius impleta ſunt indignatione & lingua eius quaſi ignis deuorans. Spiritus eius uelut torrens inundans, usque ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum & frenum erroris, haeretica ſtatuta, quod erat in maxillis populorum Iſaiae III. Indignatio namque eſt domino ſuper omnes gentes. Et furor ſuper omnem mali-

ſapientiam multorum pronunciando ſtultam,

ponendo obicem malis, ut turbentur in ueſpere & matutini non ſubſiſtant,

& poenis conſecrentur grauiſſimis iuſtiſſime iniquae.

maliciam eorum, interfecit eas & dedit eas in occasionem. Isaiae XXXVIII. Quia nunc consurgam, dicit dominus, nunc exaltabor, nunc leuabor, concipietis ardorem, parietis stipulam. Spiritus uester ut ignis uorabit uos & erunt populi quasi de incendio cinis, spinae congregatae igni comburentur. Et igitur contriti sunt in Syon peccatores, tremor possedit hypocritas Isaiae XXXIII. qui domus exasperans sunt. Ezech. III. venit namque duras debellator, in mediam ex terminis prosiliens & in momento uno praeclara natio peribit & coelestis status sacerdotum certo destrueretur & subito. Sapientiae XVIII & coelum magno impetu transiet: 2 Petr. III. & coeli & terra mouebuntur. Ioelis III.

Laudem ecclesiae circa ista attendendo, primo quod congregabimur, secundo quod mundabitur, 3) multiplicabitur, 4) pacificabitur, 5) par in gloria primitiuorum constituetur. 6) Quod maioris gloriae erit, quam fuit unquam. Ista ut exoptent ecclesiae a domino deo omnes sancti in oratione per Esaiam sic hortatur: deum ne taceatis, qui redempti estis & ne detis silentium dei, donec stabiliat & donec ponet Ierusalem, tandem in terra Esaiae LXII. in qua terra exponit Sophonias, cum dicit: ponam eos in laudem & honorem in omni terra confusionis eorum. Sophon. III.

Quae ecclesiam Christianam subleuant, sunt 1] collectio, 2] mundatio 3] multiplicatio, 4] pacificatio, 5] par gloria, 6] summus felicitatis, omnium sibi obuenturae, gradus.

Dē *collectione* ecclesiae.

Alias *oues habeo, inquit Christus, quae non sunt ex hoc ouili* & illas oportet me adducere & uocem meam audient Ioan. X. Mittet enim angelos suos & colligent electos a quatuor uentis *Matth. XXIV.* Quia ecce ego congregabo eos de uniuersis terris, ad quas eos eieci in furore meo

Collectionis ecclesiae primum fundamentum concordia & timor dei,

& in

& in ira mea & indignatione mea grandi & reducam eos ad locum istum & habitare faciam eos confidenter & erunt mihi in populum & ego ero illis in deum & dabo eis cor unum & viam unam, ut timeant me uniuersis diebus & bene fiet eis & filiis eorum post eos & feriam eis pactum sempiternum, haec legendo bene nota. Et non desinam eis benefacere & timorem in eum dabo in corde eorum, ut non recedant a me & laetabor super eos cum bene eis fecero & plantabo eos in terram istam in ueritate Hieremiae XXXII. & oculo ad oculum uidebunt, cum conuerterit dominus captiuitatem Syon. Esaiae XXII. quia ecce dies ueniunt & non dicent uiuit dominus, qui eduxit nos de terra Aegypti, sed uiuit dominus, qui eduxit nos de terris. Hieremiae XVI. & III. & XXXI. Quia cum sanctificatus fuero in uobis, tollam quippe uos de uniuersis terris Ezech. XXXVI. Haec congregatio & collectio certissime uentura est, quia eam etiam praedixit Christus. In quibus collectis omnia ad sermonem bonum spiritus sancti implebuntur, quæ tacta sunt in prophetia Hieremiæ, quæ in ueritate est implenda, quae ostendit, quod decentibus patribus, adhuc filii subintrabunt, semper tamen iuxta intentum sancti capiendo congregabit deus suos etiam, si ad ordines coeli fuerint dispersi. Deuteronomii XII.

benefacientis mortalibus, in iisque sibi ecclesiam constituentis,

testimonio saluatoris.

De *Purgatione* & mundatione ecclesiae.

Permundabit namque Christus aream suam Matth. III. & omnem palmitem in Christo fructum facientem, cum malae tollentur palmites, purgabit pater, ut plus fructum adferat. Iohan. XV. Ecce meritum tangit adhuc, quia cum male perdentur,

Vt bonorum à malis habeantur differentiae;

dentur, domino ueniente, uinea reddentibus fructum committetur. Effundetur quippe super electos aqua munda & purgabuntur ab omnibus inquinamentis. Ezech. XXXVI. Et probati in fide uelut per ignem comprobatur aurum, apparebunt mundi in die reuelationis 1 Petri I. purgabuntur enim filii Leui & colabit es uelut aurum & argentum & omnes mundi erunt, offerentes sacrificium in iustitia & tunc placebit sacrificium Iuda & Hierusalem sicut dies saeculi & sicut dies antiqui. Et iterum meritoria opera ponit. Item dicitur. Conuertam manum meam ad te & excoquam ad purum scoriam tuam & auferam omne stagnum tuum & restituam iudices tuos, ut fuerunt prius & consiliarios tuos sicut antiquitus, post haec uocaberis ciuitas iusta, urbs fidelis Syon in iudicio redimetur & reddunt eam in iustitia. Conteret scelestos & peccatores simul & qui dereliquerunt eum consumentur. Isaiae I. Ecce interficiam omnes, qui afflixerunt te. Sophoniae II.

sola fides, quae christianos, ut ignem metallum, reddit probatos,

separatis scoriis.

De *multiplicatione* ecclesiae.

Purgati enim plus fructum afferent Ioh. XV. Et implebuntur nuptiae discumbentibus. Matth. XXII. quia claudi & surdi, qui in illa die uocem domini audient congregabuntur. Vnde Hieremiae XXXI. Ecce ego adducam eos de terra aquilonis & congregabo ab extremis terrae, inter quos erit caecus & claudus & praegnans & pariens simul caetus magnus reuerentiam huic in fletu uenient & in precibus reducam eos per torrentes aquarum in uiam rectam. Hieremiae XXI. dicturi enim sunt filii sterilitatis, angustus est mihi locus, fac spacium mihi, ubi habitem. Quorum mater dicet in corde suo : quis genuit mihi istos, ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiua,

Boni conseruabuntur & unum inter se systema constituent, degentes licet in remotissimis terrarum locis; nulla de cetero conditionis, fortunae aut status habita ratione.

 istis

iſtis quis enunciet? ego deſtituta & deſoluta? & iſti ubi erunt. Iſaiae XLVIIII. & LX. Quia cum introducet filios in terram, quam patres eorum poſſiderunt, benedicens eos, maioris numeri faciet eos, quam fuerunt patres eorum. Deuteronom. XXX.

De *Pace eccleſiae.*

Et quemadmodum malis ſuccedunt meliora.

Surgens Ieſus imperauit uentis & mari & erit tranquillitas magna in die illa Matth. VIII. habebunt pacem electi cum deo, qui eis amplius non iraſcetur, ſicut ſcriptum eſt: in momento indignationis abſcondi faciem meam parumper a te & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui, dixit redemtor tuus deus. Sicut in diebus Noe iſtud mihi eſt, quod iuraui, ne inducerem aquas diluuii ſuper terras, ſic iuraui ut non iraſcar & non increpem te. Et infra: miſericordia mea non recedet a te, foedus pacis meae non mouebitur, pacem cum hominibus habebunt. Reges enim miniſtrabunt eis & gens, quae non ſeruiet illis, peribit Iſaiae LX. Exactor ceſſabit, quieſcit tributum Iſaiae XXI. Non impedientur a ſapientibus huius mundi ſicut nunc, quia uaſa fraudulenti peſſima, quae cogitationes continuat ad perdendos mites in ſermone mendacii cum loquetur pauper iudicium, de quibus Iſaiae XXXII. Non erunt iam denique omnem ſibi linguarum reſiſtentiae iudicabunt. Iſaiae LIIII. Quia de medio eorum auferentur magniloqui ſuperbiae & derelinquetur inter eos populus pauper Sophoniae III. ponam inquit dominus uiſitationem tuam pacem Iſaiae LX. Quia nouiſſimi ſancti ſunt pedes, qui ſunt in uiam pacis dirigendi. Lucae I. Quorum fines deus poſuit pacem. Pſal. CXLIII.

Sic deus, ira depoſita, miſeretur hominum;

torumque maxime, qui ad frugem redeunt;

his

his pedibus nulla ponentur in scabellum qui, inueentur calceamenta, quod prioribus est denegatum super Idumeam extendendum, quo filius prodigus, cum uenerit ad patrem, est calciatus. Quapropter disponam multitudinem pacis filiis tuis.

exemplo filii degeneris, mox resipiscentis.

De pari Gloria cum primitiuis.

Dies namque sanctorum innouabuntur, sicut a principio terrenorum ultio. Et haereditabunt sancti sicut a principio Ecclesiast. XXXVI. Et erunt sicut fuerunt, quoniam non erant proiecti. Zachar. X. Ad sua rura conuertentur. Hieremiae XXIII. Sereniter & crescerent & habitabunt illi montes sicut a principio. Ezech. XXXIII. Rursus aedificabuntur & ornabuntur in tympanis & egredientur in choro sudentium. Hieremiae XXXI. & Zachariae X. Quia hi nouissimi una hora fecerunt & pares effecti sunt portantibus pondus diei & aestus. Matth. XX.

Mediante enim diuina misericordia, ultimi erunt primi idemque cum his reportabunt proemium.

De maiori gloria domus nouissimae.

Eiectis de regno Christi omnibus scandalis & facientibus iniquitatem postquam dies illucescet & lucifer in cordibus orietur, tunc iusti fulgebunt sinit sol humanae intelligentiae. Isaiae LX. sed ipsi erunt in lucem gentium. Isaiae XLIIII. Iam laetabuntur uidentes uindictam, imo & uindictam facientes. Lucae XIX. Quoniam illi, qui calcauerunt Ecclesiasticam mensibus XLII. Apoc. XI. Erunt pedibus, de nouissimis sanctis in scandalum quibus erant Apostoli per ipsima infames tanquam mortui destinati, horum filii uenien-

Fulgentes sicut sol, naufragia damnatorum, quasi e specula! cernentes;

nientes enim adorabunt uestigia pedum. Isaiae LX. Quia iam stabilientur & erunt in laudem in terra. Isaiae LXII. Et hoc in terra confusionis suae. Sophon. III. Iam tristitia eorum uertetur in gaudium Iohan. XVI. haec cum praecedentibus iuncta ostendunt gloriam domus nouissimae maiorem plus, quam primae. Aggei XX. Et notum facient, quod maioribus donis donabuntur, quam ab initio habuerunt. Ezech XXXVI. Et hoc fiet in ueritate, postquam omnes fuerint passiones Christi consummatae, hoc declarat apostolus in epistola ita dicens 1 Corinth. XIII. non potest dicere caput pedibus &c. usque ibi: si gloriatur unum membrorum, congaudiant omnia, cuius similitudinis non nego hanc esse etiam sententiam, quam intelligat de isto corpore, in quo sunt & statuum dignitates. In quo contemptibiliores sunt ad iudicium constituendi. Et cui in tali corpore debetur honor, detur honor, tamen hoc etiam intelligit de istis nouissimis sanctis, pedes eos appellando, qui etiam hanc terram recipient in hereditatem, unde scriptum est, daboque terram tibi

ipsi uero causam tristitiae habentes nullam; suffulti quippe merito Christi.

Reliqua desunt in MSCTO uolumine.

LIB.

LIB. IV. MISCELLORVM.

NVM. I.

Sententia SIGISMVNDI III. *R. Poloniae* in senatu, de FELONIA CVRLANDIAE ducibus obiecta aduersus regnum & regem *Poloniae* remissaque. An. CIↃ IↃCXVI.

SIGISMVNDVS III. *dei gratia rex* POLONIAE, *magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae Liuoniaeque &c. nec non* SVECORVM, *Gottorum Vandalorumque hereditarius rex.* Significamus praesentibus literis nostris, quorum interest, uniuersis & singulis, *institutam* fuisse coram nobis in praesenti *generali conuentu regni*, illustri FRIDERICO, *Curlandiae* & *Semigalliae in Liuonia* duci, *uasallo* & *feudatario* nostro, ab instigatore nostro & reipublicae, causam & actionem, ratione *caducitatis* & *commissionis feudi* CVRLANDIAE & SEMIGALLIAE, arciumque, oppidorum, pagorum omniumque & singulorum bonorum, ad ducatum praedictum spectantium, *amissionis* & *priuationis*, propterea: quod *illustras* sua contra *pacta* publica cum antecessoribus nostris & nobiscum, ac republica inita & contra iuramentum *fidelitatis*, nobis, uti supremo & directo feudi *domino* praestitum, nec non contra *dispositionem* iuris *communis feudalis* cum illustri GVILHELMO, Curlandiae & Semigalliae duce, *fratre germano*, feudum praedictum & arces

Sententia SIGISMVNDI R. Poloniae an. 1616.

de Liuoniae *feudo*

amisso felonia

1) *ob factam diuisionem cum fratre.* arces feudoque adhaerentem iurisdictionem *diuisisset* &c, uelandae eius *diuisionis* gratia, *geminum* quoddam in uniuersos Curlandiae & Semigalliae incolas *imperium* introduxisset atque usurpasset.

2) *oppignor. ti nem plurium;* *Deinde* quod arces & nonnulla bona feudo praedicto subiecta, sine *consensu nostro hypothecae* nomine obligasset ac oppignorasset. Praeterea quod *appellationes* in controuersiis inter nobiles & subditos *Curlandiae* intercedentibus in prima subiectione nobis reseruatas ad nos denegasset.

3) *negatam adpellationem ad R. Poloniae;* Insuper quod *uasallagium* debitum contra *hostes* reipublicae nobis non praestitisset: contra uero *militem* nostrum, per *Curlandiam* eundem nobilitati nullo praeuio *conuentu* triplicata etiam seruitia *indixisset* & *imperasset*, ac si aliquando suum *uasallagium* praestitisset, illud ex *seruitiis nobilitatis* confecisset.

4) *quod seruitia denegasset & fefellisset;*

5) *regalem commissarium trucidasset;* *Denique* quod generosum magnum *Noldium*, aulicum nostrum, una cum fratre per *Mithauiam Rigam* tendentem, commissariique nostri munus gerentem & literis *salui conductus* nostri munitum ac in *protectionem* nostram *regiam* receptum & a *iurisdictione illustritatis* suae decreto nostro *exemptum* interemisset, easdemque literas *salui conductus* & *exemptionis* nostrae uiolasset, prout *citatio* eo nomine edita latius praemissa in se complectitur.

6) *citatus non comparuisset.* Cum itaque in termino ex praedicta *citatione* incidente, coram nobis & senatoribus nostris in *generali conuentu* regni *lateri* nostro *assidentibus* partes praefatae, *instigator* quidam noster personaliter, illustris uero *dux* FRIDERICVS per generosos & nobiles, Michaelem MANTEFFEL, cancellarium & Casparum DRELING, iuris utriusque doctorem, consiliarios suos comparuissent.

Incusatus. *Instigator* noster sigillatim articulos *actionis* & *citationis* suae, contra illustrem

ſtrem FRIDERICVM *proponebat.* Et inprimis, iacto hoc ueluti fundamento, quod de *iure feudali* per conſtitutionem *Friderici primi* imperatoris *diuiſio* feudorum maiorum, qualis eſt *ducatus Curlandiae* prohibita & uetita ſit, *illuſtrem* ſuam ducatus praedicti Curlandiae tituiati & natura ſua *indiuidui* a diuis *Sigismundo Auguſto* & *Stephano* regibus Poloniae, *Gotthardo* principi, eiusque ſucceſſoribus ſiue haeredibus maſculis quoad ſucceſſorium nimirum ordinem (prout & in feudo *ducatus Pruſſiae* fit) conceſſis, poſtea uero a nobis illuſtratibus ſuis, *Friderico* & *Guilhelmo* ducibus ſolenni ritu *renouati*, *dismembrationem* feciſſe ex eo demonſtrabat, quod *illuſtras* ſua ultra permiſſam a nobis *fructuum* & *emolumentorum*, ex fundis & bonis feudalibus prouenientium, ſeparatam perceptionem, ipſam quoque *iurisdictionem*, atque adeo totum feudum cum fratre *Guilhelmo* diuiſiſſet; *Curlandiaque* illuſtri *Guilhelmo* duci *contra* expreſſam *inueſtituram* & prohibitionem noſtram conceſſa, *Semigalliam* ipſa retineat ac poſſideat atque indiſtinctis *ducatibus illuſtrates* ſuae, ueluti DVO *ſuprema* & minime ſubordinata *capita*, *ſeparata dicaſteria* tam ciuilia quam *criminalia* & *feudalia*, *archiua*, item *uicarios* & uices gerentes *conſiliarios* aliosque *officiales* omnes diſtinctos, *cancellarias* ſeparatas habeant, diſtinctim *conuentus publicos* indicant & celebrent: diuiſim *homagia* a nobilitate recipiant, ſeparatim *ſeruitia militaria* equeſtria exigant, aliaque *onera* inuſitata ſeorſim, contra pacta prima ſubiectionis *nobilitati* imponant, *indicia* ſeiunctim publicent & exerceant, *appellationes* recipiant, executiones faciant *eccleſiarum uiſitationes* ſigillatim inſtituant & praeter nomen FEVDI *indiuiſum*,

ex iure communi, feudali Longobardico.

quod feudum indiuiduum diuiſiſſet.

onera imposuiſſet inſolita nobilitati.

cete-

cetera omnia, quae ad constitutionem *feudi* pertinent in effectu re ipsa *diuisa* & plane separata habeant ac possideant. *Arcium* uero & aliorum bonorum feudalium *oppignorationes* notorias esse allegabat. Ad haec *appellationum* ad nos *denegatarum*, uel hoc ipsum esse indicium & argumentum constituebat, quod nullae hactenus ex illo *ducatu* causae nobilium, ad iudicium nostrum fuissent per *appellationem* deuolutae: prouocasse ad *tribunal maiestatis nostrae*, plerosque illius *prouinciae incolas*; *protestationibus*, e nomine a uidua *Sueriniana* & *Rigensibus*, nec non a praefato *magno Noldio* factis, id ipsum confirmabat, ac insuper ex *recessibus* contra pacta publica fabricatis articulum de prouocatione ad nos sub poena *mille thalerorum nobilitati prohibita* exhibebat; ex eoque inferebat, quod licet *iudicium* nostrum *regium*, quod uigore *prouisionis ducalis* & *pactorum* publicorum, *subiectionis appellationum* deuoluendarum gratia, in *Liuonia* instituendum erat, ob uarias bellorum *Liuonicorum* calamitates, hactenus in effectum deductum non sit; non tamen propterea *regia nostra* iura ad *illustrates* suas pertrahi & *prouocationes ad nos* poenalibus interdictis & constitutionibus prohiberi & impediri oportebat. VASALLAGIVM praeterea debitum *tempore belli Liuonici* illustratem suam nobis non praestitisse, grauaminibus *nobilitatis Bauschenburgensis* & responso, *illustratibus* suis a nobis dato, deducebat ac praeterea recessu *Mithauiensi*, anno *millesimo sexcentesimo sexto*, hoc idem uasallagium penitus obliteratum & *seruitia nobilitati* contra transitum nostrarum copiarum *imperata* fuisse peculiaribus mandatis illustratis suae, comprobat. Quod uero *illustris* sua una cum

oppignorasset arces & bona alia.

adpellationem suis denegasset.

Idque sub poena mille thalerorum.

Seruitia negata, imo adhibita 1606. aduersus ipsum regem.

cum nobilitate in aliquot conflictibus depugnasset, inde euinci non posse, quod suum proprium *uasallagium*, *centum equorum* suis non *nobilitatis sumptibus* expeditum sitisset, cum & copias suas non prius copiis nostris regiis coniunxisset, quam cum post *pugnam Kockenhausensem* fortunam ad partes exercitus nostri se transtulisse sensisset & ante praefatam pugnam, non tam cum *hoste* quam cum milite nostro, qui *illustratis suae* ditionis fines transibat, decertasset, eiusque rei causa nobilitatem reluctantem *Bauskenbergum* conuocasset. Ad extremum *caedis* NOLDIANAE *illustratem* suam & authorem & conscium fuisse, *exceptionemque* nostram regiam nec non & *saluum conductum* praesertim in *commissario* nostro uiolasse, inde apparere dicebat, quod *conuentum publicum* una cum fratre *Guilhelmo, Noldiorum* acerrimo hoste, secus quam literis nostris *illustra* sua monita fuerat, indixisset eundemque *conuentum*, contra receptam *consuetudinem*, armatum esse uoluisset, fratrem, qui se eius *facti* dominum appellaret, non modo secum in arce retinuisset, *sed Linstonium & Loquinum* SICARIOS secum in arce commorari permisisset, mensaeque suae adhibuisset, *corpora trucidatorum*, mirum in modum *deformata* & *denudata*, nobilitati & cognatis petentibus *recusasset* & postea *uili* CARRO iniecta, ad aedes, unde uiuentes protracti fuerant, primum reduci, postea iterum *abripi* & ignominiose in obscura *specu sepeliri* demandasset eademque *die compotationes*, *tripudia* & *saltationes* instituisset, uariaque & non obscura *laetitiae* signa dedisset. Quae omnia ex *scrutinio* & inquisitione per *commissarios* nostros peracta, liquide patere posse existimabat & ad eandem *inquisitionem*

100. equorum.

nisi post obtentam uictoriam a R. Poloniae.

Caedis Noldianae dux conscius.

quod sicarios fouisset;

cadauer denegasset,

recusasset sepulturam honestam, imo de eade tripudium egisset.

& in ira mea & indignatione mea grandi & reducam eos ad locum iſtum & habitare faciam eos confidenter & erunt mihi in populum & ego ero illis in deum & dabo eis cor unum & viam unam, ut timeant me uniuerſis diebus & bene fiet eis & filiis eorum poſt eos & feriam eis pactum ſempiternum, haec legendo bene nota. Et non deſinam eis benefacere & timorem in eum dabo in corde eorum, ut non recedant a me & laetabor ſuper eos cum bene eis fecero & plantabo eos in terram iſtam in ueritate Hieremiae XXXII. & oculo ad oculum uidebunt, cum conuerterit dominus captiuitatem Syon. Eſaiae XXII. quia ecce dies ueniunt & non dicent uiuit dominus, qui eduxit nos de terra Aegypti, ſed uiuit dominus, qui eduxit nos de terris. Hieremiae XVI. & III. & XXXI. Quia cum ſanctificatus fuero in uobis, tollam quippe uos de uniuerſis terris Ezech. XXXVI. Haec congregatio & collectio certiſſime uentura eſt, quia eam etiam praedixit Christus. In quibus collectis omnia ad ſermonem bonum ſpiritus ſancti implebuntur, quæ tacta ſunt in prophetia Hieremiæ, quæ in ueritate eſt implenda, quae oſtendit, quod decentibus patribus, adhuc filii ſubintrabunt, ſemper tamen iuxta intentum ſancti capiendo congregabit deus ſuos etiam, ſi ad ordines coeli fuerint diſperſi. Deuteronomii XII.

benefacientis mortalibus, in iisque ſibi ecclesiam constituentis,

teſtimonio ſaluatoris.

De *Purgatione* & mundatione ecclesiae.

Permundabit namque Chriſtus aream ſuam Matth. III. & omnem palmitem in Chriſto fructum facientem, cum malae tollentur palmites, purgabit pater, ut plus fructum adferat. Iohan. XV. Ecce meritum tangit adhuc, quia cum male perdentur,

Vt bonorum à malis habeantur differentiae;

dentur, domino ueniente, uinea reddentibus fructum committetur. Effundetur quippe super electos aqua munda & purgabuntur ab omnibus inquinamentis. Ezech. XXXVI. Et probati in fide uelut per ignem comprobatur aurum, apparebunt mundi in die reuelationis 1 Petri I. purgabuntur enim filii Leui & colabit es uelut aurum & argentum & omnes mundi erunt, offerentes sacrificium in iustitia & tunc placebit sacrificium Iuda & Hierusalem sicut dies saeculi & sicut dies antiqui. Et iterum meritoria opera ponit. Item dicitur. Conuertam manum meam ad te & excoquam ad purum scoriam tuam & auferam omne stagnum tuum & restituam iudices tuos, ut fuerunt prius & consiliarios tuos sicut antiquitus, post haec uocaberis ciuitas iusta, urbs fidelis Syon in iudicio redimetur & reddunt eam in iustitia. Conteret scelestos & peccatores simul & qui dereliquerunt eum consumentur. Isaiae I. Ecce interficiam omnes, qui afflixerunt te. Sophoniae II.

sola fides, quae christianos, ut ignis metallum, reddit probatos,

separatio scoriis.

De *multiplicatione* ecclesiae.

Purgati enim plus fructum afferent Ioh. XV. Et implebuntur nuptiae discumbentibus. Matth. XXII. quia claudi & surdi, qui in illa die uocem domini audient congregabuntur. Vnde Hieremiae XXXI. Ecce ego adducam eos de terra aquilonis & congregabo ab extremis terrae, inter quos erit caecus & claudus & praegnans & pariens simul caetus magnus reuerentiam huic in fletu uenient & in precibus reducam eos per torrentes aquarum in uiam rectam. Hieremiae XXI. dicturi enim sunt filii sterilitatis, angustus est mihi locus, fac spacium mihi, ubi habitem. Quorum mater dicet in corde suo : quis genuit mihi istos, ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiua,

Boni conseruabuntur & unum inter se systema constituent, degentes licet in remotissimis terrarum locis; nulla de cetero conditionis, fortunae aut status habitationis.

 istis

his pedibus nulla ponentur in scabellum qui, inuenentur calceamenta, quod prioribus est denegatum super Idumeam extendendum, quo filius prodigus, cum uenerit ad patrem, est calciatus. Quapropter disponam multitudinem pacis filiis tuis.

exemplo filii degeneris, mox resipiscentis.

De pari Gloria cum primitiuis.

Dies namque sanctorum innouabuntur, sicut a principio terrenorum ultio. Et haereditabunt sancti sicut a principio Ecclesiast. XXXVI. Et erunt sicut fuerunt, quoniam non erant proiecti. Zachar. X. Ad sua rura conuertentur. Hieremiae XXIII. Sereniter & crescerent & habitabunt illi montes sicut a principio. Ezech. XXXIII. Rursus aedificabuntur & ornabuntur in tympanis & egredientur in choro sudentium. Hieremiae XXXI. & Zachariae X. Quia hi nouissimi una hora fecerunt & pares effecti sunt portantibus pondus diei & aestus. Matth. XX.

Mediante enim diuina misericordia, ultimi erunt primi idemque cum his reportabunt proemium.

De maiori gloria domus nouissimae.

Eiectis de regno Christi omnibus scandalis & facientibus iniquitatem postquam dies illucescet & lucifer in cordibus orietur, tunc iusti fulgebunt sinit sol humanae intelligentiae. Isaiae LX. sed ipsi erunt in lucem gentium. Isaiae XLIIII. Iam laetabuntur uidentes uindictam; imo & uindictam facientes. Lucae XIX. Quoniam illi, qui calcauerunt Ecclesiasticam mensibus XLII. Apoc. XI. Erunt pedibus, de nouissimis sanctis in scandalum quibus erant Apostoli per ipsima infames tanquam mortui destinati, horum filii uenien-

Fulgentes sicut sol, naufragia damnatorum, quasi e specula! cernentes;

nientes enim adorabunt uestigia pedum. Isaiae LX. Quia iam stabilientur & erunt in laudem in terra. Isaiae LXII. Et hoc in terra confusioris suae. Sophon. III. Iam tristitia eorum uertetur in gaudium Iohan. XVI. haec cum praecedentibus iuncta ostendunt gloriam domus nouissimae maiorem plus, quam primae. Aggei XX. Et notum facient, quod maioribus donis donabuntur, quam ab initio habuerunt. Ezech XXXVI. Et hoc fiet in ueritate, postquam omnes fuerint passiones Christi consummatae, hoc declarat apostolus in epistola ita dicens 1 Corinth. XIII. non potest dicere caput pedibus &c. usque ibi: si gloriatur unum membrorum, congaudiant omnia, cuius similitudinis non nego hanc esse etiam sententiam, quam intelligat de isto corpore, in quo sunt & statuum dignitates. In quo contemptibiliores sunt ad iudicium constituendi. Et cui in tali corpore debetur honor, detur honor, tamen hoc etiam intelligit de istis nouissimis sanctis, pedes eos appellando, qui etiam hanc terram recipient in hereditatem, unde scriptum est, daboque terram tibi

ipsi uero causam tristitiae habentes nullam;

suffulti quippe merito Christi.

Reliqua desunt in MSCTO uolumine.

LIB.

LIB. IV. MISCELLORVM.

NVM. I.

Sententia SIGISMVNDI III. *R. Poloniae* in senatu, de FELONIA CVRLANDIAE ducibus obiecta aduersus regnum & regem *Poloniae* remissaque. An. CIↃ IↃCXVI.

SIGISMVNDVS III. *dei gratia rex* POLONIAE, *magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae Liuoniaeque &c. nec non* SVECORVM, *Gottorum Vandalorumque hereditarius rex.* Significamus praesentibus literis nostris, quorum interest, uniuersis & singulis, *institutam* fuisse coram nobis in praesenti *generali conuentu regni*, illustri FRIDERICO, *Curlandiae* & *Semigalliae in Liuonia* duci, *uasallo* & *feudatario* nostro, ab instigatore nostro & reipublicae, causam & actionem, ratione *caducitatis* & *commissionis feudi* CVRLANDIAE & SEMIGALLIAE, arciumque, oppidorum, pagorum omniumque & singulorum bonorum, ad ducatum praedictum spectantium, *amissionis* & *priuationis*, propterea: quod *illustras* sua contra *pacta* publica cum antecessoribus nostris & nobiscum, ac republica inita & contra iuramentum *fidelitatis*, nobis, uti supremo & directo feudi *domino* praestitum, nec non contra *dispositionem* iuris *communis feudalis* cum illustri GVILHELMO, Curlandiae & Semigalliae duce, *fratre germano*, feudum praedictum & *Sententia* SIGISMVNDI *R. Poloniae an. 1616.* *de* Liuoniae *feudo* *amisso felonia*

1) obfactam diuisionem cum fratre.

arces feudoque adhaerentem iurisdictionem *diuisisset* &, uelandae eius *diuisionis* gratia, *geminum* quoddam in uniuersos Curlandiae & Semigalliae incolas *imperium* introduxisset atque usurpasset.

2) oppignorationem plurium;

Deinde quod arces & nonnulla bona feudo praedicto subiecta, sine *consensu nostro hypothecae* nomine obligasset ac oppignorasset. Praeterea quod *appellationes* in controuersiis inter nobiles

3) negatam adpellationem ad R. Poloniae;

& subditos *Curlandiae* intercedentibus in prima subiectione nobis reseruatas ad nos denegasset. Insuper quod *uasallagium* debitum contra *hostes* reipublicae nobis non praestitisset: contra uero

4) quod seruitia denegasset & fefellisset;

militem nostrum, per *Curlandiam* eundem nobilitati nullo praeuio *conuentu* triplicata etiam seruitia *indixisset* & *imperasset*, ac si aliquando suum *uasallagium* praestitisset, illud ex *seruitiis nobilitatis* confecisset. *Denique* quod generosum

5) regalem commissarium trucidasset;

magnum *Noldium*, aulicum nostrum, una cum fratre per *Mithauiam Rigam* tendentem, commissariique nostri munus gerentem & literis *salui conductus* nostri munitum ac in *protectionem* nostram *regiam* receptum & a *iurisdictione illustritatis* suae decreto nostro *exemptum* interemisset, easdemque literas *salui conductus* & *exemptionis* nostrae uiolasset, prout *citatio* eo nomine edita latius praemissa in se complectitur. Cum itaque

6) citatus non comparuisset.

in termino ex praedicta *citatione* incidente, coram nobis & senatoribus nostris in *generali conuentu* regni *lateri* nostro *assidentibus* partes praefatae, *instigator* quidam noster personaliter, illustris uero *dux* FRIDERICVS per generosos & nobiles, Mi-

Incusatus.

chaelem MANTEFFEL, cancellarium & Casparum DRELING, iuris utriusque doctorem, consiliarios suos comparuissent. *Instigator* noster sigillatim articulos *actionis* & *citationis* suae, contra illu-

strem

ſtrem FRIDERICVM *proponebat*. Et inprimis, iacto hoc ueluti fundamento, quod de *iure feudali* per conſtitutionem *Friderici primi* imperatoris *diuiſio* feudorum maiorum, qualis eſt *ducatus Curlandiae* prohibita & uetita ſit, *illuſtrem* ſuam ducatus praedicti Curlandiae titulati & natura ſua *indiuidui* a diuis *Sigismundo Auguſto* & *Stephano* regibus Poloniae, *Gotthardo* principi, eiusque ſucceſſoribus ſiue haeredibus maſculis quoad ſucceſſorium nimirum ordinem (prout & in feudo *ducatus Pruſſiae* fit) conceſſis, poſtea uero a nobis illuſtratibus ſuis, *Friderico* & *Guilhelmo* ducibus ſolenni ritu *renouati*, *dismembrationem* feciſſe ex eo demonſtrabat, quod *illuſtras* ſua ultra permiſſam a nobis *fructuum* & *emolumentorum*, ex fundis & bonis feudalibus prouenientium, ſeparatam perceptionem, ipſam quoque *iurisdictionem*, atque adeo totum feudum cum fratre *Guilhelmo* diuiſiſſet; *Curlandiaque* illuſtri *Guilhelmo* duci *contra* expreſſam *inueſtituram* & prohibitionem noſtram conceſſa, *Semigalliam* ipſa retineat ac poſſideat atque indiſtinctis *ducatibus illuſtrates* ſuae, ueluti DVO *ſuprema* & minime ſubordinata *capita*, *ſeparata dicaſteria* tam ciuilia quam *criminalia* & *feudalia*, *archiua*, item *uicarios* & uices gerentes *conſiliarios* aliosque *officiales* omnes diſtinctos, *cancellarias* ſeparatas habeant, diſtinctim *conuentus publicos* indicant & celebrent: diuiſim *homagia* a nobilitate recipiant, ſeparatim *ſeruitia militaria* equeſtria exigant, aliaque *onera* inuſitata ſeorſim, contra pacta prima ſubiectionis *nobilitati* imponant, *iudicia* ſeiunctim publicent & exerceant, *appellationes* recipiant, executiones faciant *eccleſiarum uiſitationes* ſigillatim inſtituant & praeter nomen FEVDI *indiuiſum*,

ex iure communi feudali Longobardico.

quod feudum indiuiduum diuiſiſſet.

onera impoſuiſſet inſolita nobilitati.

cute-

cetera omnia, quae ad constitutionem *feudi* pertinent in effectu re ipsa *diuisa* & plane separata habeant ac possideant. *Arcium* uero & aliorum bonorum feudalium *oppignorationes* notorias esse allegabat. Ad haec *appellationum* ad nos *denegatarum*, uel hoc ipsum esse indicium & argumentum constituebat, quod nullae hactenus ex illo *ducatu* causae nobilium, ad iudicium nostrum fuissent per *appellationem* deuolutae: prouocasse ad *tribunal maiestatis nostrae*, plerosque illius *prouinciae incolas*, *protestationibus*, e nomine a uidua *Sueriniana* & *Rigensibus*, nec non a praefato *magno Noldio* factis, id ipsum confirmabat, ac insuper ex *recessibus* contra pacta publica fabricatis articulum de prouocatione ad nos sub poena *mille thalerorum nobilitati probibita*, exhibebat; ex eoque inferebat, quod licet *iudicium* nostrum *regium*, quod uigore *prouisionis ducalis* & *pactorum* publicorum, *subiectionis appellationum* deuoluendarum gratia, in *Liuonia* instituendum erat, ob uarias bellorum *Liuonicorum* calamitates, hactenus in effectum deductum non sit; non tamen propterea *regia nostra* iura ad *illustrates* suas pertrahi & *prouocationes ad nos* poenalibus interdictis & constitutionibus prohiberi & impediri oportebat. VASALLAGIVM praeterea debitum *tempore belli Liuonici* illustratem suam nobis non praestitisse, grauaminibus *nobilitatis Bauschenburgensis* & responso, *illustratibus* suis a nobis dato, deducebat ac praeterea recessu *Mithauiensi*, anno *millesimo sexcentesimo sexto*, hoc idem uasallagium penitus obliteratum & *seruitia nobilitati* contra transitum nostrarum copiarum *imperata* fuisse peculiaribus mandatis illustratis suae, comprobat. Quod uero *illustras* sua una cum

oppignorasset arces & bona alia.

adpellationem suis denegasset.

Idque sub poena mille thalerorum.

Seruitia negata, imo adhibita 1666. aduersus ipsum regem.

cum nobilitate in aliquot conflictibus depugnaſ-
ſet, inde euinci non poſſe, quod ſuum propri-
um *uaſallagium*, *centum equorum* ſuis non *nobili-* *100. equo-*
tatis ſumptibus expeditum ſiitiſſet, cum & copias *rum.*
ſuas non prius copiis noſtris regiis coniunxiſſet,
quam cum poſt *pugnam Kockenhauſenſem* fortu- *niſi poſt ob-*
nam ad partes exercitus noſtri ſe transtuliſſe ſen- *tentam ui-*
ſiſſet & ante praefatam pugnam, non tam cum *ctoriam a*
hoſte quam cum milite noſtro, qui *illuſtratis ſuae* *R. Poloniae.*
ditionis fines tranſibat, decertaſſet, eiusque rei cau-
ſa nobilitatem reluctantem. *Bauskenbergum* con-
uocaſſet. Ad extremum *caedis* NOLDIANAE *illu-* *Caedis Nol-*
ſtratem ſuam & authorem & conſcium fuiſſe, *ex-* *dianae dux*
ceptionemque noſtram regiam nec non & *ſaluum* *conſcius.*
conductum praeſertim in *commiſſario* noſtro uio-
laſſe, inde apparere dicebat, quod *conuentum pu-*
blicum una cum fratre *Guilhelmo, Noldiorum* a-
cerrimo hoſte, ſecus quam literis noſtris *illuſtra*
ſua monita fuerat, indixiſſet eundemque *con-*
uentum, contra receptam *conſuetudinem*, armatum
eſſe uoluiſſet, fratrem, qui ſe eius *facti* domi-
num appellaret, non modo ſecum in arce retinu-
iſſet, *ſed Linſtonium & Loquinum* SICARIOS ſecum *quod ſicari-*
in arce commorari permiſiſſet, menſaeque ſuae *us fouiſſet;*
adhibuiſſet, *corpora trucidatorum*, mirum in mo-
dum *deformata* & *denudata*, nobilitati & cogna-
tis petentibus *recuſaſſet* & poſtea *uili* CARRO in- *cadauer de-*
iecta, ad aedes, unde uiuentes protracti fuerant, *negaſſet,*
primum reduci, poſtea iterum *abripi* & ignomi-
nioſe in obſcura *ſpecu ſepeliri* demandaſſet ea-
demque *die compotationes*, *tripudia* & *ſaltationes* *recuſaſſet ſepulturam*
inſtituiſſet, uariaque & non obſcura *laetitiae* ſi- *honeſtam,*
gna dediſſet. Quae omnia ex *ſcrutinio* & inqui- *imo de cae-*
ſitione per *commiſſarios* noſtros peracta, liquide *de tripudi-*
patere poſſe exiſtimabat & ad eandem *inquiſitio-* *um egiſſet.*

nem

nem prouocabat. Atque ita, *deductu* & *probatis* luculenter *propositionis* suae ARTICVLIS, petebat *instigator* noster super praefato *illustri* FRIDERICO *duce* ob causas iam enumeratas PRIVATIONEM FEVDI DVCATVS CVRLANDIAE & SEMIGALLIAE decerni.

REPOSITIO *internunti-orum* PRINCIPIS *Curlandiae.*

Ex aduerso internuncii & mandatarii *principis* FRIDERICI, primum ab instigatore nostro, de *diuisione* feudi propositum *articulum* ita *diluebant*, *feudum* CVRLANDIAE *semigalliae illustratibus suis* FRIDERICO & GVILHELMO ducibus in SOLIDVM a nobis solenni ritu inuestitis concessum & feudo adhaerentem *iurisdictionem* pro *indiuiso* illustrates suae a tempore *inuestiturarum* suarum in hunc usque diem possedisse & possidere integrumque ius *feudi*, ac plenam in sua proprietate & substantia *iurisdictionem* retinere. Quod uero rerum *oeconomicarum* ac utilis *dominii administrationem*, *iurisdictionisque* exercitium diuisissent, in eam re *illustrates* suas Illustris GOTTHARDI DVCIS *parentis* sui uoluntatem *ultimam* secutas ac, ut publicis & *priuatis rationibus* ducatus melius consultum ac prouisum esset, de percipiendis *diuisim prouentibus* & *fructibus* ac *iurisdictione* separatim exercendam certis *legibus* pactas esse, super eademque conuentione approbationem & confirmationem nostram impetrasse. Itaque habuisse & habere *illustrates* suas, *seorsiuas cancellarias* & *dicasteria*, per *communes* tamen atque ex *utraque residentia* adhibitos *consiliarios*, *iudicia* tam *ciuilia* quam *criminalia* celebrare in *iudicio* uero APPELLATIONVM, ut & in *ducatus conuentibus* non tantam simul utramque *illustrantem* suam praesentem esse, quod, & in postremo conuentu factum est, uerum etiam per uices *praesidis* officium sustinere; arcium praeterea *capitaneos*

1) *ad* DIVISIONEM *feudi, quod principatus datus utrique Oeconomia tantum diuisa.*

idque ex testamento patris.

Manere tamen indiuisa tribunalia, nobilitatem, homagia subditorum.

neos utrique *illuſtratum* ſuarum iuramento obſtrictos eſſe, *nobilitatem* quoque, in utriusque principis nomen, *homagia* praeſtare atque adeo fruſtra *illuſtratem* ſuam *dismembrationis feudi* & iurisdictionis, ei adhaerentis poſtulari & accuſari. *Oppignorationes* rurſus *arcium* & *bonorum* ducatus *Curlandiae* & *Semigalliae* quod attinet, diſſoluendi quidem *aeris alieni*, per illuſtrem GOTTHARDVM ducem, ILLVSTRATVM ſuarum parentem, tempore belli *Moſsbowitici* & *Suetici*, conflati gratia, *illuſtrates* ſuas, ſummas aliquot mutuo acceppiſſe, uerum & id quoque *authoritate noſtra* approbatum & ratum a nobis habitum fuiſſe. Quod ſi poſt hanc noſtram *ratihabitionem illuſtris* FRIDERICVS *dux* aliquam forte *minutiorem curiam* alicui inſcripſit, id nullo cum detrimento Reipublicae factum eſſe & quouis tempore ab eodem *onere* liberari poſſe, reſpondebant. Porro articulum DENEGATARVM ad nos *appellationum* quod ſpectat, iidem internuncii ſic *illuſtratem* ſuam defendebant; de *appellationibus nobilitati, ad nos prouocanti, admittendis* nihil in *literis inueſtiturae illuſtratis* ſuae contineri, illud ſolum modo cautum eſſe, ut *illuſtratum* ſacrum ſubiecti & ratione domiciliorum ſubditi, ad ſuum tantum *principem* prouocarent, in grauibus uero & magni *momenti* cauſis, *nobilitas* ad *conuentum prouincialem* terrarum Liuoniae *appellaret*. Cum itaque hic conuentus *Liuonicus* hactenus celebratus non eſſet, nec celebrari potuiſſet; *illuſtratem* ſuam in re dubia *appellationibus* nobilium deferre non potuiſſe: uerum cum *nobilitate* ſua in *conuentu publico* conueniſſe, ut *appellationes* loco *conuentus generalis Liuonici*, ad *conuentum prouincialem Curlandiae* deuoluerentur. Quodſi haec *pactio illuſtratis*

2) *ad* OPPIGNORATIONES *quod factae ob aes alienum, in belli contractum.*

3) *denegatas* APPELLATIONES, *ſed nihil de illis in nexu clientelari haberi. Et appellationes faciendas ad*

conuentum Liuoniae generalem. *ſtratis* ſuae nobis *diſpliceret*, exſpectare *illuſtratem* ſuam, *declamtionem* & informationem noſtram, quonam & in quibus *cauſis appellationes nobilitati Curlandicae* & *Semigallicae* admitti debeant. Quod quam primum factum fuerit, haud grauatim *illuſtratem* ſuam APPELLATIONIBVS *ad nos* interponendis, prout etiam hactenus in nonnullis cauſis, feciſſet delaturam. *Suerinianis* uero & *Rigenſibus* merito *appellationes denegatas* fuiſſe, eo quod temere, *praeteritis illuſtratibus* ſuis ad nos *appellaſſent*.

Neque cum ſaltu.

4) ad VASALLAGIVM denegatum. VASALLAGII inſuper *non praeſtiti* accuſationem quod concernit, eam contra *illuſtrem* FRIDERICVM ſine cauſa inſtitui contendebant, cum *illuſtras* ſua in omnibus fere *Liuonicis expeditionibus* ad *Roneburgam*, *Wolmariam*, ad *Kircholmum* cum *Vaſallagio* ſuo praeſto *adfuerit*, ad *Dunaemundam militem* ſuum habuerit, neque unquam TRIPLA *ſeruitia* contra *militem noſtrum* coegerit, quinimo non mediocrem ducatus partem in eundem aliquando impenderit.

Praeſtita ſeruitia.

Neque regi ſed militi regio obſtitiſſe nobilitatem. ob licentiam effrenem. Quod ſi forte *nobilitas*, quae principaliter contra *hoſtem ſuecum* conuocata aderat, contra quosdam *noſtros milites*, per *Curlandiam* tranſeuntes, *defenſionem parauit*, inde tamen nullam *nobis* & *reipublicae iniuriam* factam, ſed *defenſionem* eiusmodi *omni iure licitam* fuiſſe. Ad

5.) ad caedem NOLDII commiſſarii regalis. *extremum* caedis NOLDIANAE *illuſtratem* ſuam neque *authorem* neque *conſcium* fuiſſe & ſufficientem eo nomine declarationem coram *commiſſariis* noſtris per *mandatarios* ſuos feciſſe, ſe quoque exiſtimare, nullum *teſtem* in inquiſitione contra *illuſtratem* ſuam quidquam depoſuiſſe: *cadauera* uero occiſorum, ad *ſummum diei* in loco *internecionis* iacentia, *illuſtratem* ſuam per homines ſuos nec remoueri nec attrectari, ne particeps & com-

complex facti haberetur, uoluisse: *ficarios* uero quod *non persecutus* esset; praesentiam fratris ducis WILHELMI, qui in eadem iurisdictione *Ducali inuestitus* fuisset, obstitisse: licet enim exercitium *iurisdictionis* cuique *suum commissum* fuerit, hunc tamen uerum substantiae iurisdictionis *solidae* atque in proprietate sua indiuisae effectum censeri, quod *seruitores* unius, in alterius *iurisdictionis* administratione delinquentes, *puniri* per alterum, non accedente ipsorum *dominorum* consensu, non potuerint, cum *par in parem imperium de iure non obtineat*: atque ideo *illustritatem* suam neque literas *salui conductus* & exemptionis nostrae uiolasse, neque ex alieno *delicto* teneri contendebant. Cum itaque *illustritas* sua nullam PRIVATIONI ET AMISSIONI FEVDI causam praebuisset, postulabant, eandem *illustritatem* suam ab *instigatoris nostri* actione liberam pronunciari. NOS cum *senatoribus* & *consiliariis* nostris, in praesenti *generali conuentus regni lateri nostro assidentibus*, partis VTRIVSQVE tam *actoreae* quam *citatae allegationibus, probationibus & exceptionibus accurate perpensis* & examinatis; inprimis *diuisionem* & partitionem feudi quod attinet, eo considerato, quod *illustres* principes, *Fridericus* & *Guilhelmus*, *Curlandiae* & *Semigalliae* in *Liuonia* duces, uasalli & *feudatarii* nostri, non solum prouentuum & emolumentorum praedicti feudi Curlandiae & Semigalliae *dismembrationem*, quae a nobis duntaxat *propter apanagium seu sustentationem* suarum illustritatum, anno *millesimo quingentesimo octuagesimo nono*, die sexta mensis *Aprilis* approbata & confirmata fuit, fecerunt: uerum etiam feudo adhaerentem *iurisdictionem*, sine *consensu* & autoritate nostra *re-*

Eius ducem incusatum non esse participem.

Metu ac iure fratris Wilhelmi etiam retentum a uindicta.

SENTENTIA *sequitur*

i) in diuisione *feudi*

omnino delíquisse duces,

quod illi locus, apanagii solius causa.

gia, uti fupremi & directi feudi *domini*, contra iura *feudalia* diuiferunt, *dicasteria* diftincta, illuftris quidem FRIDERICVS dux *Mithauiae* in Semigallia; illuftris uero GVILHELMVS dux Goldingae in Curlandia conftituerunt, in illisque *per distinctos consiliarios, eos autem extraneos & peregrinos*, iudicia, nullis certis *legibus* conftitutis, fecus quam *pactis* publicis cautum eft, exercuerunt. Diftinctim *citationes*, *decreta*, *edicta*, *mandata ediderunt* & promulgauerunt, rerum iudicatarum executiones feparatim fecerunt, conuentus publicos diftinctim indixerunt & celebrarunt, ac feparatim homagia, folis regibus & fummis principibus debita, a nobilitate exegerunt, *iudicia parium curiae feparata* contra *pacta* publica (*quibus definitio & decifio caufarum inter illuftritates fuas & nobiles etiam fingulos intercedentium, nobis & iudicio noftro referuata eft*) introduxerunt, *allodialibus* bonis nobilium *illuftritates* fuae quaelibet ex indiuifo fuo territorio *feudi naturam adaptarunt*, & nihil plane in feudo *Curlandiae* & *Semigalliae* tam quoad *utile dominium*, quam quoad ipfam *iurisdictionem* feudo adhaerentem *indiuifum* reliquerit; ideo *feudi praedicti*, *Curlandiae & Semigalliae naturam & fubftantiam totalem*, *quae* INDIVISA & INTEGRA *permanere debebat*, per illuftrem *Fridericum* ducem (contra quem *inftigator* nofter actionem praefentem dirigit & fingula fupradicta *diuifionis* argumenta dilucide & fufficienter coram nobis probauit) *laefam* effe iudicamus. Ex MERA tamen BENIGNITATE & pro innata clementia noftra praedictum illuftrem FRIDERICVM ducem circa feudum conferuamus. *Daturi uero & affignaturi* fumus *autoritate* noftra *regia commiffarios* certos, fpe-

Ideo ducatum felonia amiffum cenfendum.

FELONIAM *tamen a* REGE POLONIAE *ex* GRATIA *remitti.*

Rebus tamen deinceps

ſpecialibus literis noſtris nominandos, qui de omnibus illius ducatus *rationibus* & *negotiis* iura noſtra *regalia* & *reipublicae*, nec non iura *nobilitatis* concernentibus, cognoſcent, *receſſus examinabunt & quos cum pactis publicis* SVBIECTIONIS *pugnare animaduerterint, caſſabunt & annihilabunt*, de *iurisdictione* eiusque exercitio, id quod ad integritatem & conſeruationem iurisdictionis pertinebit, ſtatuent & decernent, certamque *iudiciorum* formam praeſcribent & conſtituent. ARCIVM & aliorum bonorum praedicti feudi OPPIGNORATIONEM quod attinet, eam quidem per *illuſtrem* FRIDERICVM *ducem* factam eſſe *liquido* ex probationibus inſtigatoris noſtri cognoſcere non potuimus: *commiſſarii* tamen noſtr, per nos, uti praemiſſum eſt, in *Curlandiam* deputandi, de *oppignoratione arcium* & *bonorum*, SINE CONSENSV & *approbatione* noſtra facta, diligenter inquirerent &, ſi quae bona *feudalia*, *pignoris nexu obligata*, aut alio quouis modo alienata animaduerterint; ea, ut ab *aere alieno* libera ſint, procurabunt &, *ne in poſterum eiusmodi oppignorationes fiant, prohibebunt.* Iam uero de APPELLATIONIBVS ad nos denegatis ſic ſtatuimus, eas pactis publicis ſubiectionis in recognitionem *ſupremi & directi dominii*, MAIESTATIS NOSTRAE regiae fuiſſe reſeruatas, quae quia per *conſtitutiones quasdam* (*quas* RECESSVS *uocant*) *ſub poena mille thalerorum ſunt prohibitae nobilitati*, *ideo eiusmodi* receſſus *omnes*, *uti cum* pactis *publicis ſubiectionis pugnantes*, *reuocamus & tollimus*: ac APPELLATIONES ad nos nobilitati liberas eſſe debere, decernimus. *Commiſſariis* uero, a nobis, uti praemiſſum eſt, in *Curlandiam* ablegandis, daturi ſumus facultatem de modo & ratione earundem appellationum, ſtatuendi,

ordinandis per commiſſarios.

2) arcium oppignoratione.

Quae caſſanda & cauenda in poſterum.

3) APPELLATIONIBVS.

Quae pateant ad regem Poloniae.

tuendi, disponendi & ordinationes certas faciendi. VASALLAGIVM quod spectat, illud illustritatem suam tempore *belli Liuonici*, nobis & reipublicae praestitisse, ex relatione *generalis* praefecti *exercitus* nostri intelleximus. *Quia tamen instigator noster hoc idem uasallagium non* propriis sumptibus illustritatis *suae expeditum*; *sed ex* seruitiis nobilitatis *confectum fuisse ex grauaminibus & querelis* ipsiusmet nobilitatis *deducit*. Ideo decernimus: *ut praedictus illustris dux* FRIDERICVS, *uti* uasallus *&* feudatarius *noster*, uasallagium, *nobis & reipublicae debitum*, *imposterum propriis sumptibus & impensis praestet*, *neque illud deinceps cum* seruitiis nobilitatis Curlandicae misceat. Commissariis porro nostris praedictis id negotii dabimus, ut de ratione & quantitate eiusdem *uasallagii*, *maiestati* nostrae imposterum *sumptibus propriis* illustritatis suae praestandi, nec non & de *seruitiorum per nobilitatem* illius *ducatus* exhibendorum numero id, quod ex *utilitate reipublicae esse animaduerterint*, constituant & modum certum tam *illustritati* suae quam *nobilitati* praescribant. Porro uiolatas *salui conductus* & *exemptionis* nostrae literas quod concernit, equidem *iuri publico* consentaneum & *beneficiariis principibus* dignum erat, prouidere ac summo studio procurare, ne NOLDIIS fratribus, *pace publica* fretis & autoritate ac protectione nostra regia munitis, ulla uis fieret: iam uero ex *inquisitione* & *scrutinio* per commissarios nostros, ad indagandum facinus a nobis in *Curlandiam* non ita pridem missos, expedito & in senatu coram nobis *lecto* aliter euenisse praedictosque fratres (quorum alter *magnus Noldius* commissarii nostri munere tum fungebatur & Rigam proficisce-

4) *in* VASALLAGIO.

Hoc impensis suis *dux faciat, non uero* nobilitatis.

5) *in uiolato* SALVO CONDVCTV.

ciſcebatur) *inermes*, *nocte* media per SICARIOS ex *propriis aedibus abductos*, crudeliter necatos & interemptos fuiſſe eoque facto autoritatem & dignitatem noſtram *regiam totiusque reipubl.* laeſam pacemque publicam uiolatam eſſe cognouimus. Quod ſane facinus tam atrox & deteſtandum, omni animaduerſione dignum eſſe cenſemus. Et quamuis non deſint *coniecturae*, illuſtrem FRIDERICVM, *ducem*, patratae *caedis conſortem* & conſcium fuiſſe. Quia tamen *illuſtritas* *In poſterum* ſua id minime agnoſcit & illuſtris GVILHELMVS *deuitando.* dux ſe *dominum facti* profitetur. Ideo decernimus & non aliter praedictum *illuſtrem* FRIDERICVM *ducem* ad conſeruationem feudi ex *benignitate* noſtra regia factam admittimus, quam ut ſua *illuſtritas* coram *commiſſariis noſtris*, eo mittendis, ſub fide, quae uirum *principem* decet, nec non uerbo & iuramento *ducali*, quo nobis & reipublicae obſtrictus eſt, oretenus conteſtetur, quod caedis Noldianae neque autor neque conſcius fuerit, neque eam approbauerit. Quam conteſtationem poſteaquam coram *commiſſariis* [illegible] *illuſtritas* ſua fecerit & ab actione [illegible] noſtrarum [illegible] *ui conductus* & exemptio [illegible] *commiſſio praedicta* au- COMMISSA- ſe liberauerit; [illegible] *moderni* expedienda, eo tutius RII REGA- toritate [illegible] peragatur; uolumus, ut *illuſtris* dux LES *muniti auctoritate* & [illegible] FRIDERICVS omnem *ſecuritatem* & *honorem* debi- *in Liuonia* tum *commiſſariis noſtris* toto in tempore, quo ibi *publica.* *morabuntur*, in *aduentu* & *reditu* eorum praeſtet, nullamque eis *uim*, *iniuriam* aut *ignominiam* tam per ſe quam per quasuis alias ſubordinatas perſonas, inferre audeat & patiatur. Similiter & NOBILITAS *Curlandica* & *Semigallica* ac *uniuerſi*, quicunque ad *commiſſarios* noſtros in rebus, *negotiis*

gotiis & grauaminibus confugerint opemque & consilium atque auxilium eorum implorauerint, ut nullum ob id molestiam siue in personis, siue in bonis suis sustineant, quinimo secure ad *commissarios* accedant & recedant ac *decreta sancitaque* commissariorum nostrorum *effectum* suum in omnibus sortiantur, sub amissione & PRIVATIONE *feudi*, praesentis *decreti nostri* uigore: in cuius rei fidem SIGILLA nostra tam *regni*, quam *magni ducatus* Lithuaniae, praesentibus sunt appressa: *Datum 1616.* DATVM *Warsauiae*, in conuentu regni *generali*, feria *tertia* intra octauas sacratissimi corporis Christi, anno domini *millesimo sexcentesimo decimo sexto*, regnorum nostrum *Poloniae* XXIX. *Sueciae* XXIII anno.

Felix *Kriskii* in Drobnin, cancellarius regni.

Relatio illustris & magnifici domini Felicis *Kriskii* in Drobnin regni Poloniae *supr. Cancell.* &c. Przedecen. Roatinenque Capnei (L.S.)

Iohan Octauianus Vaclawowic mpp.

NVM. II.

De originibus [illegible]patus RATZEBVRGENSIS CIↃ C LIV.

Historia originis ecclesiae Ratzeburgensis, ANno domini M C LIV. dom[illegible] PAPA *Romanam* ecclesiam regente & [illegible]DRIANO [illegible]NO FRIDERICO *glorioso*, *Romanorum* IMPERATORE & semper augusto, feliciter regnante, fundata est RAC BVRGENSIS ECCLESIA *ab Henrico, S. & B. duce fundatae & dotatae largiter,* a piae memoriae duce HENRICO filio Henrici *ducis*, qui *primus Saxoniae ducatum* obtinuit, consentiente & sibi fideliter cooperante domino HARTWICO MAGNO, *Bremensium archiepiscopo.* Idem uero praenominatus *Henricus dux*, cuidam nobili Heurico de

Bod-

Bodwede comitiuam Razeburgensem in BENEFICIO *dedit*, per quam primo nomen COMITIS idem Henricus sortitus est & cum consilio praenominati *Henrici ducis* & aliorum ordinatum fuit, ut in tribus *prouinciis Razeburg*, *Wittenberg* & *Godebuz*, idem Henricus COMES *decimam dimidiam teneret in beneficio ab episcopo* & dimidia uacaret *episcopo*, tam de *allodiis* comitis, quam de *noualibus* per omnia & uterque tam episcopus quam comes de parte sua inbeneficiarent, quem uellent & prout uellent, hoc interposito: quod in qualibet uilla, duodecim mansos aut ultra duodecim habente, episcopos *duos*, comes *duos*, ad ius quod *Settenke* uocatur, praestare tenerentur, si uero minus duodecim; uterque eorum unum praestabit. Id quod pro iure datum fuit & ab omnibus acceptatum.

praecipue semisse redituum, cum ex allodiis, tum noualibus trium prouinciarum: saluo tamen iure decimationis, quo gaudet Settenke.

NVM. III.

Diploma ipsum HENRICI, conditoris Razeburgensis episcopatus CIↃ C LIV.

ANno domini M CLIV. HENRICVS, *dei gratia Bauariae & Saxoniae dux*, omnibus in perpetuum salutem in eo, qui solus est omnium. Auditam esse uolumus & optamus in oculis omnium gentium gloriam domini in uoce exultationis & confessionibus omnium pro eo, quod ad dilatandam christianae deuotionis unitatem & imperii Romani terminos dilatandos, strenue nobis operam dante Hartwico, S. Hamburgens. ecclesiae archiepiscopo, tres episcopatus in TRANS-ALBINA SLAVIA, *Razeburgensem*, *Lubicensem*, *Zwrinensem renouauimus* & singulos eorum 300. *mansis de bonis imperii* sub *uno iure dotauimus*. Qua pro-

Originis instrumentum Henrici S. & B. ducis, quo fatetur se episcopatus 1) Ratzeburgensem, 2) Lubicensem, 3) Zwrinensem dotasse, assignando cuique 300. mansos; id-

que ex bonis imperii; consentiente ad hoc imperatore R.

propter, ſicut dicit apoſtolus, laborantem agricolam primum de fructibus ſuis oportet percipere de conſenſu & interuentu principum, quorum petitio tanto pro nobis fuit inſtantior, quanto labor noſter utpote eorum qui nobiſcum laborauerunt eis extitit notior, apud glorioſum imperatorem FRIDERICVM pro *laboribus noſtris* & *expenſis* hoc obtinuimus, ut *praedictos* tres *epiſcopatus* ad omne tempus uitae noſtrae in *beneficio* ſucceſſiue praeſtaremus & poſtea ad *commune ius imperialium beneficiorum*, hoc eſt ad *manus imperii* idem *tres epiſcopatus* praeſtandi redirent ac ſuper hoc & *ſcriptum* noſtrum & *ſignum* in praedictas eccleſias pro *teſtimonio* deponendum coram *principibus* promiſimus, quod & fecimus, pro quo etiam proprietatem noſtram, quae nos de DVCE WELPONE & in SVEVIA & in BAVARIA ex *ſucceſſione hereditaria* contingebat, *imperio libero poſſidendam*, *reſignauimus*, ut, ſi quid imperio deperire uideretur, honoris tantum, per factum noſtrum, recuperaret utilitatis. Ne igitur aliquis ſiue de noſtrae poſteritatis ſucceſſione, ſiue quiſquam aliunde, quaſi de iure & ratione *ducatus imperialis gratiae* factum eſſe nobis & ſibi merito deberi contendat, ut initia naſcentium eccleſiarum nouis cauſis exiſtentiae praemuniremus, ſcriptum noſtrum cum ſigillis in eaſdem eccleſias *depoſuimus*, ut per hoc *imperiale factum* firmius noſtrum in ſuo uigore ratum permaneat & poſt tempora noſtra nullus praedictas eccleſias inquietare & moleſtare praeſumat. ACTA ſunt haec anno *dominicae* incarnat. MCLIV.

iure clientelae ſibi & imperio reſeruato.

terrae etiam liberae, ſitae in Bauaria & Sueuia, ex morte Welponis ad Henricum deuolutae, reſignantur imperio.

ACTA 1154.

NVM.

NVM. IV.

De fundatione ecclesiae Raceburgensis & libertatibus, ecclesiae in dotem collatis. CIↃ CLVIII.

HENRICVS, *diuina propitiante clementia*, tam SAXONIAE quam BAVARIAE dux, EVERMODO dilecto sibi & reuerendo patri in Christo, *Raceburgensium episcopo*, in perpetuum. Non ad uulgi fauorem, sed ad adiutoris honorem & rei gestae, aduersus omni boni inimicum & eius membra, perpetuam consolationem; operae pretium duximus, ea, quae a nobis, Christo adiuuante, peracta sunt, ad omnium fidelium tam praesentium, quam futurorum perferri cognitionem. Gentes enim paganas, nostro *ducatui* in *Saxonia* contiguas, WINEDAS dictos, a priscis temporibus *magni Karoli*, deo semper & S. ecclesiae *rebelles* & infestos, postquam tandem magno labore *fidei christianae* ceruices *durissimas* submiserunt, saepius ad *uomitum idololatriae* reuersas, hereditario iure huc usque a progenitoribus nostris in *tributum* reductas accepimus, ita tamen ut perfidorum seruitia *colla* in nostris temporibus ferro conterere crebrius etiam destiterimus, ac *tributum*, ob ipsorum nequitiam, multo super priora adauximus, quos iam hoc modo suppressas diu, quiete cum magno nostrarum opum augmento possedimus. Interim cum accepissemus a *uineae dei* cultoribus, quod in ipso male stant otiose, nec aeternum *denarium* merentur, quia sua quaerunt, non quae *Iesu Christi* & quod cum *unus seruus*, i. e. *ordo doctorum* ubi praedicatione diu uacauerit uenire recusantes ad *coenam dei*, *alter seruus*, i. e. *ordo principum* locum hunc agrestem, popu-

Diploma HENRICI, *S. & B. ducis, quo fatetur: se, VVinedis uariis modis coercitis, extructam ibidem ecclesiam, confirmare & subleuare uelle.*

populum *ferri uibratione* compellendi; quaestum pecuniae postposuimus lucro animae & quas antea pro *caesaris* iure oppugnauimus, pro gratia *saluatoris* consecremus & sicut in euangelio: spumans & deiiciens & ad multum discerpens, exiit ab eo; ita cum magnis expensis, *militum* quoque & populi *mortibus* plurimis, tandem hanc *diuina dextera* faciente uirtutem, tam feroces *christianitati* reddidimus ut & nos & nobis cooperantes aeternum mereamur denarium ad illud, quod ante diem extremum in omnes gentes praedicari oportet *euangelium*. In hoc itaque negotio, *domino deo* nobis prosperante, in agendo deuoti persistemus deoque nouellam in RAZEBVRG ECCLESIAM, cuius negotium agitur, quam domino EVERMODO dudum in *Parthenopoli* S. Mariae *praeposito*, nunc autem hic in PONTIFICEM consecrato, uiro, per omnia *deo* & *hominibus* accepto & pariter multorum *filiorum* in Christo commisimus, qualiter iam de gratia & uoluntate & permissione *domini* FREDERICI *imperatoris fundatam* tueri, confirmare & sublimare decernimus. *Superest dicendum*, quam etiam prudenter & strenue huic sedi praesidet & cum suis fratribus religiosis secundum regulam B. *Augustini* canonicis die noctuque feruenter Christo militat in *Raceburgo* sedem *episcopatus* ei suisque successoribus ex auctoritate *imperatoria* in perpetuum designamus & terminos eius circumquaque, *sicut in antiquis annalibus uel priuilegiis* HAMBVRGENSIS *ecclesiae reperiuntur* olim fuisse designati, protendimus & ab omni querimonia *Verdenis* collatis ei dignis recompensationibus uidelicet *Borgnetwerder* & *Reimerswerder* terminos *Raceburgenses* liberos reddidimus. *Execrantes* etiam stulta quorundam impru-

quem in finem episcopatui Razeburgensi multa tribuit priuilegia & immunitates,

prudentum *obloquia*, statuimus uenerando *patri* & suis successoribus in eodem ordine firmissimam auctoritatem disponendi ac regendi sui *episcopatus* in *archidiaconatibus* uel *archipresbyteriatibus* ordinando & ceteris omnibus, quae *S. Patres* constituerunt, nulli licere nisi solis *pontificibus* ipsis etiam canonicis *Raceburgensibus* cum suo proprio nihil imminuere de iustitia & honore omnium CATHEDRALIVM *ecclesiarum*, scilicet tenere & regere ecclesias, praeesse populis, ut mos est non solum *per* SAXONIAM, *sed & per totam ecclesiam*. *Annales* enim reuoluti, non solum nunc, sed quondam ecclesias a religiosis semper esse fundatas, quascunque nunc opulentissimas tam episcoporum quam *Metropolitanorum*, ostendunt. Non enim religio derogat *honori* & iustitiae *clericorum*, sed irreligio & firmiori auctoritate praedicat, a cuius uerbis *reproba uita* non discordat. In *sustentationem* autem & antistitis & canonicorum, ad honorem sanctae *Mariae* semper uirginis sanctique *Iohannis apostoli* & *euangelistae* in *Raceburg*, ad praesens in DOTEM MANSOS CVLTOS & INCVLTOS cum totis decimis & omnibus utilitatibus & *appendiciis* suis & *aquis* omnibus specialiter *episcopo designatis* de *beneficio nostro* ex *imperiali concessione* conferimus, consentientibus & simul id agentibus uiris honoratis & fidelibus nostris, HENRICO & BERNHARDO *filio* eius *comitibus* de RACEBVRG, quod *beneficium suum* a nobis liberum ab omni exactione nobis pro deuotione restituerunt. Omnis enim *decima* per totum *episcopatum* ad *episcopum pertinet*, nec nos uel aliquis, quantumcunque potens, inde ualet aliquem INBENEFICIARE, *nisi quantum habet ab episcopo*, ipsius etiam [illegible] CATHEDRALIS item *curiae fratri-*

assignatque, dotis loco, 300. mansos cum decimis & pertinentiis suis:

Decimae per totam prouinciam sunt episcopi.

um

um & insuper omnium curiarum episcopalium, (ubi mansionem faciet episcopus) ADVOCATIAM & tuitionem episcopo liberam esse designamus. Curiae uero episcopales sunt hae, in RACEBVRG, VERCHOME, in BREZEN, LVBINMARI uillam, MALIANTE, GRESSOWE, in WANIGGE MALCKE, in BOYCENEBVRG BENIN, in SADELBANDIA PVTROWE, in tres mansos, in DARTSOWE BISCHOPERSTORP; haec omnia cum omni iure & libertate & aquam Stenowe supra & infra liberam *episcopo donauimus*, terram itaque BVTIN cum omni sua integritate a riuulo ducis usque ad cumulum lapidum prope uillam *Bunistorp* & sic per medium *stagnam* LIPSE & abhinc directe usque ad quendam *lapidem magnum* & ab eo in communem *siluam* ad *locum* qui uulgo MANHAGEN dicitur, prope KATLOWE & in silua uersus uillam ZLAVTIPALVS Pipredicta & riuulus *Linxika*, sicut *girat* & *regirat*, usque *Woczniziam* influat. Quicquid his locis circumscriptis interiacet pro DVCENTIS & QVINQVAGINTA MANSIS siue accrescat siue decrescat, *episcopo* assignauimus. Alias QVINQVAGINTA MANSOS, cum uillis quatuor *Rudemorse*, *Quiettene*, *Verchowe*, *Kosatza* & omnibus earum pertinentiis de uoluntate HENRICI & BERNHARDI *comitum* sub eadem iuris libertate suppleuimus, ut autem quieti illorum & paci in futurum prouideamus, constituimus firmiter inhibentes, ut nulli liceat in praedictis mansis aliquas *exactiones* uel *petitiones* facere; sed liberi sint ab omni grauamine *seu* WOGIMOTINZA, *qui census ducis dicitur*. DE CAPITALIBVS uero *causis*, ubicunque coloniam uillarum istarum praedictorum trecentorum mansorum infra terminos totius episcopatus composuerint, *duae partes*, episcopo & ecclesiae, TERTIA ADVO-

Curiae episcopales recensentur.

Fines regundi terrae Butinensis.

Plura, eo pertinentia.

Immunitas ab oneribus publicis, & speciatim a VVogimotinza.

ADVOCATO proueniat. Aliae uero causae omnes *Iudicium* praeter *iudicium* tantum COLLI & MANVS, quo- *colli & ma-* cunque causa emerserit, ad *episcopum* & *ecclesiam* *nu.* uel eorum DISPENSATOREM referantur. Et aduocatiam BVTIN, quam liberam esse & sine *comitum expeditione* censuimus, praedictis nobilibus & eorum legitimis heredibus & episcopo praestandam sub iure praescripto indulsimus, EXPEDITIONE tamen DVCIS cum TRIGINTA tantum CLYPEIS SEMEL IN ANNO AD SEX SEPTIMANAS. Ad hoc infra *Albim* sequentur VORWERCKI, circulus scilicet *Vorwerke.* *Raceburg* cum aliis comprouincialibus pertinentiis; unde cuilibet episcoporum libere decem VORWERKOS *emancipauimus*. Census autem per omnes terminos horum *trium* episcopatuum erit, *praestationes annuae.* de *uno* tres mensurae *siliginis*, qui dicitur *Ruriz*, solidus unus, *toppus* lini unus, *pullus* unus, ex his habebit sacerdos *parrochialis* duos nummos & tertium *modium*. Postquam autem, SCHLAVIS *eiectis*, *terra* DECIMALIS *facta fuerit*, decima tota uacabit *episcopo*, qui cum domino fundi de *dotibus* aget *ecclesiarum parrochialium*, scilicet ut quatuor *mansis* dotentur cum censu & *decima*, & sic per totum ordinabitur episcopatum. Damus etiam *Racenburgensi* episcopo & suis successoribus & libere praestandas remittimus omnes *ecclesias* cum iure *praescripto* in terra BVTIN ecclesiam in NVSCE, ecclesiam sancti Georgii in RACEBVRG & ECCLESIAS ADHVC IN SILVAS FVNDANDAS per totam SADELBANDIAM & in *Gamma* & in *silua* nondum culta, ecclesias & eiusdem *Sadelbandiae* & *Gammae* decimas, quas de gratia & permissione *episcopi* sine *feodo* tenemus, liberas esse episcopo, cum sibi placuerit, recognoscimus. Ceteras ECCLESIAS DOMINIS FVNDI permittimus, dimidi-

midiam etiam uillam *Pantim*, quam dedit praedictus honoratus uir, COMES HENRICVS, *episcopo* & duas uillas *Buxune* & *Walegoza*, quas pro anima patris sui dedit filius eius, *Bernhardus comes*, fratribus & quaecunque ipsi in futurum de terra illa, uel alii de terris aliis pro deuotione obtulerint, ex *auctoritate imperatoris* ecclesiae stabilimus Item BARDENTHORP de nostro proprio cum siluis & pascuis & omnibus utilitatibus & cum *iudicio colli* & *manus*, *in dotem* ecclesiae conferimus & confirmamus. TELONEVM etiam tam fratribus, quam episcopo de omnibus, quae ad *uictualia* ipsorum spectant, in BARDVWIC & in omnibus finibus horum trium episcopatuum, in perpetuum libere remittimus. Terminos etiam *Raceburgensis* episcopatus usque ad locum, ubi *Bilna Albiu* influit, designauimus, annuente nobis & operam danto domino HARTVIGO, sanctae Hamburgensis ecclesiae archiepiscopo, *cum consilio & fauore tam Hamburgensis quam Bremensis* CAPITVLI, ordinauimus quoque, ut quaelibet praedictarum *ecclesiarum*, episcopo decedente, nullus ADVOCATVS, uel alia persona BONA EPISCOPI praesumat *inuadere*, uel in suos usus mancipare, *ne sacrilegium incurrat*. Sed secundum canones *prima pars* pro *anima* episcopi *pauperibus* destribuatur; *secunda* in usus ecclesiae; *tertia* successori *episcopi* subsidio reseruetur. Vt autem haec nostra constitutionis pagina, tam rationabiliter ordinata, firma & inconuulsa in perpetuum maneat; SIGILLI nostri impressione signamus & TESTIVM subscriptorum astipulatione roboramus, statuentes, ut bona episcopi, fratrum ecclesiae & loci, nulla secularis uel ecclesiastica persona praesumat inuadere, perturbare & imminuere. Si autem *inuasor*

Bonorum d[efuncti] sancti pars prima pauperibus; secunda usui ecclesiae cedat; tertia reseruata episcopi successoris subsidio.

Sigillum.

nasor quilibet his commonitus resipiscere contemserit, secundum iustitiam *seculi*, ex *imperiali* auctoritate, persona & bona eius *publicentur*. Secundum *deum* uero per sententiam summi *pontificis* domini ADRIANI *anathemate* feriatur & cum iniquis & *perditis* *depereat amen*. Huius rei TESTES sunt, *Euermodus*, episcopus *Raceburgensis*; Geroldus *Lubicensis* episcopus; Barno, *Zuuriensis* episcopus, Heardmannus, *Verdensis* episcopus; qui factum nostrum *banno suo* roborauerunt. Marquardus de *Luneburg*; Bruriragus de *Hullisheim*, Bruno de *Hersceuelde*, ABBATES Theobaldus de *Raceburg*, Theodorius de *Sevenberg*, Orbertus de *Hammeburg* praepositi, Balduinus, Robertus, Daniel Raceburgensis *canonici*, Dauid, Balduinus *capellani* ducis. *Magister Hartwicus*, curiae notarius, Rodolphus *Hammenburgensis decanus*. Laici testes sunt isti *Henricus comes de* RACEBVRG, & Bernhardus *filius suus*, Adolphus comes de *Schowenburg*, Volradus comes de *Dannenberge*, Walterus de *Berge*, Guncelerius de *Hagen*, Hermannus comes de *Luchow*, Elibertus de *Welepe*, Lippoldus de *Hertelberg*, Iordanus *Dapifer* & Iosarius frater eius de *Blanckenberg* & alii quam plures & *clerici* & *laici*. DATVM in Luneburg, anno uerbi incarnati *millesimo centesimo quinquagesimo octauo*, regnante & in omnibus his consentiente FRIDERICO, glorioso *imperatore* & semper *augusto*. Datum per manus *Hartwigii* notarii *curiae ducis*.

Poena duplex eorum, qui contra faciunt.

TESTES: 1) *episcopi*, 2) *abbates*, 3) *praepositi*, 4) *canonici*, 5) *laici*.

Datum 1158.

NVM. V.

De terminis episcopatus & aliis libertatibus. anno CIↃ CLXVII.

HEN-

Diploma Henrici S. & B. ducis,

HENRICVS, *dei gratia*, BAVARIAE & SAXONIAE *dux* omnibus in perpetuum. Cum a domino uocati simus ad culmen honoris, in quo sumus, quia per eius gratiam, quantum ad *humanae sortis excellentiam plus aliis possumus*, ad honorem *dei* ptomouendum *plus aliis* intendere debemus. *Deo enim fideliter seruire regnare est* & ibi fides inueniet meritum, ubi per operis ostensionem humana ratio praebet experimenti. Cooperante siquidem nobis & negotium fideliter nobiscum promouente domino HARTWICO *Hammenburgensi* episcopo, terminos episcopatus RACEBVRGENSIS ex omni parte distinximus, praesente & nobis etiam consentiente domino Hermanno *Verdensi* episcopo diligenter praecauere uolentes, ne nouella *plantatio* in suis terminis aliquam inposterum patiatur iniustae contradictionis molestiam, cum de suis thesauris secure proferre potuerit nostrae *donationis* & monstrationis paginam. Ad *orientem* termini sunt aqua, quae *Wissemara* dicitur & sic supra uersus meridiem usque ad aquam *Stiuinam* & abhuc supra usque in aquam *Lusnuniam* & supra & infra, ubi terra *Briexanarum* & *Zuerinensium* in se disterminatur. Tota siquidem terra *Querinensium* de FORO fuit *Raceburgensis* EPISCOPI, sed quia propter paganorum barbariem sedem *episcopalem*, quae ab antiquo *fuerat in* MAGNOPOLI, de permissione & uoluntate domini FRIDERICI *imperatoris*, *in Zuerin* transtulimus pro terra *Querinensium*, consentientibus episcopis *Euermodo* & *Bernone*, terram *Briezanorum* Raceburgensi episcopo in terminos recompensauimus, ad *meridiem* uero distinximus, ubi aqua *Tersuiza Zudam* influit & regirat in orientem usque ad paludem, ubi eadem *Ters-*

quo designat fines episcopatus Raceburgensis.

Tersviza sortitur originem & sic directe usque in *Eldenam*, ubi terra *Querin* & *Wanzeburg* inter se terminos faciunt & sic per decursum *Eldenae* in Albim usque, quo *Bilha* Albim influxat. Ad OCCIDENTEM *terminos* fecimus inter *Raceburgensem* & *Lubecensem* ecclesias paludem, quae *Glindlsborge* dicitur & sic infra ad AQVILONEM usque in aquam Sticnixiam & ultra Wacnikiam in aquam, *quae fluuius ducis dicitur*, usque quo mare influit & sic per littus maris usque ad aquam Wissemaram, supra uero in aquas *Grinaue*, *Beruxe*, *Zevenze* & *Trutarem* & sic in *Bilnam* & per decursum *Bilnae* usque *Albin* influit. Quicquid infra hos terminos comprehenditur, *episcopatui Raceburgensi* assignamus & in omni iure & in dandis & soluendis DECIMIS episcopo teneri & deberi districte praecipimus, de quibus *Raceburgensis*, *Wittenburgensis*, *Gadebucensis* prouinciarum *quartam* partem *decimarum* & terram *Bogtin* dimidiam omnis *census* & *decimae* & cum omni iure in parte dimidia. Hanc ecclesiae etiam libertatem addimus, ut in omnibus eiusdem prouinciae uillis tam fundatis quam nouiter fundandis duo tantum mansi, qui *Settinke* uocantur, liberi semper sint & absque grauamine. Reliquae omnes prouinciae infra hos terminos comprehensae in dandis & decimis soli *episcopo* libere uacabunt & suis successoribus. Damus etiam in libertatem ecclesiae, ut quicunque de suis siue in agris siue in aliis possessionibus aliqua conferre uoluerit ecclesiae, ex auctoritate & permissione domini FRIDERICI *imperatoris* & nostra, liberam ei conferendi damus potestatem. Huius rei TESTES sunt Euermodus *Raceburgensis* episcopus, Conradus *Lubecens.* episcopus, Berno *Querinensis* episcopus,

testaturque: quicquid infra hos terminos comprehendatur, ad cortem pertinere episcopalem.

Testes: 1) *clerici.*

pus, Gerhardus *praepositus* de *Absburg*, Odo Lubecensium *decanus*, Marquardus abbas de *Luneburg*, Bernhard COMES de *Raceburg*, Gonzelius
2) *laici.* *comes* de *Zuerin*, Conradus comes de *Raceburg*, Adolphus comes de *Scowenburg*, Volradus comes de *Dannenberg*, Heinricus comes de *Buzeburg*, Luderus de *Harstorp*, Eilbertus de *Welpe*, Waltherus de *Berge* & alii plures tam LAICI quam
Datum 1167. CLERICI. DATVM in Luneburg anno uerbi incarnati MCLXVII.

NVM. VI.

CONSILIVM de pace facienda cum HVNGARIS anno CIↃIↃCVI. scriptum mense Februario. Vt constet 1) interesse *Austriae* archiducum & *Germaniae* uniuersae, ne *Hungaria* auellatur ab *Austriae* archiducatu? 2) quae *remedia* pacis cum *Hungariae* ordinibus? 3) non *indignum rege* ac imperatore, inire cum ciuibus & subditis, exulceratis, pacem & concordiam.

Opusculi PROPOSITIO *tripartita 1606.* BEy dieser Vngerischen Tractation ist mit Vleys zu vernemben, *erstlich*, was am Königreich Hungern dem Hauss Oesterreich gelegen sey: fürs *andere*, was gestalt diese Vnruhe in Hungern möchte gestillt werden, zum *dritten*, ob solche Weg zur Schmällerung ihrer K. Majest. Reputation gereiche &c.

PRIMVM: *num intersit* Aust iae *&* Germaniae, *ne* Das Erste ist dieser Vrsach halber nit zu vmbschreiten, damit man aigentlich wissen möge, *obs der Mühe werth sey oder nicht*, den Frieden vnd Ruhe bey den *Hungern* so haiss zu suchen, oder wie weit sich diessfals einzulassen und wird nie-

niemand vermainen, daſs erſt damals, als Vngern vnter vnſern Herrn die Erzherzogen von Oeſterreich &c. gediehen, die Oeſterreichiſche prouinzen angefangen haben, zu beſtendigen aufnehmen zu gelangen vnd alſo durch vnd durch, ſchön erbauet zu werden, wie es der Augenſchein Gott lob mit ſich bringt, das yberaus ſchönnes und dem mechtigen Franckreich nit vngleich reiches Königreich, an Getraidt, Wein, Roſſen, Vieh, Saltz, Goldt, Silber, Kupfer-Bergwercken, neben Bequemblichkeit des Thonaw-Strombs, hat in denen Stetten des Landts, beuorab Wien vnd Steyr, als die vornembſten in Vnter- vnd Ober-Oeſterreich, die vermüglichſten Handels Leuth, erzeiget, deren Ihr Majeſtät Hoff vnd Nider-Oeſterreichiſce Cammer in manchen nöthigen fällen biſshero genoſſen; STEYR mus bekennen, das ſy durch den groſſen Eyſen, Meſſer, Kupfer, Stahel-Handlung in vnd aus Hungern ire mennig handwercker biſsher erhalten, die bey dieſer Vnruhe iezo ſteckhen vnd ſchier am bettelſtab kommen, deſſen auch das ganze Landt, wegen abgang des nottwendigen gezeugs, ſo nit allein in dieſes, ſonder in viel andere Landt vertrieben wird, ſchwerlich zu empfinden, zu geſchweigen die Handthierung in andere geringe Stette, Fleckhen, der Zehrung auf dem Landt, durch den Durchtrieb des Viehs. der Schmellerung Landtsfürſtlichen Cammer gefölls, an denen Waſſern vnd andern Mauthen, ſo bey Verſchwindung der Handlung in kurzer zeit wirdt zu ſpüren ſeyn, das auſs dieſem allenſambt deren Vmbſtänden leichtlich zu ſehen, das wie die Verainigung mit Vngern, in dieſe Landt ſtattlichen Reichthumb zu deſſen beſondern aufnemen, eingeführt, als

Hungari ſe auellant ab archiducibus & imperio?

Ex Hungariae diuitiis Auſtria ditata

& mutuo, quod floret, commercio.

Mauthen.

wurden Herrn und Vnderthan, des verlusts Hungerlands hoch zu schaden, ja die Oesterreichischen Landt genzlichen in abnemen kommen &c.

Inde unice cogitandum allaborandumque: ut natio Hungarorum foederibus, pacibus, homagiis, imperio Germanico uinat obstricta.

Noch mehrers aber ist auf der heilsamen Ruhe vnd Frieden, ohne welchem das Landt nicht aufnimbt noch erbauet wird, ohne welchem ein Landtsfürst des Landes nichts geniessen kan, sondern seiner Vnderthanen Knecht seyn und in ewiger vnsicherheit leben muss, ohne welchem keine beständige Ordnung, kein Recht noch Policey angestellt werden kan, sondern das Land zur Oednüs, Wildtnüs vnd Barbarey nothwendig gerathen muss, vor allen dingen zu gedencken, welchen Oesterreich biss so lang vnd viel die Cron Hungern, vnter den Schuz und Regierung ihrer K. Maj. Voreltern kommen, nit allein inne gehabt, sondern es hat auch der Hungern Macht vnd Gewalt für sich selbst nie ausstehen können, derowegen sind nach des Caroli magni Zeiten Marggraffen in Oesterreich gesezet, vnd vngeachtet das Landt nit grofs, doch vor andern ihres gleichen Herren mit hohen Titeln, Ehren vnd Würden gezieret vnd erhöhet worden, damit sie Vrsach hätten, die in ganz Europa zuuiel erkennte Macht vnd unaufhörliche Einfäl der Hungern von Oesterreich abzukehren vnd das Landt desto mannlicher zu schützen, doch war die Macht der Hungern viel zu gross, die musten die Römischen Kayser vnd Könige, (geschweigen die regierenden Herrn von Oesterreich) mit aller ihrer Gegenmacht vnd Autoritæt, als bey Regierung der Kayser Caroli, Ludouici, Arnoldi, Balbi, Conradi, Aucupis, Ottonum beschehen, aufhalten. Als es auch nun diesen zu schwer worden, so offt mit grossem Volck, Zehrung, Zeit

cum amicos eos habere, quam hostes armis cogere, praestet;

hoc expertis Ottonibus, imperatoribus & reli-

Zeit vnd Mühe, mit beschwerlichen Durchzügen in Hungern zu kriegen (wie dann CAROLUS BALBUS drüber sich der Regierung begeben) daher die Hülffen allgemach verschwunden, auch die Oesterreichische Graentzen offtmals geschmellert worden, haben die Hertzogen von Oesterreich Mittel vnd Wege gesucht der Hungern Huldigung vnd Gehorsam, erstlich durch beredung zum Glauben, darnach durch heurathen vnd verwandnüss, hernach durch Vertraege, endlich durch der Hungern selbst guten Willen, vnd Erbhuldigungen zu erlangen, welches, obs woll lange Zeit vnd Jahr, viel Mühe, Vngelegenheiten, vnd darstreckund eusserſten Vermügens bedürfft, haben sichs doch die Herrn von Oesterreich nit thauren lassen, damit sie durch erlangung dieses Königreichs, ihren Oesterreichischen Landen vnd der gantzen Christenheit die gewünschte Ruhe vnd Frieden schaffen möchten, als bald nun ihr Maj. diese Cron werden aus Händen lassen, so hat Oesterreich nichts gewissers als Vnfried, Vnruhe, gefährliche Einfäll mit Raub vnd Brand, Schmellerung der Gräntzen, Verlust des Landes vnd all ihrer Hoheit, ob dem Fallss, zu mehrerm Beweiss vnd erleiterung will ich anzeigen, wie die Hungern mit Oesterreich (als die ihr aigene absonderliche vnd nit Hungern ainerley Herren gehabt) von Zeit zu Zeiten umbgangen, vnd wie damals gedachte Hungern diese Oesterreichische Lande, biss auf ihrer Maj. vnd dero geliebten Voreltern erbliche Antretung stettig tribuliret haben, dessen auch berührte Lande sich aus aigener Macht an andere Hülff vnd Zuthun nie erwehren können. Dann bald bey Zeiten LEOPOLDI (dessen die Oesterreichischen glaubwürdigen Historien

quis, Austriae ducibus.

Leopoldo;

am ersten gedencken, dass ihm Kayser Heinrich Auceps im Jahr 928. in Oesterreich zum Marggrauen gesezt) haben die Hungern ein grossen Einfall in Oesterreich, Cärndten, Crain, Mähren vnd Böhmen gethan, vnd vngeacht des zusammen gesezten Wiederstandts aller dieser Prouinzen, seind sie doch mit grossen Raub wieder heim kommen &c. Bey dieses Leopoldi Sohn *Heinrich* des wiederspenstigen, Zeiten sind Oesterreich vnd Cärndten abermal durch die Hungern sehr verwüstet vnd guten theil eingenommen worden, so erst sein Sohn Marggraff Albrecht, mit grosser Hülff Kayser *Heinrich des III.* vnd der vermittels der Hungern selbst Vneinigkeit, dem König Auonio oder Abba, wiederumb abgedrungen, und darüber den Zunahmen, des Sieghafften, erlanget hat, dessen Sohn, Marggraff *Ernst* hat viel Beschwärnüs vnd Vnruhe durch der Hungern Einfäll in Oesterreich erlitten, dieweil er sich männlich erzeigt und so viel an ihm gewesen, Wiederstandt gethan hat, er neben den Zunahmen *Gestreng*, viel schöner Freyheiten und Hoheiten vom Kayser *Heinrich dem vierten* überkommen &c. Nach ihm haben die Hungern abermal in Oesterreich einen Einfal gethan, so gleichwol durch Marggraff *Leopoldum* den schönen genannt, wieder aus dem Land durch Hülff fürnemlich des Bischoffs von Trier, getrieben worden, ungefehr im 1075. Jahr &c. Als nun dessen Sohn Marggraff *Leopold* der gottselige zur Regierung gediehen, haben die Hungern unter *Stephano II.* ohne aufhören Oesterreich belestiget, auch an die *Leita* Anno 1104. geschlagen, biss doch endlich mit Hülff Kayser *Heinrich des IV.* die Hungern sind aus Oesterreich getrieben worden.

Henrico;

Albrechto;

Ernesto, forti;

Leopoldo pulcro, Marggrauio;

Leopoldo pio;

worden. Vnter allen Marggraffen hat Oesterreich vor denen Hungern nie Ruhe gehabt, ohne unter dem lezten *Leopoldo Largo* genant, welches (da es nicht etwa sonsten durch die Geschichtschreiber ausgelassen worden, vielleicht wegen der kurtzen Zeit seiner Regierung, so länger nicht als sechs Jahr gewehret) möchte geschehen seyn &c. Aber als bald nach ihm sein Bruder, Hertzog *Heinrich*, Iesamer Gott genannt, mit denen Hungern zweymal in seinem Land an der Leitha geschlagen, und ist gantz Oesterreich was enhalb der Thonaw gelegen, von denen Hungern in Raub und Brand gesetzet worden. Bey Regierung dieses Sohns Hertzogs *Leopoldi* des Tugendsamen hatte Oesterreich Ruhe wegen der doppelten Schwagerschafft, so er mit König Stephano gehabt &c. Solche Ruhe wehrte nicht länger als bey seiner und seines Brudern *Friedrich*, des Catholischen Regierung, das ist ungefehr bey 10. Jahr, so bald aber nach diesem der andere Bruder Hertzog Leopold, der löbliche genannt, im Jahr 1198. die Regierung angetreten, hat wieder alles verhoffen König Emerich, sambt seinen Hungern Oesterreich mit Schwerdt, Brand und Raub aufs beschwerlichste angegriffen, welcher Krieg, ob er wol durch Ertz-und Bischöffe von Maintz, Saltzburg und Passau gestillet und vermittelt worden, hat doch der Hertzog nicht getraut, sondern an die Leitha, wegen der Hungern stetigen Einfäll, die Neystadt erbauet und darum also genannt, weil sie fast jährlich pflegte neu auferbauet zu werden, daher sie noch heutiges Tags die weisse Mauer samt dem Thurm im Wappen führet, wie dann sein Sohn Hertzog *Friedrich* der streitbare genannt, und letzte Fürst

Leopoldo largo, *Henrico*; *Austriae connubium cum Hungaria.* *Fridrico*, *Catholico*; *Fridrico*; (*genannt der streitbare*)

aus dem Marggräfflichen Stamm, vom König *Bela* und seinem Sohn *Andrea* hart belästiget ward, sonderlich einsmals bey Haimburg, abermals bey Höfflein, daselbst Bela alles verhörte. Nun ward diese Vnruhe kaum gestillet, so fielen die Hungarn in die *Steyermarck*, rauben und brennen, und führten viel Steyrer weg, das ihm auch Hertzog Friderich nicht trauen möcht, seiner Schwester mit Marggraffen *Heinrich* aus Meissen, angestelte Hochzeit in der Stadt Wien zu halten; als ihnen dann die Hungern hatten fürgenommen, den Hertzog Friderich, wie ein streitbarer und Kriegs-erfahrner Held er immer war, gar aus Oesterreich zu vertreiben, und sich des Landes zu bemächtigen, ohne zweiffel da der Hertzog länger das Leben gehabt, Oesterreich hätte müssen Vngrisch, wie ietzt Vngern Oesterreichischs werden. Denn die Kayserlichen Hülffen, hatten allgemach aufgehöret, und das Landt ward durch die immerwerende Vnruhe, Einfäll und Verhörungen, (welche in mehr als vierdthalb hundert Jahren, kaum 16. Jahr gefeuret) müde gemacht und die Gräntzen vom Fluss Naab, biss an die Leitha verenget, es halff da weder einerley Religion, Sipt. oder Schwagerschafft noch verbündnüss, noch Vertrag lange Zeit, diesses allein war nöthwendig, das Hungern ein Oesterreichischen Herrn haben möcht. Dann als Hertzog Friderich Anno 1246. abgeleibt, ist König Bela der vierte, mit grossem Volck eingefallen, willens Oesterreich in sein gewaltsamb zu bringen, darüber er viel tausend niedergehaut und weggeführt, wie er sich dann der Steyrmarck angemasst. Da nun König *Ottocarus* von Beheimb, durch heurath hinder Oesterreich Anno

quo tempore strages innumeras.

Ottocaro, rege Boemiæ,

1253. kommen, haben die Hungern mit solcher Tyranney, ohne unterscheid gegen Mann und Weib, jung und alt, geistlich und weltlich also gewütet, dass viel aus Furcht der zeitlichen Schmach ihnen selbst den Todt angethan, hat nun König Ottocker nicht wollen umb Oesterreich, Mähren und andere Prouintzen kommen, so muste er denen Hungern *Steyer verbeissen*, nichts desto weniger hielte sich in Oesterreich, Steyer, Mähren und Kärnten stetiger Krieg, biss sich Kayser *Rudolph* umb Oesterreich annahm Anno 1276. Dann die Hungern pflegten gleichwol die Römischen Kayser iederzeit in acht zu nehmen, weil sie gantzes Teutschland an sich hatten, zu dem führete Kayser Rudolph Krieg wieder den König von Beheimb, des Königs von Hungern Feinde, derowegen Vngern mit dem Kayser in Verbündnüss stunde und grosse Hülffe schickte. Also genoss *Albertus* seines Vaters, Kayser Rudolphi, so lang er gelebt, nach dessen absterben ist König Andreas Anno 1299. in Osterreich mit grosser Macht eingefallen, hat Städt und Flecken geplündert und abgebrandt, viel gefangen, und da nicht wäre in seinem Königreich selbsten Empörung entstanden, hätte Oesterreich noch besser müssen herhalten, wie dann die Hungerische Chronologia meldet, er habe Oesterreich allbereit in seine Gewalt bekommen. Also das *Albertus I. Austriacus*, bey seiner Regierung viel anstöss mit den Hungern erlitten, und als er seinen Sohn, Hertzog Rudolphen den sanftmüthigen, die Regierung übergeben, und König Andreas mit Todt abgangen, haben die Hungern Hertzogen Rudolphs Schwester gefänglich eingezogen, dadurch ihren Bruder Vrsach zu grosser

principem austriae matrimonio sibi iungente

& litem componente, opera Rudolphi, *imperatoris.*

Alberto I. Austriaco;

Vnruhe und Irrung gegeben, bis ſie doch letzlich ledig worden &c. Nach dieſem regierte

Fridrico pulcro; in ſubſidium contra Bauaros uocante militem Hungarum;

Hertzog *Friedrich der ſchöne*, ſein Bruder, welcher weil er das Kayſerthum gehabt, der Hungern Hülff wieder ihre Feinde die Bayren gebrauchet iſt Oeſterreich unter ihme in Ruhe geſeſſen, jüngſtlichen hatte zu Zeiten Ottonis, des holdſeligen genannt, Rudolphi und Friderici pulchri Brüder, Oeſterreich ohne das viel Vnruhe von Behaimb und Bayern, daher er ſich der Hungern Hülffe gebraucht, doch iſt er von ihnen übel verlaſſen worden.

Albrechto, eundem militem ſibi expetente contra Heluetos.

Hertzog *Albrecht* der letzte Bruder, hatte die Hungern wieder die *Schweitzer* zu Hülffe bekommen, denen muſte er im Elſaſs und Bayern allen muthwillen verſtatten, dahero hatte Oeſterreich Ruhe &c. Die Verbündnüſs zwiſchen Oeſterreich und Vngern währete auch zu Zeiten *Rudolphi IV.*

Rudolpho IV. ligas & foedera cum Hungaris ineunte.

Albertus des weiſen Sohn, doch wieder gleiche Feinde, die Böhmen, und weil zumal die Vngern mit den Venedigern Krieg führeten, genoſſe deſſen Oeſterreich ſo viel mehrers, in Fried und Ruhe, gleichwohl ein ſchlechter Gewinn iſt an einem Orth kriegen, damit man mit dem andern zu ruhe ſey. Doch hatte auch Hertzog Albertus mit dem Joph und Leopold den frommen Verbündniſs mit König Ludwig.

VVilhelmo: filiam regis Hungariae ducente;

In ſimili genoſs deſſen Hertzog *Wilhelm* der höfliche, wegen, da er Caroli pacis, Königs in Hungern und Apulien Tochter zum Weibe hatte.

Alberto IV. pacis foedus cum Hungaris renouante.

Hertzog *Albert der IV.* that dem Könige Sigismundo in ſeiner Widerwertigkeit viel gutes, daher er der Succeſſion halber einen neuen Vertrag mit ihm aufrichtete, nach Hertzog Albrechten, Hertzog Wilhelm unterſtunde die Freybeuter aufzuheben, dadurch ver-

mehrte

mehrte er das Vnheil. Nach ihme sagten die Vngern ab; dem Hertzog *Leopold*, welcher mit Ernesto Oesterreich regierte, hat man nun den Krieg und Vnruhe in Oesterreich wollen vermeiden, so muste man König Sigismundum selbst Richter darüber seyn lassen. Ein besonder Glück war, das König Sigismundus durch Verehligung seiner Tochter mit Hertzog *Alberto den V. an das Hauß Oesterreich die Cron Hungern erblich gebracht*, ungefehr im 1438 Jahr, dazumal fieng Oesterreich an einen beständigen Frieden und Ruhe von denen Hungern zu hoffen, dann die Hungern haben ihre Könige lieb, wo sie bey ihnen gerne wohnen, oder doch ihre Freyheiten erhalten, sonderlich welche bey ihnen gebohren und zur Regierung schon erwachsen sindt. Das aber nach Alberti Todt sie dem König Vladislao die Cron aufgetragen, daran ist die Königin Elisabeth, darnach auch der Gesandten Vnverstand schuldig gewesen. Als nun dieser Vladislaus in der Schlacht vor Varna anno 1444. geblieben, haben die Hungern ihren Erbherrn Vladislaum embsiglich ersucht, und ihme das Königreich durch *Haniadem* treulich aufgetragen, auch Oesterreich, darin Ladislaus erzogen ward, so lang mit Einfall und Krieg belästiget, biss sie ihren Herrn bekamen, welchen doch Kayser Friedrich allein der Vrsachen, ihnen vorgehalten, dass er sich besorgte, es möchte Ladislaus in seiner blühe wegen der Pollachen Competenz in Wiederderwärtigkeit gerathen, und also durch dessen unzeitigen Abgang, Hungern wieder vom Oesterreichischen Stamm wegkommen. Der Kayser Friedrich bemühete sich hoch (ungeacht der Türcken starcken zusetzen und grosser Gefahr)

Hun-

Leopoldo; derelicto a Hungaris;

sed Alberto V. connubio cum Sigismundi filia, Austriam & Hungariam combinante;

quo mortuo, noua oritur causa belli turbarumque.

Hungern länger zu erhalten, sonder zweiffel, damit er Oesterreich eine beständige Ruhe schaffete, wie er dann nach dem unverhofften ableiben Ladislai anno 1457. mit Casimiro König in Pohlen, Hertzog Wilhelm von Sachsen und mit Matthia Coruino starck competirt, auch die Cron nicht ehe von Handen geben, biss er durch die Vngern in Oesterreich ist mit gewalt dazu getrieben worden. Was Oesterreich damals für Vnruhe und Vbels hat ausgestanden, also das die Hungern, (ungeacht Fridericus Römischer Kayser gewesen ist) bis gen St. Pöldten, Oesterreich auch Steyer und Kärndten schon innen gehabt, davon mag ieder die Historien selbst ersehen. Es hatte schon das ansehen, als würde Hungern nicht mehr zur Oesterreichischen Linie gelangen, dadurch wären die Oesterreichische Lande in die alte Vnruhe, immerwerenden Krieg und Trübsal, wo nicht gar in der Vngern Hände gerathen, damit nach Kayser Friderichs ableiben MAXIMILIAN I. dieser Cron halber sich bemühet, dass aber viel nach König Matthias Todt anno 1490. mit König Lassla von Böhmen starck competirt, hat er doch zu gewinnung der Hungern Gemüther entlichen gewichen und sich an *Verneurung der alten Vertraege*, so noch zu König Sigismundi Zeiten mit Hertzog Alberten 88. Jahr, dann mit König Matthia zuvor wegen Succedirung auf eines oder andern absterbenden Linie aufgerichtet worden, vergnüget, dann dadurch hatte das Hauss Oesterreich wieder eine Hoffnung zur Cron Hungern, das ist zur Ruhe, Friede und Aufnehmung der Oesterreichischen Lande, zwar vertzog es sich lange biss nach König Ludwigs Todt, anno 1526. da König Ferdinand seinen billi-

usque dum Maximilianus I pacta, olim inter Austriam & Hungariam inita, renouauit;

billigen Zuspruch, zuwieder dem Johannem Zepusiensem und seinem Sohn suchte, auch demselben ungeachtet der grossen Gefahr des Türcken halber, erhielte, von derselben Zeit an biss hieher wir, Gott sey gedanckt, in Oesterreich keine Vnruhe ausgestanden, weil ihre Crone in das Hauss Oesterreich Händen, und durch Gottes Gnade noch lange verbleiben wird, so man der sachen anders recht mit führet. Der Vrsachen, ist diese deduction gut zu wissen, daraus man sehe, wie Oesterreich ein unsichers Land, wo Vngern nicht dabey, und ein Hertzog von Oesterreich umb seinen Titul und praeminenzen billig nicht zu neiden, dann ohne Vngern hat er sich keiner Ruhe, keines Friedens zu keiner Zeit zu versehen, noch auf Sipschafften und Verwandtnüssen, Tractata, Verträg noch Grentzen zu verlassen, wenn der Hungern Macht fürbricht, also possedirt er die Grentzen und Confinen, biss an die Naab, an die Leitha und gar an Wien, ja bis gar an Dressen, vver vvil in solchem Land bauen und vvohnen, da er nicht veiss, vver es erntet, vvas mögen für Handlungen drinnen sicher seyn, derovvegen müssen alsdann die Mannschafften, aller Väll, Gülden, Rennten, Mauth, Contributionen, alle Rechts und Gerichts Ordnungen, Policey, Frömmigkeit und Tugend sich in das Gegenspiel und alles Vnheil verkehren. Daher freylich bey dieser consideration die Ruhe und der Friede des Landes billig die beste stelle hat &c. Ob nun vvol möchte darvvieder gesaget vverden, Hungern sey nicht mehr so mächtig als vor, hergegen Oesterreich mit denen incorporirten Landen besser als zuvor vervvahret, des Kriegsvvesens mehrers als vor erfahren, das Römische Reich und

quo ipso egregio facinore, terris Austriacis nihil opportunius, nihil conducibilius.

Austria quippe, foedere sibi non iunctorum, Hungarorum inuasiouum praesentissimo periculo exposita,

cum ob uicinitatem; tum propter potentiam.

Et frustra est, quicquid obiicitur.

und die gantze Christenheit vverden die Lande nicht verlassen, so giebts doch kürtzlichen (und mit vvenigen zu vviederlegen) dieser Zeit die *Erfahrung das Wiederspiel* zu erkennen, in dem verschienes Jahr 1605. ihrer Majestät General,

Claro de umento stragis & ruinae, quam nuperrime senserunt

Graff Belgioiosa in Ober-Hungern aufs Haupt erlegt, das gantze Christliche Heer, so mit dem Gеorgio Basta gevvesen und zusammen gestossen, biss gen Pressburg zurück getrieben, die fürnemsten Oerter, darumb man so lange gekrieget, von Hungern eingenommen, und die Oesterreichischen, Mährischen und Steyrischen prouintzen durch Einfall, Mord, Raub und Brand auf denen edlesten Boden, also hart angegriffen und ausgeödet vvorden, dass *ihro Majestaet* und auch *Ertz-Hertzog Ferdinand* deren in nichts geniessen,

cum Romanorum imperator, tum Austriae archiduces

sich für sich selbst in unvermögen und hohe beschvvärniss gestecket, und sich vveiter schvverlich defendiren können, vvürde nun gleich ihro Maj. durch das Römische Reich mit Volck beygesprungen, so geschiehet doch durch die Durchzüge,

Inde complura incommoda & lacrymae subditorum;

Muster - und Abdancks-Plätze ihren bedrängten Landen mehr vveh als durch dem Erbfeind selbst, sie laden auf sich der armen Leute und der Vnterthanen *heisse Zaehren* und klagen vvie sie dann den schvveren Verlag zur aushaltung des Kriegs-Volcks länger nicht vermögen zu ertragen, und diss alles ist erst vor diesem Jahr, durch die Hungern uns zugefügt vvorden, vvie solle man den vviedersprechen, so man Hungern gar solte aus den Oesterreichischen Gehorsam einem andern Herrn und Nachbarn überlassen: die Reich des Babsts, auch die ausländischen Hülffen vvehren nicht in die Länge, denn sie vermögens nicht, der König in Hispanien ist andervverts occupirt

und

und hat keinen beſtändigen Nachdruck gegen einem ſolchem ſtreitbahren hürrigen Feinde, der ehe dem Türcken vvürde huldigen, als durch die Teutſchen ſich in ſeinem Vaterland bezvvingen laſſen, und da gleich die Hungern für ſich ſelbſten vveniger (als gemeldet) daſs vvir leider mit ſchaden innen vvorden, zu fürchten ſeynd, ſo iſt benebens in acht zu nehmen, daſsvvir alsdann nicht allein mit den Hungern, ſondern zugleich mit den Türcken und Venedigern (die dadurch groſſe gelegenheit finden, ihr Land zu ervveitern und ihre vielgeſuchte praetenſion ohne Mühe zu erhalten) in ſtättiger Kriegs-übung vverden ſtehen müſſen, vvelche an allen enden gegen Oeſterreich, Steyer, Kärndten, Crain, Friaul, Oeſterreich und Dalmatien offentlich und heimlich ſchvvächen vverden, und alſo die ſchöne Macht unſerer Ertzhertzogen unter Handſcheinliches fürgeben, in grund erlegen, und vvofern ſie nur nachgeben, gäntzlich unterdrucken vverden, dann vvie biſsher die Türcken öffentlich, alſo haben die Venediger heimlich ſich vvieder das Oeſterreichiſche Glück, vvie man vveiſs, aufgelehnet, und dem Kayſerlichen Adler, nicht ſo reſpectirt, daſs ſie ſich nicht hätten etlicher fürnehmer Oerter in Friaul angemaſſet, auch zu vvieder der Verträg, gantz nahe auf dem Oeſterreichiſchen Boden Palma erbauet, Trieſt, St. Veit und Zeng vielmals bedrohet, derer ſie ſich ſo vvohl als der obbemelten Ort zu gelegenheit leichtlich vverden bemächtigen können. Es iſt auch diſs zu bedencken, da die Hungern ſich aus der Regierung des Hauſes Oeſterreich ziehen, daſs es nicht auch dem Königreich Böhmen, Mähren und andere Länder, vvelche gleichfals ihre grauamina nun

Imo periculi inuaſionis & perditionis, metuendae a Turcis, turbulento, ſi quo utimur, tempori inſeruientibus.

nun viel Jahr einvvenden, und mächtig sind eine consequentz zu machen, vvie vor Jahren mehr als einmal beschehen. Bey diesem ersten Punct, oder vielmehr vorhergehenden Eingang der Haubt-Berathschlagung, vvil ich auch dieses melden, dass vveil sich ihre Majestät dero lieben Vorfahren, und noch dato das gantze löbliche Hauss Oesterreich, hoch bemühet und bearbeitet, das Kayserthum bey derselben, durch die Churfürstliche Wahl zu perpetuiren, auch dasselbe nunmehr, vvieder alle Exempel der vorigen Kayser, vveit gebracht hat, dass nicht der Verlust dieses Königreichs, darüber Euer Maj. Vorfahren sich hoch bemühet, und dass die manche Beschvverlichkeit deroselben zugemessen vverden. Dahero auf etliche Kayser, Könige und hohe Potentaten, nach ihrem tode, schimpfliche Zunahmen ervvachsen, und bedencklich vvorden, ihrem Geschlecht das Römische Reich ferner zu vertrauen, dann das teutsche Kayserthum hat je und alle vveg ein sonders Auge auf Hungern gestelt, dass vver derselben mächtig vvorden, vor andern die Römische Cron erlangen mögen, vvelches mit OTTONE I. auch geschehen, dass hat etlichen Scribenten, vielleicht neben andern Vrsach gegeben, gesta Ottonis III. zu setzen, dass der Kayserlichen Wahl allezeit ein Hungrischer Fürst mit und neben andern Churfürsten beyvvohnen solle, vvie *Bonfinius lib. 10. dec. 1.* zu End zu sehen, noch heutiges Tags nehmen die Churfürsten und Stände des Reichs, sonderlich des Konigreichs Hungern so in acht, dass sie vvegen Versicherung des Teutschen Bodens, gleichsam eine Nothdurft halten, demjenigen Glied des Reichs (so neben andern Fürstenthum die Cron Hungern und Böhmen

Axioma Austriae: allaborare, ut culmen imperiale maneat suae familiae archiducali proprium; inter requisita uero candidati imperii hoc praecipuum: ut possideat Hungariam; exemplo Ottonum,

inen in Händen hat und dem Erbfeind abbruch thun mag) das Kayserthum aufzutragen, daher ist man ohne Zweiffel dieser Vrsachen halber aus dem Buchstaben der güldnen Bulla zu mehrmalen geschritten, wie dann Kayser SIGMVNDT nach Wenceslao Ignauo *nicht waere erkiest worden*, so er nicht zuvor die *Cron Hungern erhalten*, und nach ihm Ertz-Hertzog ALBERTVS II. weil er durch die Heurath *die Cron Hungern überkommen*, ist er bald darauf und eben im selben 1438. Jahr zum *Kayser angenommen worden*, warumb aber Vladislaus, welcher nach dem Albertus König worden, nicht auch ins Kayserthum gefolget, war die Vrsach, das er kein Fürst des Reichs gewesen, vielweniger ein Fürstenthum in selben gehabt. Kayser FERDINANDVS, Kayser MAXIMILIANVS II. und diese Kayserl. Maj. sind gleichfals zum Kayserthum desto leichter kommen, dieweil sie zuvor die Cron Hungern erlangt gehabt, solte iezt das löbliche Hauss Oesterreich sich dieser Cron Hungern verzeihen, so hat es sich auch der Kayserlichen Succession, zumahl bey der mercklichen competenz und auch krafft der gülden Bulla, nicht füglich zu getrösten, hergegen aber diesem zu befahren, dass nit das Königreich Hungern von dem Römischen Reich, dem es sieh vorlängst wollen untergeben, in die protection an und aufgenommen und also einen jeden Römischen Kayser dasselbe zu schützen der Vrsach eingeraumt werde, damit man sich nicht bey andern Fürsten, vveil sie mächtig genug, allerhand auf das gantze Römische Reich ervvachsender Beschvvernüss dessvvegen zu befürchten habe; vvas nun darbey denen *Ertz-Hertzogen von Oesterreich* und ihren Landen *zu*

licet non definitum in A. B.

Exemplo VVenceslai, Alberti II; Ferdinandi; Maximiliani II;

Ergo archidux Austriae, pro obtinendo scopo, de corona Hungariae uel consequenda uel tuenda, necesse est, sit sollicitus.

gewarten, das ist aus dem vorigen, zum theil, vvol zu verstehen, Aus diesen hochvvichtigen Vrsachen, darunter ich der bisher in Acht genommen, und diss Orts interessirter Reputation gantz geschvveige, sollen *Ihro Kayserl. Maj.* sich der *Cron Hungern* keines vveges *verwegen*, sondern diese *Vnruhe* und Feuer *zu stillen* und *zu dempfen*, keine Zeit, Mühe, Gelegenheit, Vnkosten und alles vvas zu Erhaltung Land und Leuth ein Potentat daran zu strecken hat, sparen, ja *keine condition nicht ausschlagen*, damit solches nur nit aufgeschoben, und also die Handlung durch Ervveiterung beschvverlicher vverde, vvollen anderst *ihro Majestaet* nicht alles das in Gefahr setzen, vvornach *ihro geliebte Vorfahren* gestrebt, ihrem löblichen Hauss und Landen zu sondern aufnehmen und bestättigung erhalten, und *ihro Maiestaet*, *dero Erben und Nachkommen* zu hinderlassen, vor Gott und der Welt schuldig sind.

SECVNDVM: *quae* reme*dia pacis cum Hungariae ordinibus?*

Wann nun bishero zu genüge angedeutet vvoroen, dass *an Erhaltung des Koenigreichs Hungern* in vorigen standt *euer Majest. allen Ertz-Hertzogen von Oesterreich* und deroselben zugehörigen Erblanden, *ein mehrerers gelegen*, solches aber ietziger Zeit allerdings auf dem stehet, dass es von euer Majestät Schutz sich vvenden möchte, so vverden derovvegen euer Maj. *zu Verhütung mehrern Spotts und unwiederbringlichen Schadens*, ohne verlierung der Zeit, entvveder *durch glimpfliche Wege*, oder *durchs Schwerdt* diese Nation zu gebührenden Gehorsam bringen und gnedigst sich resoluiren, keine Beschvvehrung noch Vngelegenheit, vvie gross auch die sey, darbey anzusehen noch scheuen. Der GÜTIGE VVEG, so in Haltung eines *general Land-Tags* bestehet, ist nit allein

Vtrum expediat, rem committere alea: martis &, pacem & subiectionem recusantes, subiugare armis?

allein darumb nicht zu umschreiten, (vveil ieder Zeit *die Güte der Schaerffe* vorziehet, und solches zumahl einen hohen Potentaten löblich anstehet) sondern damit euer Maj. auf den Grund kämen, vvelcher gestalt man gehauset, und vvoher aller Vrsprung umb dieses Vnheils erstehe, und solches zvvar zu mercklicher Nachrichtung, damit dergleichen Aufstände und Ruinen, in andern Königreichen und Erblanden nicht ebensfals verursachet, oder der Vrsachen verstattet vverden. Dann Gott schickt manchmal grosse Herrn und Häupter, vvann sie zuviel schlaffen, solche Vnruhe und Beschvverligkeit auf den Halss, dadurch sie aufgemuntert und ihres Ambts und Berufs vvarnehmen, und erkennen, dass sie nicht allein vvegen Führung hoher Titel und praeeminenzen, sondern zu stättigen Wächtern über Land und Leut, von seiner Allmacht alsso hoch gesetzt sind, damit sie in Handhabung und Schutz des Rechtens und Steurung alles Ubels ihr Leben und Zeiten zubringen, und abarbeiten &c. *Bey diesen ersten Weg* aber vvird *euer Maj.* bald anfangs sich entschliessen (vvie schvver es immer dieselb ankommen mag) dem angedeuteten *Land-Tag in Hungern Persoehnlich, beyzuwohnen*, und derentvvegen *ehist nach Wien*, (alda sie Hungern an die Hand haben, alda sie bey ihren treuen *lieben Staenden* in Sicherheit seyn, deren *Rath*, *Gutachten und Hülff* sich stündlichen gebrauchen mögen, und da sie am leichtesten Mittel zu ihrem intent finden) sich zu verfügen &c. Darneben ist darauf zu gedencken, *erstlichen*, vvas vor dem Land-Tag in mehr Weg angeordnet, *zu bestellen* und fürzunehmen ist, damit man *auf allen faellen, der Nothdurfft* nach, geschickt sey, *darnach*, vvie

an uero tentanda potius compositio amicabilis? quem in finem comitia prouincialia non negligenda,

& quidem Viennae habenda, praesente augustissimo ipso,

quem tamen ante oportet, bene se praeparauisse ad casum utrumque.

vvie auf dem *Land-Tag* in einem und andern *ungefehrlich zu procediren &c. Vor dem Landtag, ja vor euer Maj. verrucken von Prag*, vverden sie nothvvendig halten, derselben Vorhaben *denen vornehmsten Officirn im Koenigreich Boehmen* genedigst zu vertrauen, benebens sie *anzusprechen*, vveil dieselben Stände aus ihrer Maj. bärriger Beyvvohnung derselben Väterlichen Liebe und Neigung vor andern Landen zu spüren haben, dadurch auch nicht allein die Stadt *Prag*, sondern das gantze *Koenigreich* mercklich aufgenommen, sie vvolten nochmalen in der gevvöhnlichen *Schuldigkeit und Treu gegen ihren Koenig* beständig verbleiben und verharren, auch das beste dabey thun, damit *Hungern* vviederum *auf den Weg der Schuldigkeit gebracht*, und dadurch die benachbarten Königreich und Lande in Fried und Ruhe unbelestiget verbleiben. Sintemal *euer Maj.* bey diesem Vnvvesen, *der Staenden Rath und Hülff in mehr Weg bedürffen*, vvären sie bedacht, *Ertz-Hertzog Matthiam nach Prag zu fordern*, und in ihrer Majestaet Abvvesenheit das *Gubernament zu vertrauen*, dem vvolten hierzvvischen die Staende, sonder ich die Land-Officier, zu Erhaltung der Cron, Freyheiten, Land-Ordnungen, gemeinen Frieden und der Ruhe, *treue assistenz leisten*, vvie dann ihro Maj. vor dero Aufbruch gedächte die instruction mit ihnen zu berathschlagen, damit vverden euer Maj. das Königreich Böhmen in deroselben Deuotion hinterlassen, den *Ertz Hertzog Matthiam* denselben Stünden zur *künfftigen Succession* insinuiren, und in mehr fällen ihro Durchl. vvie auch die Hungern, bey denen ihro Durchl. Ertz Hertzog Matthiae Erscheinung auf dem RACKVSCH etvva verdacht

deque instituti sui ratione communicasse sufficienter cum ordinibus Boemiæ, commendãdo ipsis Mathiã archiducem, tanquam dignum, se absente, regni administratorem.

dacht bringen möchte, füglich contentirn. Darauf vväre mit Haltung der *Land-Taege* in allen euer Maj. provinzen nicht zu feuren, damit euer Maj. eine Gevvisheit haben könne, *mit wie viel Volcks sie im Fall der Noth* auſſer der Defenſion Ordnung, vvelche in den Land-Tägen ſolte ins Werck geſezt vverden, *aufzukommen*, und alſo einen *Vberſchlag zu machen*. Es möchten auch *die Staende* auf euer Majeſt. begehren aus denen Land-Tägen *den Botſchkay zuſchreiben* und vermahnen, vveilen ihro Maj. denen Hungern alle gnedige Wendung aller fürgefallenen Mängel anerbieten, daſs ſie demnach *die billigen Mittel nicht wolten auſſchlagen*, viel vveniger mit dem Erbfeind zu Verderbung ihrer ſelbſten, und die benachbarten Lande ſich in Frieden einlaſſen. Sonſten vvären ſie bedacht, ſich vor allem Einfall zu verſichern und ihrem Landes Fürſten euſerſten Vermögens nach, beyzuſtehen, und denſelben keines vveges zu verlaſſen. Gleichfals vverden euer Majeſt. *einen Reichs-Tag bey denen Chur-Fürſten und Staenden des Reichs* ſtarck ſollicitiren laſſen, auf vvelchem in Abvveſenheit *euer Majeſt. Stelle ihro Durchl. Ertz-Hertzog Matthias* vertreten möchte *Viertens*, vverden für euer Majeſt. bedacht ſeyn, den Churfürſten von Cölln, Ertz-Hertzog Maximilianum den Eltern, Pfaltzgrafen Philipp Ludvvigen und Hertzog Auguſtum zu Sachſen, durch Abgeſandte zu vermögen, daſs ſie euer Maj. auf dem *Rackuſch* unbeſchvvert begleiten vvolten, dadurch das Miſstrauen der Hungern zu ringern, und daſs bey der Handlung ſie euer Majeſt. übertragen, auch künfftig gegen denen Staenden des Reichs, euer Maj. angebohrner Güte Zeugnüſs geben. *Zum*

Comitia in ſingulis ad Romanum imperium ſpectantibus provinciis indicenda, propter hanc cauſam urgentiſſimam;

Et deliberandum de cauſa eadem in comitiis imperialibus; & ab electoribus impetrandum, ut ſe comites iungant imperatori, proficiſcenti in Hungariam:

(Rakuſch.)

 fünff-

idque cum pompa & magnificentia, ad omnium oculos pariter & animos eo magis in se conuertendos occupandosque.

fünfften, alsbald euer Maj. neben Ertz-Hertzog Maximiliano nach Wien gelangen, vverden euer Maj. aus deren Königreich und Landen *gewisse Persohnen zu deputirn begehren*, mit denen sie die Friedens-Tractation zu berathschlagen gedaechten, die auch ihro Maj. *auf dem Rackusch begleiten sollen*, vvelches nicht allein des Landes Freyheiten gemaess, die Gemüther der Staende in der gehorsamsten Affection zu erhalten, sondern auch *bey denen Hungern mehrers ansehen bringen wird.* Dann ist das nechst, dass euer Maj. *etliche fürnehme Herrn* aus Hungern, Windischland, Crabaten, als *Herrn Traffen von Serin, Herrn Butiani, Herrn Banffi, Graff Erdody, Setschi, Herrn Georg Turschy, nach Wien* durch schreiben gnaedigst *erforderten*, mit denenselben neben den *Deputirten* aus denen Landen *zu Rath gieng*, demnach die Noth des Königreichs, und also iedes Landes eigene Gefahr vor Augen stehe, damit nit *ihro Majestaet* von der vveiten Christenheit die Schuld zugemessen vverde, als liessen sie an ihre Person vernehmen eins oder andern theils, oder auch an gebührlicher Ausrichtung der angebrachten Beschvverden ichtes ervvinden, so vvaere E. Maj. bedacht einen RACKVSCH nach *Preßburg* auszuschreiben, daselbsten alle und iede bey dieser Vnruhe entstandene Beschvverden, unter andern des Reichs-Handlungen, *Persoehnlich und in Gegenwarth der Herrn Officier und Staenden* anzuhören, und menniglich mit genaden entgegen zugehen, dass die gantze *Hungerische Nation* im Werck spüren solle, vvie ihrer Maj. deroselben *hergebrachte Priuilegien, Constitutiones, Decreta, Jura, Gebraeuch und Herkommen*, ohne Vnterscheid der Religion zu Aufnehmung der Cron und

De rerum statu coram agendum cum proceribus Hungariae, cum in finem per literas Viennam inuitatis; simulque ostendendum: a) imperatorem unice curaturum, ut ne uiolentur priuilegia Hungarorum;

und aller Invvohner, nach Gerechtigkeit nnd Königlichen Gnaden zu schützen und handzuhaben, auch männiglich so darwieder handeln, der Gebühr nach zu züchtigen, an ersten angelegen sey, und damit destoweniger zu zweiffeln, vernehmen sie gern, dass auch Fürstliche Personen aus dem Reich wolten beywohnen die Importanza sey, das erstlich zu nechst künfftig Joanni der *Rackusch* angestellt, und derwegen baldt ausgeschrieben werde. *Zum andern*, dass die Anwesende *Hungrische vornehme Mitglieder* alle Mittel und Weg *versuchen*, damit die *Staende in Ober-Hungern* nicht ausbleiben, zu welchem Ende *Ihr Majest.* für rathsam hielten, dass Herr *Butiani*, Herr *Banffi* und Herr *Turschy* sich persöhnlich zum BOTSCHKAY verfügten, durch Eröffnung *ihrer Maj.* Affection gegen die Cron und auch der vorgenommenen intention denen Beschwärden mit Königlichen Gnaden abzuhelffen, sie auch nach Rath der Stände und nach dem Exempel der vorigen Könige zu compensirn, *ihr dadurch zuwegen*, dass er auf Empfahung des Geleits-Briefs kein Misstrauen in seinem König setze, und männiglich sein Gemüthe gegen der Christenheit zu erkennen gäbe. Ob nun *Botschkay* sich würde mit der *Confoederation des Türcken entschuldigen*, so werde man doch auf dem RACKVSCH seyn und der andern Stände Gutachten darüber vernehmen, was gestalt ein Fried mit dem Türcken zu gewünschtem Heyl der Cron Hungern tractiret und gehandelt werde, einmal sey er seinem *Vaterlande*, seinem *Koenig*, seinem *Glauben* und *Bekaendtnüss*, seinem *Blutsfreunden*, *ihme selbst* und der gantzen *Christenheit* mehr schuldig als dem *Erb-Feind* seiner Nation; sey er ehe und zu-

b) curandum tamen, ut ordines Hungariae superioris compareant in comitiis.

b) persuadendus Botschkaius, ut foederi, nuperrime cum Turcis inito, mittat nuncium petatque fidei, antea datae imperio.

Aut enim offensus est a Regis administris; aut ab ipso rege.

Si a ministris; culpa tribuenda, non est regi, delicta ministrorum suorum neque probanti neque praestanti: laesus uero a rege; parcat subditis & patriae.

vor ehr sich mit dem Erb-Feind in Bündnüss eingelassen, der *Christenheit verbunden gewesen* Gibt er nun die Schuld Euer Maj. Dienern, als welche mehrers gehandelt weder ihnen befohlen, so lass ers seinem König und Herrn, welchem er vorlängst mit Huldigung verpflicht gewesen, nicht mit jüngerer Huldigung entgelten, legt er dann auf ihro Majest. die Schuld, so lass ers nicht sein gantzes Vaterland und so viel tausend Vnschuldiger entgelten. Dieses müste erst also geschehen, wie dann *alle oberzehlte Punkte*, meines erachtens nothwendig *vor angehenden Land-Tag* mit gutem Bedacht, Fleiss und Gewinnung der Zeit, also *in acht* zu nehmen sind. Darauf E. Maj. bey so beschaffener sachen, unerwartet der Hungrischen Stände und des BOTSCHKAY *Ankunfft* nach PRESBVRG werden aufbrechen, und hiezwischen in des *Koenigreichs* fürgefallenen *Handlungen* sich etwas weniges umbsehen &c.

Quibus praemissis & rite prius expeditis, imperator se conferat Presburgum ad COMITIA *ordinanda.*

So viel nun die *Landtags-Handlung* an ihr selbst, da ist die *Frag*: ob *vor* oder *unter waehrenden Landtag* mit BOTCHKAY an einen Ort zu kommen, und *wie solches mit wenigster Verschimpffung Euer Majest.* zu gewünschtem Ende, *anzugreiffen sey*, darnach was die *vornehmste Artikel* des Land-Tags in sich halten.

Quaeritur tamen: 1] quanam ratione conuentus cum Botskaio instituendus ab imperatore, ipsius, at quanti principis! honori ut optime consulatur?

Das erste bedarff satte erleuterung, welche in allen solchen Fällen, die aus der Gewohnheit schreiten, pflegt hoch von nöthen zu seyn. Derowegen E. Maj. allergehorsamst zu bitten, die wollen nach der angebohrnen Sanfftmuth solche ohne beschwert allergnädigst anhören, der ich nichts gedencke wissentlich vorzubringen, als was ich meine dass es am diensamsten ist. Auf die *decreta* nun, worin enthalten: quod dominus Palatinus & iudex curiae regiae, uel supremus

mus Capitaneus, per uniuersitatem nobilium illius comitatus, ubi talis aperta decreti uiolatio facta fuerit, requisitis, leuatus praemisso modo suis ac aliorum dominorum & comittatuum gentibus insurgere & sub praemissa dignitatis & officiorum suorum amissione adimere teneatur; auf diese ob allegirte Decreta (sage ich) hätte zwar E. Maj. der Ordnung nach dem *Botskay* und seine *Adhaerenten tanquam reos laesae maiestatis* in offenen Landtag zu klagen, da sich nicht zu besorgen, es möchten durch die Beklagten die hohen Verursachungen auf dero verpflichte General, Obriste, Räthe und Diener (wil nicht weiter melden) mit *Euer Maj. mehrer Verschimpfung* können statlich beygebracht werden. Solches rede ich meiner schuldigen pflicht nach, zu treuer Vorwarnung, damit aus einer ungelegenheit nicht zwo gemacht, und E. Maj. Reputation bey gemeinen Ständen unter einsten falle. Dann soll er *Botskay* wegen, dass er wieder die Decreta gehandelt, das *Recht müssen ausstehen*, so werden auch *Euer Maj. eben vor denenselben Richtern*, ihre verpflichte Obriste und andere Befehls-habere und diener, *welche vielfaeltig die Decreta geschwaecht* und Gewalt geübet, zustellen und die *Execution zu verstatten*, sonders zweiffel ersucht werden, gleiche casus, gleiche Urtheil, *einerley Richter*, *einerley Verdamnüs.* Damit nun Euer Maj. bey dieser weit aussehenden tractation die so bald kan zum eusserten unwiederbringlichen Nachtheil also anders ausschlagen, des sichern Wegs sich möge entschliessen, ist fast nothwendig (auch des gegentheils *behelff*, derer er sich aller Vermuthung nach zweiffels ohne wird gebrauchen) zu erwegen, wie weit er mit demselben

Respondetur:

Botskaium criminis laesae maiestatis reum declarare uelle, esse parum consultum; idque ob iustissimum metum retorsionis: quod, quo iure quis utitur, eo ipse utatur, intuitu fcilicet administrorum suorum.

Singula argumenta partis aduersae probe expendenda, ad respondendum illis congrue.

selben wider E Maj. Anklage gelangen möge. Ist er nicht fundirt, so halten E. Maj. sich billich der ordentlichen Klag, und wird Gott Mittel zu Bezwingung des Ungerechten, und zu Bestraffung des Meyneydts gewislich schicken. Ist aber Ursach gegeben worden, so will Rathsam seyn, vom ordentlichen Weg zu gedencken, und steht alsdann bey E. Maj. ob sie den Vorschlag ihr belieben lassen, davon hernach soll Andeutung geschehen &c. Aus des versterben *Paul Niari*, der als ein *Freund* und *Gewalthaber des* BOTSCHKAY an E. Maj. Hoff zu *Prag* viel Monath sich auffgehalten, und *lamentirt*, und aus der *Berckstetterischen Abgesandten* anbringen, zuförderst aus des Herrn *Georg Turschy* neben andern von Euer Maj. Deputirten Commissarien *Relation*, und aus aller Verlauffenheit selbsten, befindet sich des gantzen Unheils und Jammers, diese wahrhaffte Ursach rechter Anfang und Ursprung. Nach dem Anno 1604. im Januario die drey Bischöffe: der *Hungerische Cantzler*, der *Praesident zu Caschau*, der *Bischoff zu Erlau*, neben und zugleich dem *General* BELGIOIOSA, denen *Caschauern*, ausser vorgehender, in denen Reichs-Constitutionen, gemässener ordentlicher *Erkaentnüss* ihre *Kirche*, (darüber Caschau stattlich priuilegirt, auch in praescribirter *geruhiger possess* gewesen) *mit Gewalt* EINGEZOGEN, und dem *Capitel zu Erlau*, so bey ihro Maj. zu Prag eine Resolution erhalten, *eingeraeumet*, darüber die *Praedicanten* zu Caschau *verjagt*, nicht allein das *Exercitium Religionis ihnen eingestellet*, sondern auch in ihren Gütern und zeitlichen Sachen &c. dem Belgioiosa und seinen Leuten übel tractirt worden. Da wissen E. Maj. sich allererst zu erinnern, dass die Hungerischen Stände

NIARUS, *nuncius Potschkhai ad imperatorem, late recenset origines harum litium:*

quod anno 1604. ab episcopis quibusdam, manu militari, ipso rege ad id connivente, Caschanienses *ni deiecti sint ecclesia sua, diu quiete possessa; missis in exilium, qui sacra administraverant & religionis exercitio plane negato.*

Stände aus schuldigem Respect gegen E. Maj. sich wegen dieser (auch zu Leutsch, in Zipss,) fürgegangenen *Reformation* anderer gestalt nicht angenommen, ohne dass sie auf dem *Landtag* zu *Preßburg*, so im Martio eben desselben Jahrs gehalten worden, *sich beschwaert*, und die *Religion und Gewissens-Freyheit* in unterthänigkeit *begehrt*, welche ihnen nicht allein *abgeschlagen und verwiesen*, sondern es ist auch diese scharffe Abweisung für den 22. Artickel, und in den Schlus des Decrets, *ungeacht* die potiores partes superioris Hungariae regni, darwieder *protestirt*; *inserirt* und also wieder den gebrauch promulgirt worden. Dieser einige Artickel hat zumal wegen angehängter *Commination*, uno E. Maj. determination, das *Mißtrauen bey den Hungern erwecket*, welches *Belgioiosa* erstlichen mit der *gefaenglichen* Einziehung des PANFI, und mit der *Ranzion* des BOTSKAY (welche beyde der Religion gewesen, und sich aufs ordentliche Recht vielfältig beruffen) darnach mit *Vernichtung der Hungern* auf der Zusammenkunfft zu Hallzeck wiederholten protestation, so weit vermehret, biss sie endlich auf des *Belgioiosa* so geschehene *Einlassung seines Volcks*, und bald darauf zu früh ausgesprengten Einfall und angreiffen, ausgebrochen. Ob nun wol Botskay über die fürgenommene und zulässige Defension die gehorsambste Zuflucht zu E. K. Maj. einen weg als den andern gesucht, durch den Nyari die übele procedirung des Generals angebracht, remedirung begehrt, sich des Rechtstandts anerbothen. Ist er doch nicht allein nicht gehöret, sondern für einen Meyneydigen, treulosen eydbrüchigen Verräther und *Rebellen* von männiglichen, und für den-

quo de spolio conquesti in comitiis, non sufficienter audiuntur; sed a limine iudicii arcentur, non attenta, quam humillime interposuerant, appellatione ad imperatorẽ. Mox viri, munerum amplitudine maximorum insigniti, alter quidem, PANFI, *carceri mancipatur; alter vero,* BOTSKAIVS, *ut graui aere se redimat, cogitur; alii alias, ipsorum personis indignis, poenarum generibus afficiuntur. Quae singula grauamina dicitur non velle audire*

denjenigen in Prag und Wien ausgeschrien worden, der mit *Gewalt unter den Gehorsam zu bezwingen*, zu welchem Ende E. Maj. dem *Basta*, mit den Christlichen Feldlager wieder ihn geschickt, dem nach Prag ankommenden BELGIOIOSA mit allen Gnaden tractirt, und dadurch das Feuer gantz unauslöschlich gemacht, wie es uns leyder an die Hand giebt. Diese *Verlauffenheit* bey dem Vrsprung und Anfang des Hungrischen Aufstandes ist so klar, lauter und unwiedersprechlich, dass mich der *Erzehlung* halber kein Mensch verdencken kan, sondern jeder Vernünfftiger, deme die Hungrischen Sachen nicht gar unbekant, wird von fernen leichlich warnehmen, wie grosse Ungleichheit und deren mehrer übersehen, dabey fürgelauffen, dass man Anfangs *die Vestung Caschau nicht* bey ihren Rechtbarn *Freyheiten und praescribirten possess* gelassen, dass die Resolution ausser Landes geschehen ad instantiam partis, dass die *Bischoffe sich Zeit- und Weltliches anzemasst*, sonderlich das *ohne Willen der Hungern der 22. Articul* ans *Decret* eingebracht, *das Bamffii de facto eingezogen*, *Botskay* unverschuldter Sachen *Ranzioniret*, *seine Unterthanen mit Krieges-Volck beleget*, *und er selbst mit Gewalt angegriffen*, hernach zu Prag nie gehöret, und für einen infidelem proclamirt worden, welche fälle alle *Botskay* und seine *Adhaerenten* sonders zweiffel werden in denen Hungrischen Freyheiten, *stattlich erweisen.* Dann in der Haubtsach giebt ihm das *Decretum Andreae regis* Hierosolymitani genennet, de anno 1222. Artic. 2. fol. 47. darauf E. Maj. in specie geschworen, wie es dann vor andern Reichs-Constitutionen in acht genommen wird, grossen behelff: uolumusque

imperator, reiectis idcirco ipsorum litteris supplicibus, imo ipsos rebelles nominasse, coercendos ideo & ad obedientiam reducendos non nisi per Belgioiosam & uim armorum.

Haec sunt, quae, relata, referuntur;

unde iustum suum dolorem probant Hungari,

prouocantes ad DECRETVM Andreae, *quod seruare ipse imperator promisit, praestito iuramento.*

que nos, nec posteri aliquo tempore seruientes capiant uel destruant, fauore alicuius potentis, nisi primum citati fuerint & ordine iudiciario conuicti. Daſs iſt zu wiſſen, daſs unter denen Worten aliquo tempore seruientes, der Adel verſtanden iſt, welcher unter dem König Andreae seine völlige Freyheit bekommen, unter dem Adel aber seynd auch die höhere Stände, laut der Tripartitae, parte 1. tit. 9. begriffen, per nobiles generales uniuersos dominos Praelatos, Barones, ceterosque magnatos & alios regni huius proceres intelligo. Dieses Decretum wird hernach durch folgende Könige vielmals wiederholet, nemlich wie und was gestalt die Landt-Leut vor denen ordentlichen Land-Rechten sollen angeklaget, daselbsten conuincirt und ehe nicht de facto angegriffen, ia auch nicht pro infidelibus erklährt werden, welches der 48. Articul maioris Decreti Mathiae regis, so anno 1486. zu Ofen ergangen, sein erleutert: quod regia maiestas ad simplicem querelam quantumuis grauem & enormem bona regnicularum non faciat occupare, accepta querela, scribat ad comitem & nobiles illius comitatus, eisdemque committat, quod querelam electos rescribant, quae tandem ex illorum attestatione uideat, cognoscat & deliberet quid illis faciendum erit & an bonorum occupationem uel aliam poenam merebuntur. Wann diesem wäre nachgegangen, so wären die von Caschau, hernacher der Bamfi und Botskay unbeschwäret verblieben, dann Belgioiosa hat nie Ursach gehabt, vor der Zeit mit seinem Kriegs-Volck jemand zu molestiren, und so vielfältige Decreta Gewalthaffrig zu vernichten, darunter eines Alberti regis anno 1439. also saget: quod nullus quim-

Quae priuilegia, fide tot multorum regum firmata, semper immutabilia stiterunt, nunc uero, quod dicta hactenus ostendunt, grauiter uiolata.

IVRE HVNGARICO, nobiles custodiae

tradere non licet, nobilium regni pro quibuscunque factis per quemcunque praeter talem, contra quem sententia capitalis iuridice lata fuerit, possit detineri, seu quocunque modo captiuari. Im dritten Decret des Königes Matthiae anno 1471. articulo X. Quod nos ad simplicem querimoniam nostrorum non faciamus occupare bona aliquorum sed in occupatione agatur semper iuxta consuetudinem regni nostri ordine iudiciario. *multominus bona ipsorum occupare* Und im ersten Decret Vladislai regis, so anno 1492. zu Ofen ergangen der 11. Articul: quod ad simplicem querelam, uel sinistram suggestionem regia Maiestas neminem regnicolarum suorum cuiuscunque status seu conditionis existat, in persona possessionibus seu quibuscunque rebus aliquo modo praeter uiam iuris & parte non audita, impediat. *aut iis damna inferre;* Im folgenden 12. Articul: quod regia maiestas, neque motu proprio, neque ad quorumcunque delationem contra quempiam regnicolarum cuiuscunque status, seu dignitatis aliquam occasionem nolendi, siue in personis, siue in rebus concipiat & exquirat. Das neunte Decret Königs Matthiae anno 1478. quod serenitas uestra ad simplicem querimoniam quorumcunque bona nobilium occupari facere non permittat. Folgends im 10. Articul eiusdem Decreti: quod maiestas uestra absque iuris ordine maiorem uel minorem non captiuet, nisi eos quos iura regni consueta captiuari permittunt. Neque aliquem ex praelatis, baronibus, nobilibus huius regni exulet aut captiuet, sine consilio & sententia praelatorum, baronum, procerum & nobilium, sicuti antiquitus erat consuetum. *neque sufficit, eos conueniri in iudicio quocunque; sed coram iudicio peculiari* So stehet unter denen conditionibus mit welchem Vladislaus anno 1490. die Regierung angetreten: quod ad simplicem que-

relam uel ſuggeſtionem neminem regnicolarum noſtrarum cuiuscunque ſtatus & conditionis exiſtat, in perſona, poſſeſſionibus ſeu quibuscunque rebus praeter uiam iuris & partibus non auditis impediamus. Ibidem: quod neque motu proprio, neque ad quorumcunque delationem uel querelam contra quempiam regnicolarum noſtrorum cuiuscunque ſtatus ſeu dignitatis aliquam occaſionem nocendi, ſiue in perſonis, ſiue rebus concipiamus. Und Tripartita parte 1. Tit. 9. de quatuor priuilegiatis & praecipuis nobilium libertatibus, ſetzt: primam nobilium libertatem in deme quod ipſi niſi primum citati uel euocati ordineque iudicario condemnati fuerint, in eorum perſonis, ad quorumuis inſtantiam uel clamores aut preces, nunquam & per neminem detineri poſſunt. Solches hat nicht allein zwiſchen den Land-Leuten ſtatt, ſondern auch in ſachen, ſo zwiſchen dem König und denen Unterthanen ſich erheben, wie im andern Decreto regis Matthiae anno 1464. der 18. Articul außweiſet: quod nos ad ſimplicem querelam aliquorum uel etiam in propriis factis noſtris bona aliquorum occupare non faciamus, niſi praecederet ſufficiens cognitio cauſae ſecundum antiquam conſuetudinem in talibus fieri ſolitam. Et quod etiam factum noſtrum regium ordine iuris proſequamur. Dieſes verſpricht auch der 76. Articul im Decreto Ferdinando 1550. in negotio occupationis bonorum, quocunque ad M. regiam quocunque de titulo deuoluuntur, ſua regia maieſtas gratioſe obtulit illum modum & ordinem obſeruaturum. Qui temporibus diuorum regum, praedeceſſorum ſuorum fuit obſeruatus, etiam in hoc quam aliis decretas leges regni clementer obſeruaturam. Dieſes

idque, ſeruato iuris ordine,

ne proceſſus ab executione, quod dicitur, incipiat.

Id quod intelligendum de cauſis non ſolum priuatis; ſed etiam publicis & lite inter principem & ſubditos exorta.

Sententia, contra nobilem Hungarum lata, inconsulto praelatorum & baronum ordine, intempestiua est ac ipso iure nulla; neque penes imperatorem aut regem, declarare pro infideli uirum gentilitiae dignitatis.

ſes hätte bey ertheilung der Reſolution contra die Caſchauer wie auch gegen dem Botskay ſelbſten von Billigkeit wegen ſollen obſeruiret werden, und hat Belgioioſa nicht gebühret, dem Botskay und die ſo nicht alsbald auf ſein Begehren parirt, für infidelibus zu halten, bey E. Maj. ſie dafür anzugeben und alſo zu tractiren, will das Decretum maius Matthiae regis de anno 1486. lauter meldet: quod regia maieſtas nominem regnicolarum ſine baronum & praelatorum conſilio, nota ſeu crimine infidelitatis damnare debeat, mit welchem denn der 12. Articul primi Decreti Vladislai anno 1492. übereinſtimmet: regia maieſtas neminem regnicolarum, ſine praelatorum & baronum conſilio, nota ſeu crimine infidelitatis damnare ualeat. Sondern der Proceſs hätte ſollen vorher gehen, welchen die Tripartita iuris conſuetudinarii parte 2. tit. 75. de tribus notis infidelitatis, weiſet. Ita ut, ſi maieſtas ſua regia quempiam regnicolarum ſuarum nota infidelitatis condemnare uoluerit, tunc uniuerſis dominis praelatis & baronibus, ceteriſque regnicolis unam generalem dietam & congregationem ad certum terminum inſtituat & indicet: ad quam etiam illi, contra quem nota infidelitatis obiicitur, per literas praeceptorias regiae maieſtatis mediantibus literis exhibitoriis ad aliquam conuentum uel quodcunque capitulum ſonantibus perſonaliter & non procuratorem euocari debet. Qui ſi uenerit & ſe expurgare poterit, bene quidem; ſi non uenerit & ſe expurgare non poterit; ipſa nota crimineque infidelitatis condemnatur & poſtea illi neque ſaluus conductus, neque etiam nouum iudicium per regiam maieſtatem conceditur & ſubſequenter nec contradictoria inhibitio, nec uiolen-

olenta repulſio tempore ſtatutionis & occupationis bonorum ipſius infidelis admittitur, ſed abſolutio donatio regia executioni in hac parte demandatur. Weiter iſt in dieſen Titulo tertia infidelitatis nota & pronunciatio angedeutet per iudicariam deliberationem & latam ſententiam iudicum ordinariorum regni & quae ſequuntur. In welchen gantzen Titel groſſe Gewarſamkeit gebraucht wird, damit niemand durch Uebereylung zu Unrecht geſchehe, welches gegen dem Botskay keinesweges obſeruitet worden; Belgioioſa ſchützt ſich zwar mit den *Beuelchen* und ſchreiben von Wien und Prag aus, das gönne ich ihm meines theils gerne, aber zu conuenierung des Botskay dienet ſolches wenig. Nec enim tales literae noſtrae ſtehet im 12. Articul 3. Decreti *Matthiae* de anno 1471., ſi quae contra leges & antiquam conſuetudinem regni noſtri emanatae eſſent, uires habeant: praeterea non imputetur iudicibus regni noſtri, ſi tales literae non obſeruabuntur in iudicio. Wann dann Belgioioſa ſich auſſer ordentlichen Rechtens unterſtanden hat, dem Botskay anzugreiffen, wird er ohne zweiffel der Freyheit, ſo König *Andreas II.* dem gemeinen Adel giebt, und E. Maj. in ſpecie *confirmirt* haben, ſich ſtattlich gebrauchen, dann alſo redet er im 31. Articul des Decreti anno 1222. Et ut haec noſtra tam conceſſio, quam ordinatio, ſit *noſtris*, noſtrorumque *ſucceſſorum* temporibus in *perpetuum* ualitura, eam conſcribi fecimus in ſeptem paria literarum & aureo ſigillo roborari. Ita quod ipſam ſcripturam prae oculis ſemper habens nec palatinus, qui pro tempore fuerit, deuiet in aliquo praedictorum nec regem uel nobiles, ſeu alios conſentiat deuiare, ut & ipſi gaudeant ſua liber-

Singularis fauor PRIVILEGIORVM, *quae concessit* Matthias,

non ſuo ſolum; ſed & ſucceſſorum regum nomine.

libertate, ac propter hoc nobis & successoribus semper existant fideles & coronae regiae obsequia debita non negentur. Quod si uero nos uel aliquis successorum nostrorum, aliquo unquam tempore huic dispositioni nostrae contraire uoluerit, liberam habeant harum autoritate, sine nota alicuius infidelitatis, tam episcopi, quam alii Iobagiores ac nobiles regni uniuersi & singuli praesentes & futuri posterique resistendi & contradicendi nobis & nostris successoribus in perpetuum facultatem. Welches auch in opere Tripartito parte I. Tit. 9. de quatuor priuilegiatis & praecipuis nobilium libertatibus, alsso übereinkomt, quarto, quod si quispiam regum & principum nostrorum liberatibus nobilium in generali decreto excellentissimi principis, quondam domini, secundi Andreae regis Hierosolymitani (ad quod obseruandum quilibet regum Hungariae priusquam suum sacro caput diademate coronaretur sacramentum praestare solet) declaratis & expressis contrauenire attentaret, & tunc *sine nota infidelitatis* liberam illi *resistendi* & contradicendi habent in perpetuum facultatem. Derowegen hat *Botskay*, ob er gleichwol die Gegenwehr gebraucht und Gewalt mit Gewalt abgetrieben, billich sollen gehöret werden, cum ad supplicationes priuatas rex benigne respondere teneatur, wie die Decreta an vielen Orten vermögen, sonderlich in Königs Ferdinandi Antwort Tirna anno 154-. item in den constitutionen des 1547. Jahrs im 39. Articul. Welches alles der *Botskay* sonder zweiffels ihme wol *zu nutze machen* wird, die *Staende* wieder E. Maj. auf derofelben anklag *verletzen*, und weil der Stände *Eigenschafft ist ihre Freyheiten aller andern zeitlichen Wolfarth* und

Et principi, ea violanti, qui resistentem nulla infidelitatis macula notant statuta prouincialia

Inde Botskaius causam suam optime defendet procul dubio & tuebitur omnibus modis; quod eo magis est opinabile, propter innatam Hungarorum cupidinem:

und Gunst vorzuziehen, etwa zu mehrerer anruff bewegen wird, wie sie dann diese Reden offt im Munde haben, und zwar ihrem Decret nicht gemäss sind: Rex aut in Hungaria aut in uicinia habitet, beneficia officia rex non nisi Hungaris conferat. Priuilegia regum antecessorum teneantur hospites uel altenigena nonnisi consilio regni ad dignitates ecclesiasticas promoueantur. Ecclesiasti profanas causas non diiudicent neque cognoscant bona extraneis collata recuperentur. Es werden auch die *Staedte in Ober-Ungern* auf dem Land-tag nicht vergessen ihre *Grauamina* fürzubringen, deren ausserordentlichen Process wir vor erzehlet, ihre Kirchen zu CASCHAV, LEVTSCH, TOKAY durch den *Belgioiosa* und die *Bischoeffe* eingezogen worden und einziehen wollen, und in andern mehr fällen in Einlogirung des Kriegs-Volcks und Beraubung des ihrigen, ihre Freyheiten unter dem schein der Reformation, dermassen gewaltthätig geschwächt worden, dass ich meines theils befürchte, man würde durch den ordentlichen Weg wenig erhalten, dann die Decreta sind lauter ciuitatum liberarum & montanarum libertales ubique obseruentur. Milites damna nemini inferant & praeter herbos ligna aquam, a coloris nihil accipiant. Modus recuperandi damnae per milites illata stipendiati regis non praedentur. Poena in dissolutos milites. Milites regi damna nemini inferant alioquin rex de capitaneis illorum satisfactionem impendat oppressiones, spolia, tyrannides, depraedationes & aliae uiolentiae cessent, gentes in aliorum bonis non alantur. Dergleichen *Beschwerden* halten sich auch in SIEBENBÜRGEN wieder den von *Kraussenegg*, welcher wissentlich allerhand Ge- walt-

Pro LIBERTATE *sua pugnandi, tanquam pro aris & focis.*

Neque ciuibus Hungariae superioris deerunt argumenta, quibus iniuriam sibi illatam abunde probabunt.

Accedunt GRAVAMINA *Transsyluanorum*

de ui atque iniuria, sibi illata a commissariis. waltthätigkeit geübet, und darüber noch zu Hof geduldet, ja auch remunaiert vvird, davvieder doch König FERDINAND zu Preſsburg anno 1559. ergangenen Decret am 7. Articul alſo meldet: quod commiſſarii ad quaeque negotia amandati cuiuscunque nationis ſint in officio perperam procedentes puniri debeat. Und hat nichts zu bedeuten, obs gleich in Siebenbürgen geſchehen, vveil es den Hungriſchen Freyheiten einverleibt, Krafft des 13. Articuls ſecundi Decreti regis Matthiae anno 1464. Regnum noſtrum Sclauoniae & partes Tranſyluaniae in omnibus antiquis bonis libertatibus conſuetudinibus & iuribus ſuis conſeruentur.

CONCLVSIO: *Ergo e re omnino eſt, ablegare* NVNCIOS *ad* Botskaium, *rogandum, ut ſe accommodet imperatori, tam propenſo amore* IPSVM *& uniuerſam Hungariam proſequentis; ſub ſpe certiſſima: fore, ut* BOTSKAIO *in omnibus* ſatisfiat *ex uoto.* Dieſe ietzt angehörte und dergleichen Articul mehr aus denen Hungriſchen Landes-Freyheiten und Rechten, weil ſie dem Botskay zulegen, weiſen E. Maj. ab von dem ordentlichen Proceſs auf einem andern extraordinairen Weg, dem E. Maj. nach gnädigſter Abhörung, der mehr Verſtändigen Gutachten, ohne meine maſsgebung, gnädigſt iſt nachzudencken, vviſſen. Nemlichen das vor dem Fürtrag E. Maj durch Ertz-Hertzog *Maximilianum*, Hertzog Auguſtum und Pfaltzgrauen (vvelche vvie ob verſtanden E. Maj. zu Begleitung behandlen möchten) dem BOTSKAY *anreden ließ, wie ſchwaer E. Maj* vvegen der hochvvichtigen Geſchäfften gevveſen, ſich nach *Preßburg* zu begeben, ſo habe ſie doch die *Vaeterliche Treue und Liebe* gegen dero lieben *Hungern* bevveget, auf ſolchen unerhörten *Aufſtand* der jenigen, denen ihro Majeſt. hätten Leib und Leben vertrauet, und bevor ab des *Botskay*, der an *E. Maj. Hoff waere erzogen* und dem *mit Wiſſen* nichts vviedriges, ſondern alle Gnade daſelbſten *wiederfahren*, ſich mit Ungelegen-

genheit nach *Hungern* zu verfügen, und ihme Botskay selbsten anzuhören, vvas ihme doch von E. Maj. so vveit alieniret und seines Königs, deme er mit Eyd verpflicht, also vergessen gemacht, damit der Sache noch möchte Rath geschafft und der Cron von diesem Unheil bey Zeiten abgeholfen vverden, und vveil ihro Maj. selbst die Beysorge trugen, es möchte vvieder dero Wissen und Verordnung etvvas vorgelauffen seyn, so begehren demnach sie gnädigst, er vvolle die Beschvvär Puncten anzeugen, sich in denenselben haben gnädigst zu ersehen, und vvie nun diese Tractation durch vorangedeute Fürstliche Personen, denen E. Maj. billich vertrauen, ihren Anfang nimt, also möchten sie eben durch dieselben, neben und mit denen deputirten Räthen hoffentlich zu gutem Ende gebracht vverden, vvie vveit aber einzugehen, zeigen die folgenden Articul an.

Erstlichen, dass der Evangelischen *Religion* Beyfall oder muth zu geben, männiglich unter der Cron Hungern in Evvigkeit *frey* sey, also dass sie auch mögen Kirchen erbauen und *exercitii religionis causa* Zusammenkünffte zu halten, doch dass sie ihr Leben und Wandel unsträfflich und der Christlichen Lehre gemäss, anstellen. Diejenigen Kirchen so *Belgioiosa* ausser ordentlichen Process der Justitia einen oder andern theil ab gesprochen, oder eingezogen, oder andern eingeräumt, die sollen durch die Comites in jeden Comitatu so lang sequestrirt werden, biss ihro Majest. nach dem Rechten der Hungern fürderlichen inquisition halten und die Erkäntnüs thun lassen. Durch diesen Punct fält selbst von sich der 22. Articul aus dem Decreto anno 1604. und den 4. Articul de extirpandis capiendis & combu-

Quibus, curialium *loco, prius obseruatis, mox in ipsis* COMITIIS *succedat propositio* PRIMA *de libero religionis exercitio; ut tamen 1)* ECCLESIAE, *occupatae per* Belgioiosam, *sint in* sequestro, *usque dum lis decisa per relessum.*

 rendis

rendis Lutheranis, constitutionum in campo Rackhos 1525. so mit unfug denen Decretis einverleibt seynd, dann wieder den vorigen haben die vornemsten Stände protestirt, und diese sind ihm approbirt worden, so mögen die Geistlichen bey ihren Bisthümern und geistlichen Güthern verbleiben, und ihres Beruffs mit guten Exempeln abwarten, aber in weltliche oder politische Aemter oder Geschäffte nicht zugelassen, und ihre Güter durch gewisse Ränthmeister administrirt werden. Was von den geistlichen Gütern dem Feind abgewonnen soll nicht postliminio wieder hinzu begehrt werden, sondern bey Königlicher Cammer verbleiben. Zum *andern* an statt gebehrten Palatini, schlagen E. Maj. denen Ständen vor Ertz-Hertzogen Maximilianum zum Gubernatore, der werde bey ihnen verbleiben, die Hungern zu Räthen und Officirern gebrauchen, und vor allen dingen das Jurament wegen Erhaltung der Freyheiten vor denen Ständen E. Maj. leisten, dass werden die Hungern gerne eingehen, weil sie noch zu Königs Ferdinandi und Maximiliani Zeiten ohne unterschied deroselben Söhne und Ertz-Hertzogen begehrt, Ertz-Hertzog Matthias ist ihnen nicht wol vorzuschlagen, weil sie wissen dass er der Reformation Beyfall gegeben, und ihro Maj. Böhmen vielleicht mehrers belieben möthte. Zum *dritten*, die Vestungen im Königreich betreffent, sollen durch diejenigen die sie ietzt administriren nachmals also erhalten hinführo aber niemanden eingeräumet werden, als mit Rath und Willen der Stände, nicht weniger als des Kriegs. Zum 4. da Botskay sich werde vor denen Ständen dahin erkennen, dass er der Sache zuviel gethan, und er hinführo ein treu-

2] utantur fruantur episcopi & reliqui clerici suis beneficiis;

3) cedant aerario regis bona ecclesiastica, occupata in bello.

SECVNDA: *ut eligatur & ordinetur, qui, rege ipso, propter imperii negotia, absente, regno praesit* BOEMIAE; *quo nomine ipsis* Maximilianus *archidux commendatur.*

III. Cura castrorum penes quos?

IV. de praemiis conferendis Botskaio, si, quod

treuer Vasall seines Königs verbleiben wolle, sich anerbieten, so verspreche ihm ihro Maj. darauff im offenen Landtag, neben Vergessung alles fürgegangenen, diejenige Gnade zu erweisen, die zu seiner und der seinigen Versicherung, zu Erstattung alles des Seinigen und seiner Angehörigen erlittnen Schaden und Verlusts, und zu Erhaltung der Cron Nutz und Wolfarth nothvvendig seyn vvird (daraus er abzunehmen hab, vvie E. Maj. nicht zuvvieder sey, mit Vorvvissen und Rath der versammleten Stände) ihme das Fürstenthum Siebenbürgen zu vertrauen, dessen sie bereit längst haben Vertröstung gethan. Zum 5ten, nachdem auch im vvährenden Auffstand dem Herrn Bamfi, Herrn Turzo, Herrn Kollonitsch und vielen andern aus dem Adel, Häuser und Güter mit Gevvalt eingenommen und Schaden geschehen, so sollen inquisitions commissionen entvveder auf den vveg vvie zu König Matthiae Zeiten, oder vvie sich ihro Maj. mit Rath der Stände auf dem Landtag entschliessen, angestellet und verordnet vverden. Zum 6. im übrigen sagen ihro Maj. denen Hungern darunter begriffen sind die liberae und montanae ciuitates, item die partes Transsyluaniae & Sclauoniae und alle die Lande, so in den Statutis regni einkommen, hiemit zu, sie samt und sonderlich bey denen Rechten, Freyheiten, Decreten und Constitutionen regni Hungariae väterlichen verbleiben zu lassen. Zum 7. Entbiethen sich ihro Maj dass sie dem Belgioiosa, Petzn und D. Krausen bekehr, vvelchem die Schuld dieses Unheils zugemessen vvird, in den Diensten nicht zu gebrauchen, sie vvollen aber alle die, so zu denen Hungern sich begeben dieses gantz unentgeltet lassen, vvas Nation die auch seyn.

non dubitatur, obedientiam præstiterit.

V. Vt satisfiat singulis pro damnis iniuriisue, sibi illatis.

VI. Gaudeant omni tempore uniuersi ordines suis priuilegiis & iuribus.

VII. ne utatur opera consiliisue Belgioiosae imperator aduersos Hungaros.

VIII. aut foedus cum Turcis initum nullum sit; aut nihil exinde periculi metuendum.

seyn. Zum 8 wessen sich gegen dem Türcken zu verhalten, läst sich dieser Zeit nicht davon reden, dieweil man der zwischen dem Botskay und Türcken getroffener Pactaten halber nicht gewisse Nachricht hat, zu vermuthen ist wol Botskay habe sich verschrieben, keinen Fried mit uns einzugehen, darin nicht auch die Türcken begriffen, und diss ist er so wol dem Feind als Freund zu halten schuldig. Daher E Maj nicht wird vorüber können, dissfals den Frieden auch mit dem Türcken tractiren zu lassen, doch so er die Vestung Gran, welche er wieder der Hungern Willen und Pacta der Cron entzogen, wieder übergiebt, sonsten werden ihme die Hungern den Frieden zu halten nicht schuldig seyn, wäre auch der gantzen Nation, sonderlich dem Botskay und seinem Geschlecht ein unauslöschlichet ewiger Spott anzuhören, dass eben durch ihm der Türck diese ansehnliche Vestung der Cron entzogen. Im übrigen was einem oder andern theil verbleiblichen in Gegenwart des Botskay berathschlaget werden. Diese sind die fürnemsten Articul, welche E. Majest. dem Botskay auf vorgehende seine Erkänntnüss, zu Erhaltung des Friedens und der Wohlfart im Königreich, ohne difficultaet werden gnedigst eingehen, die übrigen seyn nicht schwer hinzulegen, derowegen dieses Orts von denen keine Meldung geschicht. Zum fall aber Botskay E. K. Maj. gnedigste Affection wolte in Wind schlagen, und in seinen Unfug verharren, so werden E. Maj. denen Hungern zu sagen einem Weg als dem andern, die obangezogene Articul, weil die zu Erhaltung gemeiner Wohlfart und Aufnehmung des Vaterlandes dienstlich sind, gnedigst und beständigst zu

reservato tamen contra rebelles iure belli,

zu halten und nicht zvveiffeln, sie vverden E. Maj. auch vvieder den Botskay treulich beystehen, E. Maj. seyn nur dahin bedacht, vvie sie mit denen Nieder-Hungern Handlung pflegen, damit sie (vvie kein zvveiffel) sich unterhalten und bestellen lassen, so können E. M. der zutragenden Rebellion sich maechtig genug machen, und samt dem andern Volck in Ober-Hungern aufs vvenigste biss in 50000. Mann im Felde haben. Dann oben ist angezeigt, vvas gestalt Ertz-Hertzog Matthias im Nahmen des Hungerischen Nackusch vvisse, mit vvelcher anzahl ins Feld zu ziehen. *Boehmen* han vervvilligen bis in 2. Regiment von 6000. Mann und 2000. Pferdt. *Oesterreich unter der Emß* 2000. Musquetier und 1000. Pferdt. *Ob der Emß* 1500. Knechte. *Maehren* vervvilligt Oesterreich unter der Emss allerdings gleich. *Schlesien* 2000. Pferdt. *Graffschafft Tyrol* mit denen vordern Landen 3000. Knecht. Der *Fraenckische Crays* 1000. Pferdt. *Bairische Crays* 4000. Knecht. *Schwaebische Crays* 4000. Knecht. Der *Churfürst zu Sachsen* vvird E. Maj. gevviss nicht lassen, sonderlich auf der Freystellung der Religion mit 1000. Pferd. *Churfürst zu Brandenburg* mit 500. Pferdt. König von *Spanien* haelt ohne das 2. Regiment, unter Schönberg und Mersperg bis in 6000. Knecht. So nun die Spanschafften mit 10000. Mann auch darzu treten, so kan ein Feld-Lager von 50000. Mann geschlagen vverden. Die *Artollery* und das Proviant-vvesen vverden E. Maj. auf sich gnedigst nehmen, vveil zumal bey dem Proviant nicht alzugroßer Verlust ist, nach dem auch an Ersetzung der Aemter viel gelegen, so vverden E. Maj. meines gehorsamsten erachtens nicht unrecht

ope copiarum auxiliarium,

quas militum provinciae recensitas:

duces & praefecti militum quinam?

recht thun, vvo sie die höchsten Befehl als General-Feld-Obristen, mit Ertz-Hertzog Maximiliano; dessen Obristen Lieutenant, Graff Friedrichen von Hohenloh; Obristen Feld-Marschall, mit Herren Hanss Friedrichen von Herberstein; Obristen Zeugmeister Befehl, mit Herrn Hanss Preuner; Obristen Proviant-Meister Ambt, mit Herrn Helmhart Geörgen: zu deren übrigen seynd deren genug, so darumb anhalten, und vverden E Maj. gnedigst bedacht seyn, auch von Böhmischen Land-Leuten zu hohen Befelchen zu gebrauchen. Betreffend E. Maj. Windische und Crawatische und mehr Grentzen, wäre Ertz-Hertzog Ferdinand darüber zu vernehmen, wie und wann ihro Durchl. dero Land und sich selbsten zu beschützen gedacht. Ist nun ein tauglicher Vorschlag zu finden, so sind E. Maj. dis Orts der Sorge frey, wo nicht, so liegt E. Maj. als dem ältesten Herrn Oesterreichs, und deme dieselben Grentzen angehören, in alle wege ob, mit der defension zu erfinnen, deren weiss ich kein anders, denn das E. Kayserl. Maj. aus Kayserlicher Macht dieser wegen Beschützung des gantzen Römischen Reichs und deroselben Glieder hat, allen Land-Leuten und Einwohnern, Steyer, Cärndten, Crayn, Windisch, Crawaten und andern, welche Theil ohne das der Hungrischen Crone einverleibt sind, die Religions-Freyheiten publiciren und darauf allergnädigst an die drey Landschafften begehren bis in 20000. Mann, neben zugehöriger Artolleri, Proviant und Munition auf die Grentzen, und da sie mit Volck nicht getraueten aufzukommen, eine summa Geldes darauf zu verwilligen. Wie nun ihro Durchl. Ertz-Hertzog Ferdinand wegen geschehener obligation zu Ferraro anno

Cogitandam de vicinarum provinciarum defensione;

sich

ſich nicht gern darumb annehmen, ſo viel weniger können E. Maj. füglich in dieſem Vornehmen verhindern. Alſo wird auch der Hertzog von Bayern eine Hülffe von 3000. Mann ihro Maj. auf dero Begehren, nicht verzeihen, damit wären dieſe Grentzen auch verſichert &c. In alleweg iſt inſonderheit nöthig, daſs in denen Landtägen begehrt werde, mit dem 30. 10. und 5. Mann in jedem Lande ſich *gefaſt* zu machen, und bis zum Aufbot in *Bereitſchafft* zu ſtehen, dadurch der Einfall nicht allein des Feindes, ſondern auch des zuſammen rottenden allerhand Geſindels, wie gemeiniglich zu ſolchen Zeiten geſchicht, zu verhüten, daſs auch das allgemeine *defenſion Weſen*, wie eine Provinz der andern beyzuſpringen, ins Werck gerichtet, und weil die Berathſchlagung deſſelben albereit in denen Landen geſchehen, auch die Deputirten wegen der *General Deliberation* namhafft gemacht, daſs ſie alsbald nach Wien erfordert und die Sache daſelbſt mit E. Majeſt. gnädigſter ratification beſchloſſen werde. Was geſtalt aber und wo dem Feind mit oberzählten Volck zu Roſs und Fuſs, allenthalben zu begegnen, und wie es nicht allein zur defenſion des Oeſterreichs, ſondern auch der andern Provinzen, auszutheilen, davon iſt künfftig zu reden. Ob gehörter maſſen nun werden E. Maj. dem Botskay (auf dem Fall die Güte bey ihm nicht wolte der Billigkeit nach ſtatt finden) und jedem zuſchleiffenden Feinde, mit der Hülffe Gottes, leichtlich abbruch thun, auch dieſe erzehlte Hülffen unzweifflich continuiren, zumal wo E. Majeſt. denen Landen die geſuchte Religions-Freyheit gnädiglichen wilfahren, aufs wenigſte würde ohn einiges Miſstrauen ein Land dem

Inde opus variis apparatibus bellicis; efficiendumque: ut retineatur Hungaria sub poteſtate & nexu imperii.

dem andern mit gröſſerer Liebe, Treue, Eyffer und ohne Verſchonung ihres eigenen Nutzens, chriſtlich beyſpringen, dabey zu Anfang, Mittel und Ende der allmächtige Gott, welcher kein gefallen ob der Zerrüttung hat, ſondern den Frieden allen Menſchen gebeut und gehalten haben will, mit busfertigen Hertzen embſiglich anzuruffen, daſs E. Maj. als ſeinen gröſten Officir in der Chriſtenheit, ſich wolle zum Schildt und Waffen machen, auch bey E. Majeſt. gerechten Handlungen, Sieg und Victoria wieder alle falſche und feindſelige Hertzen, gnädiglich verleihen und dadurch die bedrängte Chriſtenheit aus der Gefahr der Türcken und dergleichen Tyranney und aus dem Zwang der Dienſtbarkeit väterlichen ſchützen und erretten. Dieſes iſt allergnädigſter Kayſer und Herr, meine einfältige Meinung, warum und wie man aus dieſen beſchwerlichen Händeln *mit Vernunfft bald* oder ehe das Unweſen alles erſtarre, zu einer beſtändigen Lobwürdigen Ruhe, und zu Erhaltung E. Maj. Land und Leüte kommen möge, was nicht mit Vernunfft geſchicht, das hat zu Lohn die Thorheit, und ſpäte Hülffe hat in geſchwinden Laufften keinen Danck, als wol keine Ruhe zu vernehmen iſt.

Nihil procrastinando.

TERTIVM: *num indignum rege ac imperatore, inire cum ciuibus & ſubditis, exulceratis, pacem & concordiam?*

Es möchte aber jemand ſagen, weil dieſem Gutachten nach E Maj. mit einem ſolchen Volck aufkommen und dadurch den Botskay ſamt allen die ihme anhängig, bezwingen mögen, ſo erfordere E. Maj. *reputation*, ſich in *keine Capitulation* mit deren Unterthanen oder Rebellen (wie mans nennet) einzulaſſen, ſondern ſo man ja nicht anders kan, dieſelbe aufzuziehen, bis E. Maj. in ſolcher Bereitſchafft ſich finden, daſs dero Feinde mit

mit Ernst mögen angegriffen und andern zum Exempel möchten bestrafft werden. Darauf antworte ich, dass an denen oberzehlten Hülffen, alsdann erst nicht zu zweiffeln, wann auf denen Reichs- und Land-tägen denen Ständen erwiesen wird, dass der Botskay und seine Adhaerenten keiner Güte statt thun; sondern ihnen fürnehmen wolten, die Lande ihres Gefallens zu tribuliren, wo dieses nicht würde beygebracht, so machen E. Maj. derselben keine Gedancken, dass das Römische Reich, noch auch E. Maj Königreich und Lande sich in ihren freyen Verwilligung wieder diejenigen einlassen werden, die sie dieser Zeit für unschuldig, und bey E. Maj. durch friedsässige Leut, unbillig der Religion halben haben eingetragen, auch ungehörter massen durch fremde Leut, zu Ersättigung ihres Geitzes und zu keinem Nutz E. Maj. übel geplagte und tribulirte halten und erkennen. Solten nun hierzwischen die Hungern den fürsetzlichen und ihnen zu Gefahr gesuchten Auszug warnehmen, so sehe man wol zu, dass sie es nicht alzuzeitlich da suchen, wo sie es nechstmalen gelassen, und durch Gewalt die bedrängten und Schutzlose Länder zur Huldigung dringen, dabey würde nicht allein E. Maj. sondern des gantzen löblichen Hauses Oesterreich reputation (Gott verhüte es) auf einmahl zu boden fallen und gäntzlichen untergehen, da sie durch diesen sichern weg zu guter Ruhe zum Genuss ihrer Land und Leute und zu voriger Hoheit wiederumb haben zu gelangen. Also dass ob diese Friedens-Handlung der reputation nicht gemäss, so ist doch für ein Mittel zu achten, der vorigen reputation bey ihren Lande und Leuten wiederum aufzuhelffen. In denen Fällen

Respondetur:

auulsae Hungariae ab imperio

maiorem esse iacturam & praeiudicium exinde longe grauius sentire imperatorem.

De ordinatione causarum meditatio singularis, Fällen, welche uns zur Ruthe und Buſs von Gott geſchickt worden, iſt die *reputation* und Hoheit *nicht zu ſuchen*, ſondern Demuth, Erkänntnüs und Weiſsheit, bringen die faehlenden wieder zu recht und ſetzen ſie wieder in den vorigen Stand. Wir haben zu beyden theilen geſündiget und den *Zorn Gottes* auf uns geladen, ohne welchem unmöglich wäre, daſs ein privat Unterthan, als Botskay ſo weit gedencken möchte, daſs ſind wir in der *Furcht Gottes* zu erkennen ſchuldig, ſoll es nicht übler zugehen &c. Die reputation aber

qua re mitius interdum agendum cum tali vasallo; iſt anders nichts, als eine zeitliche Hoheit, die da manchem Potentaten von maenniglich, aus trefflichen Urſachen zugeeignet und gleichſam zu erkant wird. Soll nun in dergleichen etwas bey dieſer Friedens-Handlung geſucht werden, ſo muſs es aus ſolchen hohen Urſachen geſchehen, die aller *ehrlichen und chriſtlichen Leute* Urtheil

adhibendo remedia, conformia virtutibus, Chriſtiano dignis; nach, E. Maj. deroſelben faehig machen, als da ſind *Gerechtigkeit, Weiſsheit, Vorſichtigkeit, Macht* und Glück, das Scepter der Gerechtigkeit zeigt bey dieſer Capitulation daſs E. Maj. alle die, ſo unter was ſchein und behelff es immer ſey, zu dieſer *gefaehrlichen* und beſchwerlichen *Unruhe* und Miſstrauen haben Urſach und Anleitung ge-

his maxime temporibus. geben, nicht weniger öffentlich geurtheilt und beſtrafft werden, als die ſo darüber ſind ausgeſtanden und an ihrer Maj. ſich vergriffen. So aber E. Majeſt. jenes nicht gern zugeben, ſo kan auch der theil, ſo gelitten und der Sache zuviel

Adde, quod Generoſi animi ſit, nocere, quando poſſet, nolle nihilominus; gethan, keinem Urtheil unterworffen ſeyn, ſondern hat ſeine Entſchuldigung, bis ihme verginnung geſchehe, alſo daſs *ob gleich* E. Maj. *Mittel haetten den Ernſt* zu gebrauchen; ſo waere es doch nicht recht, nicht billich, nicht der reputation

tation gemaeſs, ſondern eine Tyranney, vveils mit der Gerechtigkeit ſtreitet. Nam iura retinentur provinciae quae viribus, parentur. Die *Weiſsheit*, damit E. Maj. von Gott begabet ſind, iſt in deme zu ſpüren, ſo E. Majeſt. die Naſende vveiſs der Jungen, ſo aufgeſtanden und ſich empöret mit *Sanfftmuth, Güte und Gnade*, ohne Vergieſſung chriſtlichen Blutes, durch die Zulaſſung deſs, ſo ohne daſs ihnen nicht mag füglich vorgehalten werden, gewinnen, alſo daſs ob gleich wol E. Maj. durch Gevvalt ihnen ſolches vorgehalten, oder ſie laenger damit aufziehen könte, ſtünde es doch einem vveiſen Potentaten übel an das gemeine Unheil ſo lang zu handlen. Darumb hat KAYSER AVGVSTVS die Luſt und appetit zum *Kriegen* recht verglichen einem, der mit *güldene Angel* fiſchet, dann für eins ſind die Fiſche des Angels nicht vverth, über das vvo die Schnur bricht, ſo iſt alles dahin und doppelter Schade dabey, die Vorſichtigkeit aber beruhet auf dem, daſs man das ſchvvere Unheil und die Raſenheit nicht laſſe obſeyn, erſtarren die Gemüther der Verbitterung und vvas ſonſten ungleichs dabey vorlaeufft, gevvohnen, darvon ſie alsdann entvveder gar nicht vvieder zu entvvenden ſeyn oder da es gleich geſchicht, iſt doch hierzvviſchen Rachheit, Gottloſigkeit, Frevels, Muthvvillens und alles Ubel viel geſchehen, vvelches E. Maj. zu verhüten ſind, die Macht gehört alsdann zu der reputation, vvann die Handgehabte Gerechtigkeit, angebotene Güte und gebrauchte Vorſorge kein anſehen hat, und E. Maj. allezeit bereit ſeyn können, etliche Laender und Leute vvieder zu gevvinnen oder in vorigen guten Stand zu bringen, oder andere nach Nothdurfft zu ſchützen

potentia lenitate temperata.

Teſtimonio AVGVSTI, *diui Caeſaris*, bellum *comparantis cum aureo hamo.*

unde damni plus, minus lucri.

zen und das Unrecht zu züchtigen und zu bestraffen, sonderlich dass Gott durch vernünfftige Obriste, Raethe und Diener, deren E. Maj. sich gebrauchen, deroselben Sieg und Glück verleihet. Dieses sind die Ursachen dadurch E. Maj. in dieser Hungrischen Tractation nicht allein bey denen Hungern, noch allein bey denen andern Erb-Königreichen und Landen, sondern bey der gantzen Christenheit ihre *Reputation* vor andern Potentaten erhalten können und vverden. Es leyden aber alle diese Ursachen *keine Zertrennung*, sondern bieten einander die Hand, vvelche drunter auslasset, macht die übrigen den Namen reputation verlierendt, so haben auch andere Mittel und Wege die Hungern zu compofciren keinen bestandt, vielvveniger dienen sie zur reputation, ob sie gleich vielleicht möchten angehen, dann vvas nicht aus der Tugend fliesset, das pflegen die Weisen nicht zu loben, vvas aber bey diesem nicht gültig, ist keine reputation zu vernehmen. Wann dann bey meinem geringschaetzigen Vorschlag all ob erzehlte Ursachen in acht gezogen vverden, so vverden E. Maj. durch Folge desselben, nicht allein vvieder dero Reputation, nicht handeln, sondern vielmehr dadurch vvieder zu voriger, derselben glücklich gelangen, ja auch solche vermehren, in deme bey vielen nicht zugetrauet vvird, dass es im vorigem Wolstand vviederumb zu bringen sey. Im *Hussiter-Krieg*, als die Böhmen vvegen des durch Kayser SIGISMUNDUM gebrochenen Geleits aufgestanden, vvaere dieser Kayser durch Baepste, Clerisey und andern, so vveiter auf die Reputation nicht gesehen, beredet, durch *Schaerffe* und *Gewalt*, vvelchen er von dem gantzen Römischen Reich und

Securior imperator in illis, quae suppeditaurimus,

ad normam rationis.

Ab exemplo contrario belli Hussitici, quod admodum sinistre tractaui SIGISMUNDUS,

und aus Italien gehabt, die Böhmen zu gehorsam des Costnitzer Concilii zu bezwingen, aber endlich muste er nicht allein die Religions-Freyheit zulassen, sondern er suchte auch bey dem verräthlichen Gegentheil Friden mit solchen anerbietungen und Conditionen, deren sich gedachter Gegentheil niemals hat traumen lassen, darvon *Bonfinius decad. 3. lib. 3. rerum Hung.* mit diesen Worten schreibet: Kayser *Sigismund* unterstunde sich nicht mehr mit Gewalt und Waffen, sondern mit Gaben und Landvogtheyen den Ziscam zu befriedigen und damit zu erwegen, und seynd des Kaysers Sachen biss dahin kommen, dass der Römische Kayser, dem nicht allein Italia, Franckreich, Teutschland, sondern auch gantz Europa in grossen Werth und Ehren hält, diesen alten unadelichen, blinden, unglaubigen, Kirchen Räuber und Ertz-Ketzer (dass sind seine Wort) wo er Sigismundus den Titel des Römischen Königreichs haben wollen, hat fliehen und gedencken müssen, wie er ihn mit Geld und ehrlichen Aembtern überwinden möchte, und hat ihm zugesagt, dass er ihm sein Lebelang zu einem Stadthalter in Böhmen machen, auch zu einem Haubtmann über die Ritterschafft und ihme jährlichen eine treffliche pension darzu gegeben, wo er ihn zum König in Böhmen nehmen und seine Sachen beschirmen wolte, diss Geding und Erbieten hat der König Zischka angenommen, und als er zum Kayser ziehen wollen ist er unterwegs gestorben &c. bis hieher Bonfinii.

nunc summa ui usus; mox animo lapsus molliciemque ostendens plus quam foemineam; denique, quod non ualet uirtute, efficiens pecunia & elargiendo munera & dignitates.

Quo nomine ziscka uicariatum regni Boemici obtinuit.

F. de Bonfinii.

Da König Sigismundus, welcher ein grosser Liebhaber nicht allein seiner eigenen, sondern auch ein Beförderer des Hauses Oesterreich, reputation gewesen, die Religion und Gewissen,

Intellectui nemo potest imperare; unde formula credendorum frustra praecipitur.

welche nicht in die politischen administration gehören, sondern einem jeden vor Gott zu verantworten stehet, bald anfangs denen Böhmen hätte freygelassen, so hätte er den Gehorsam und die glückselige Ruhe im gantzen Königreich ohn alle Belästigung der Geistlichen, und ohne Verschimpfung seiner Hoheit beständiglich erhalten. Da ers aber mit der Schärffe angefangen, ist es hernach nicht bey der Freystellung der Religion verblieben, sondern die Clöster seyn niedergeworffen, die Geistlichen neben andern viel Unschuldigen übel tribulirt, und ein mächtiger Potentat so Römischer Kayser und in Hungern und Böhmen König gewesen, so hoch wieder alle Reputation in dem verschimpffet worden, dass er einer schlechten Person hat endlich die grösten Ehren und Würden cediren müssen. Mit dem Botskay und Hungern hat es fast ein gleiches ansehen, da E. Maj. bald anfangs hätte die Religion freygelassen, oder doch aufs wenigste sie ehe gehört, alles mit Gewalt angegriffen, wäre dasjenige so darauf erfolgt, leichtlich vermieden blieben, es hätte auch Botskay ihm nicht getrauet, das Fürstenthum Siebenbürgen zu begehren, indem man aber die Kläger nicht gehöret, sondern mit Erhaltung der Reputation und mit den Umbgengen, wie die Hungern mit Gewalt zu bezwingen, ist diesem der Geist von Tag zu Tag höher gestiegen, also dass sie ietzt nicht mehr mit der Freystellung zu frieden, sondern man muss den Botskay auch das Fürstenthum Siebenbürgen wieder die Schuldigkeit cediren und dafür halten, es sey dabey weniger Verschimpfung als wenn das gantze Königreich und wol noch mehr Land sol darauf gehen &c. Ausser dieser

Quae veritas cum luculentissimarum testatissima rebus, in Hungaria gestis,

Ges-

Cession, deren ihme Botskay zu Prag fast alzufrüh ist Anerbietung und Vertröstung geschehen, sehe ich gleichwol nicht, wie E. Maj. dass die übrigen Articul den Hungern gleichsam schuldig oder zu Verhütung mehrerley bey dem Königreich entstehenden inconveniencen, eben dieses wie andere grosse Häupter, auch ohne Verlierung der reputation zugelassen haben, befugt wären. Dann so viel den ersten Punct betrifft, haben E. Maj. mit der Freystellung der Religion viel Vorgeher, dass nicht allein die Heyden, sondern auch christliche Häupter vielmals denjenigen Nationen die umb den Gottesdienst so starck haben angehalten, damit gewilfahrt, wann sie nur in zeitlichen Gehorsam geblieben sind; solches ist gegen den Juden geschehen von Dario, Cyro, Artaxerxe mit Zulassung des Tempels Erbauung, wiewol sie zuvor ihrer eigenen Religion zuwieder schwerlich rebellirt hatten, wie herrlich die Römer in ihrer Religion gewesen haben sie doch die Juden, ungeacht deren Religion ihnen gantz zu wieder, zu Bürgern in Rom selbst aufgenommen, aus der Ursach (schreibt Josephus) dass Hircanus das Haupt im Jüdischen Volck, Obrister Priester in Friedens-Zeiten, wie in Kriegsleufften denen Romern Treu gehalten, also dass ihnen ist zugelassen gevvesen die Stadt Jerusalem vvieder zu erheben und zu befestigen, dass vveder heimlich noch öffentlich niemand sie unrecht anklagen noch schmehen dürffen, dass sie mögen ohne Dienstbarkeit frey seyn, ihrem Gesetz, Gebräuch und Gevvohnheiten nachleben, und da sie an bequemen Orten zu Haltung ihres Gottesdienstes, abgang gelitten, sind ihnen solche Ort eingeräumet vvorden, vvie solches Kaysers *Julii*

Relinquenda igitur cuique libertas, sentiendi pro captu suo in rebus theologicis,

modo ne prodat aliis aduersa articulis fidei,

ad turbas in republica deuitandas.

T 2 Di-

Exemplo, summorum imperatorum, in ciuibus suis religionis diuersitatem, pro diuersitate nationum, tolerantium

Diploma ausvveiset, Kayser *Tyberius*, vvie Tertulianus schreibt, hat für sich selbst und vvieder des Rathes zu Rom Verboth, *der christlichen Religion* in der Stadt zugelassen, und bey Leib und Leben verbotten, die Christen vvie zuvor im brauch gevvesen, anzuklagen. Kayser *Nero* hat in den ersten 5. Jahren seiner Regierung, vvelche vom löblicken Kayser Vespasiano, selbst sind hoch gerühmet vvorden, Pilato der Ursachen das Leben genommen, dass er dem Herrn Christo ohne sein Vorvvissen, also unschuldig hinrichten lassen. Sein Tyrannisch Regiment aber hat sich mit dem Verbot des Christenthums angefangen. Solche Religions-Freyheit haben auch andere fürnehme und berühmte Kayser, Adrianus, Antonius, Philippus, Maximilianus unter den Heyden, unter denen Christen aber, Kayser Gratianus, Theodosius, und dass ich der alten Zeiten geschvveige, tragen E. Maj. gnedigstes Wissen, vvie in der Böhmischen *Landtaffel* ausdrücklich stehet, dass beyde Religionen sub una utraque für einen Mann als gute Freunde stehen, item dass einer oder ander theil ausser Rechts nicht fürnemen, noch ein theil dem andern nicht schmähen sol: darin zvvar der Römische Stuhl nie vervvilliget, sondern im Concilio zu Costnitz cum pacto anathematicirt, nicht vveniger haben seit Sigismundo her, alle Könige und E. Maj. Vorfahren Carolus V. zu Verhütung allerhand fernern Ervveiterung in Religions-Sachen, auf denReichs-Tägen zu *Worms*, *Speyer*, *Regenspurg und Augsburg* für sich selbst, und ohne Vorvvissen und Consens des Bapsts, viel gehandelt, und ob vvol Paulus III. in des 1544. Jahrs durch schreiben mit sonderer Ausführung, verhebt, auch mit gar ange-

Neque improbant religionem sub utraque institutam Boemica, (Boehmische Landtafel.)

non obstante prohibitione pontificis R.

gehengter Bedrohung, da er als Bapst mit solcher gestalt, nichts fruchtbarliches bey ihro Maj. erhalten könne, so vverde er zu einem andern gedrungen, nichts desto vveniger haben doch ihro Maj. des 46. Jahrs hernach das angestelte Colloquium zu Regenspurg erst vvieder zu continuiren befohlen, auch etliche Articul für geschlossen angenommen und ratificirt, vvie dann hernach Ao. 1548. das Interim gleichfals ohne Päbstlichen Consens aufgerichtet. Volgends hat Kayser *Ferdinandus* im Jahr 1552. zu Passau ohne allen Consens des Pabst, vvegen Erhaltung gemeiner Ruhe und Vertraulichkeit im Römischen Reich *den Religions-Frieden und die Cammer-Gerichts-Ordnung* aufgericht, in vvelcher beyder Religions-Vervvandte, neben einander sollen setzen und erledigen. Will man dann allein der Hungern Historien nicht betragen, so melden dieselben dass Kayser Carl der grosse, als er bey Raab einmals, hernach abermals bey Ofen die Hungern übervvunden, die Stadt und Vestung sambt Chaben ihren König in die Gevvalt bekommen, habe er zvvar die Hungern mit Vertröstung vieler Gaben, zu Annehmung des Christlichen Glaubens und Verlassung ihrer Heydnischen Götter ermahnet, vveil aber vvenig zu Christen vvorden, sey er ohne vveitern Zvvang vergnügt gevvest, dass nur zu End der Stadt für die Christen eine Kirche erbauet vvorden. Durch oberzehlte Handlung haben obberührte hohe Haeupter und Monarchen nicht allein ihre Reputation nit geschmellert, sondern ihre Nahmen vielmehr unsterblich gemacht, indem sie durch solche Mittel sich bey ihrer Hoheit, bey Land und Leuten erhalten, viel Ungelegenheit und Weitlaeuffig-

Hinc pax religiosa & quæ cauentur in ordinatione camerali.

Quae tolerantia diversarum religionum summis principibus non est indigna.

 keit

keit verhütet, und allenthalben Friede, Ruhe und gemeines Heyl angestellet: mit vvas Grund könte denn E. Maj. eingebildet vverden, daſs dieſelben nicht eben das befugt, oder nicht eben diſs ohne ringerung derer Hoheit und Reputation, ſo vvol als ihre Vorfahren, eingehen könten, ſind E. Maj. Monarcha, ſie ſinds auch gevveſen, E. Maj. ſeyn Catholiſch, ſie ſinds auch gevveſen, E. Maj. haben Urſach zu vvehren, damit nicht Secten überhand nehmen; ſie haben noch mehreres Urſach gehabt, daſs nicht das Heydenthum durch die anzahl vieler Völcker, das Chriſtenthum nicht unterdruckt, in ſumma ich ſehe nicht vvorin E. Maj. ihre Reputation mehrers als oberzaehlte hohe Haupter und E. Maj. Vorfahren mit der Freyſtellung ringern, vveil ſie durch ſolche Mittel *Land und Leute erhalten*, deren ſie ſich ſonſten verzeihen müſten. Ohne zvveiffel aber iſt der Geiſtlichen Belchvverden, indem daſs ſie von politiſchen Aembtern ſollen ausgeſchloſſen ſeyn, zeigen an die Decreta diuorum regum Stephani & Ferdinandi, und vveil E. Maj. ihnen nicht vveniger als denen politiſchen Staenden den Schutz ihrer Freyheiten zugeſagt haben, vvie können E. Maj. aus derſelben Obligation ſchreiten. Da frage ich hinvviederumb dieſelben Geiſtlichen, vvarum ſie vvegen des Capitels zu Erlau durch den Erbfeind genommenen geiſtlichen Gütern, nicht auch des billigen Schutzes, ſo E. Maj. ihnen geſchvvoren und doch bey künfftiger Friedens-Handlung vverden müſſen fahren laſſen, E. M. gehorſamſt erſuchen, darauf vveiſs ich ihre Antvvort, nemlich daſs ihro Maj. in dem entſchuldiget ſind, darin ſie zu cediren gezvvungen, eben dieſelbe Antvvort gebe ich auch

his maxime noſtris temporibus,

pro ſalute reipublicae & pace conſeruanda.

Idcirco 1) Erlauienſes *reſtituantur in integrum.*

auch den Geistlichen auff diese ihre Einvvürffe, denn vvollen E. Maj. sich des Königreichs nicht verzeihen, so müssen sie die Conditionen, so der verbrechende Theil fürschlegt, nothvvendig eingehen, und tregt nicht für, ob gleich die Geistlichen sagen möchten, der Erb Feind sey ihrer Maj. nicht verpflicht vvie die Rebellen, und aufstaenden, hören auch beydes, der Schutz der Landes-Fürsten und der Pflicht der Unterthanen, das ist mit einem Wort die reprocirliche vorige Obligation, vvelche durch eine jüngere cassirt vvird, durch den theil dessen Macht fürbricht, und die Conditiones fürzuschreiben hat. Daraus zu schliessen, dass vvie die Geistlichen sich selbst zu schützen nicht vermögen, als können sie dieses Orts E. Maj. keine impossibilitaet auftragen., sondern müssen auch E. Maj. dem übermaechtigen Gegentheil cediren. Man kan ihnen auch auff diese vveise begegnen, dass die privilegien der Staenden allezeit auf die glückselige Erhaltung des gantzen Königreichs sehen, also dass, vvo derselben zuvvieder Freyheiten ertheilt vvorden, haben sie doch keine Krafft noch vvürckliche Vollziehung Ursach, denn der König thut den ersten Schvvur zu des gantzen Vaterlandes Heyl und Wohlstand, vvelchem alles vviedrige und hinderliche, als vvelche für eingeschlichen, und mit vvohlbedachte Freyheiten zu halten, cediren muss, vveil sich dann im Werck und in der Erfahrenheit unvviedersprechlichen erfindet, dass durch Eindringung oder Zulassung der Geistlichen in die vveltliche Regimente allerhand Zerrüttung, Unruhen, Misstrauen und Beschvverligkeiten entstehen, vveil sie dem Pabst zu Rom, als einen fremden Potentaten, vvelchem

2) modus tamen circa ipsorum priuilegia seruetur:

ne sint enormia:

cum salus publica prima lex

 die

& conservatio totius parti praeferenda.

die Wohlfart des Königreiches nicht kan zum höchsten angelegen seyn, vveit mehrers als ihrem König und Herrn verbunden seynd, so müssen ihre Freyheiten billig den gemeinen Freyheiten cedirn und für diejenigen gehalten vverden, die dem Intent der Räber zuvvieder seyn: aus dieser Ursachen ist auch denen Geistlichen in Böhmen und Schlesien kein Landstandt hinführo zugelassen, und in Mehrern müssen sie in weltlichen Handlungen den andern ihren Ständen nachgehen, dabey sich dann solche Länder wohl und glückselig befinden, da hergegen alle Königreiche und Lande, wo die Pfaffheit den weltlichen Scepter führet, voll der Beschwerden und Ungelegenheit seyn &c. Zu dem sind die geistlichen und weltlichen Regimente wie Himmel und Erden von einander, daher die Privilegien, so wieder die Natur streiten, nicht zu passen noch zu halten seyn. Die Geistlichen haben ihre Privilegien in Gottes Wort und aus dem Munde Gottes, dass sie unserm Herrn Gott geheiliget seyn, dass sie auch heilig seyn solten, wie Gott heilig ist, was aber Gott geheiliget ist, dass hat keine Wohlthat bey den Menschen zu suchen, sonsten entheiligen sie sich selbsten und machen sich samt ihren Wercken prophan. Uber das trägt es sich schwerlich zu, das Fremde dem Vaterland mit dem Gemüth dienen: also Einländische durch Fremde haben viel schöner Königreiche ihren Glantz verlohren, dann sie fangen andere aus, nun sind aber die Geistlichen meistentheils Frembdlinge, und kommen nicht ins Land nach der Standen gefallen, sondern aus Wohlthaten ihres gleichen, welche erst mit anderer Untergang empor stehen. Endlichen sind auch

Theologorum esse debet: acquiescere in privilegiis & praemiis, in sacris litteris sibi promissis.

auch solche Geistlichen gemeiniglich schlechte Leut, die sich und die ihrigen durch solche Dienst hinfür bringen, welche inländische und adeliche Personen nicht leichtlich auf sich nehmen, welches dann aus dieser ietzigen Handlung, dabey sie grosse Werckzeug gegeben, zu sehen, dann es kan ihnen die practic nicht so weit fehlen, so bringen sie doch mehr davon, als sie mit haben ins Land gebracht oder eingeführt. Darumb ist von denen Regimenten viel zu halten, die jeden bey seiner possession faviern, die *Geistlichen* warten der Kirchen und des *Gebets*, die WELTLICHEN *schützen* und beschirmen das *Land*, dadurch wird das Vaterland erbauet und seinem Herrn langwierig erhalten. Darnach der Punct im *ersten Articul* wird ohne Beschwerde nicht abgehen, dass die geistlichen Güter, so durch Krieg genommen worden, hinführo zu Dero Königlichen Cammer-stellen gehören, wann aber die Geistlichen Bisthumen ohne das mehr Güter im Königreich haben, als sie beschützen können, hergegen E. Maj. zur nothwendigen Unterhaltung des Kriegs-Volcks, (ohne welche die Geistlichen nach dem Exempel der Erbländer und anderer Bisthum nicht verbleiben können) wenig Mittel haben, so werden sie sich dieses alles zu bescheiden wissen, weil leichter etwas weniges zu verschmertzen ist, dann alles und jedes in die Schantz zu schlagen. Der *andere Punct* hat destoweniger bedencken, damit denen Hungern nicht raum gelassen werde, auf dem *Palatinat*, wie vor Jahren geschehen, zu fallen, dadurch dem König grosse Reputation entzogen, und bey nahe die Succession disputirlich gemacht wird. Bey dero HERRN GEBRÜDERN haben Eure

Origines litium cleri.

Cumque alia sphaera theologorum; politicorum *alia: hi circuli non sunt turbandi.*

Urgenda quoque sunt sequentia & quidem quoad artic. I.

Hoc temporum necessitati dent clerici, *ut* bona, *bello occupata, ipsisque nondum restituta, ultro cedant* aerario *bellico.*

Quoad II. quod Palatinus *prorsus inhabilis;*

Maximilianus dignissimus.

Maj. nichts zu befahren, welche bishero grosse specimina ihres brüderlichen Respects und Volge derselben gegeben. So ist die Austheilung der Ertz-Hertzogen wegen künfftiger Zeit rathsam, damit dieselben der Landen, hinwiederumb die Lande der Herrn gewohnen und dienet also dieser Articul durchaus zu Versicherung E. Maj. Hoheit und dero Reputation &c. Der *dritte Punct* schützet die Billigkeit selbst für sich; der *vierte* hat bedencken, damit längst wäre Vertröstung geschehen, jedoch so er angedeuter massen tractirt unter alten würdt, so geschicht es mit wenigern schimpff, als zu Zeiten Kaysers Sigismundi gegen Zisca, Kayser Friderici gegen Matthia Huniade und Boebrath, item als zu Zeiten Maximiliani gegen Bathori geschehen. Bey dem *fünfften* und *sechsten* ist es meines erachtens kein disputat, aber der *siebende* möchte in dem bedencklich seyn, dass die so in E. Maj. Pflichten gewesen, sollen des übeln Ausschlags entgelten, hergegen die, so zu Gegentheil sich geschlagen lür ausgehen, dass hat in dem ersten diese Ursach, damit hinführo, die so von E. Majest. zu Diensten gebraucht werden, lernen gewarsamer zu gehen, und dass es nicht so leicht sey, ein grosses Feuer wieder zu löschen, als durch blutige Brieff und beschwärliche process solches anzuzünden, welche Verhütung E. Majest. künfftig nutzen und dero Reputation erhalten vvird. Den Anfang des siebenden können E. Maj. nicht vvol vervvägern, denn die Hungern vverden nicht vveichen, und bey oberzehlten Considerationen gereicht der *general Pardon* zur *Vergessenheit* alles fürgelauffenen Ubels, E. Maj. zu Ausdeutung deren mildreiches Gemüthe, welches allen hohen

Art. III. per se liquet.

Quoad IV. ut satisfiat Botskaio, ipse, necesse est, satisfaciat, pro aequitate.

Art. V. & VI. nullius dubii.

quoad art. VII. ut sit amnestia partis utrique,

hen Potentaten grosse Zierde und Glantz giebet, vvie an den hochgelobten Kayser VESPASIANO zu sehen, vvelcher das crimen maiestatis auch an seiner eigenen Person begangen, höher nicht als mit dem Exilio pflegte zu straffen, und geben ihm die Geschichtschreiber dis Lob: quod inter caetera eius bona illud singulare fuit inimicitias obliuisci, vvelches er unter andern an Aletio Pomposiano ervviesen, vvelchen er ungeacht der vvissentlichen Verrätherey, so er am Kayser begangen, doch zum Consul und fürnehmsten Magistrat in Rom gemacht, und als er darüber von den Seinen vervvarnet, hat er zur Antvvort gegeben, vielleicht vvird Medius dermal eins meiner dabey eingedenck und nicht mehr untreu seyn. Gleiches falls ist dem Kayser OTTONI dem grossen genant, unter allen seinen glückseligen Thaten und Handlungen, diese für die Ruhmvvürdigste zugemessen vvorden, dass er die Sachsen, vvelche so offt rebellirt, mit guten Worten und viel Vergessung sie zum beständigen Gehorsam, darzu sie vveder Carolus magnus, noch folgende Kayser mit schvveren Kriegen nicht bevvegen können, &c. dadurch erlangt, dass sie in seinem abvvesen die Hungern, deren Macht sich gantz Europa entsetzte, aus dem Lande geschlagen haben, und unter Kaysers *Alberti I.* E. Maj. Vorfahrers hohen Tugenden vvird diese gerühmt, dass vvie fast einer sich an ihm vergass, kam derselbe vvieder zu hulden und der Kayser huebnus nicht mehr auf vveder mit Worten noch mit Wercken, vvie die Worte in der Chronica lauten. Also dienet auch dieser Punct zur Beförderung E. Maj. Reputation. Wie der *achte Articul* mit ihrer Maj. vvenigster verkleinerung

exemplo VESPASIANI, *omni laude maioris.*

OTTONIS M.

ALBERTI I. *ad condonandum facillimi.*

zu

quoad art. VIII. quod pax Hungarorum cum Turcis omnino res sit altioris indaginis

zu tractiren, vvird die Zeit geben, einmahl suchen die Stände nicht allein in Hungern sondern auch in allen Erb-Königreichen und Landen, vvegen derselben höchste Erschöpffung, den Frieden mit dem Türcken, und E. Maj. handeln eben das, vvas vor ihr vielmahls mit Rath und Gutheissen aller Vernünfftigen geschehen, dessen sich auch die Könige in Franckreich, Portugall und Engelland nicht geschämet haben.

CAVTELA: *ut imperator ostendat, a) esse sibi studium ueritatis curae cordique; b) ordinibus prouinciae fidem esse tribuere prae illis, qui castra sequuntur.*

Wann dann bey diesem gefährlichen Unvvesen auf die Reputation zu sehen ist, so geschicht sie meines erachtens endlich in diesen zvveyen stücken, *erstlich* dass E. Maj. gnädigst nicht zugeben, einige *Falschheit und Hinderlist* bey dieser Tractation zu gebrauchen, damit E. Majestät der Ruhm in Evvigkeit verbleibe, dieselbe ein *Liebhaber der Wahrheit* und aufrichtigen Handlungen sey. *Zum andern* dass E. Maj. *ihren Staenden* hinführo *mehrers* als einem *Officier* das Gehör gnädigst gönnen und *vertrauen*, dadurch vverden E. Maj. vor andern Monarchen den Respect bey ihren Landen, und bey aller Welt die REPVTATION ungeschmällert erhalten und zu evviger Zeit bestättigen.

NVM. VIII.

Historia pacificationis inter RVDOLFVM II. imperatorem & imperatorem Turcarum anno CIↃ IↃ C IV. mense Februario.

RVDOLFVS II. *bellis* TVRCICIS *fessus uenit ad* pacem 1604.

Posteaquam utraque pars bello & studiis hostilibus nuncium mittere decreuisset & ad pacis consilia animum adiecisset, praecipue uero *Turcarum* res eo redactae fuissent, ut aleam belli

li ſiniſtram toties experti & perpeſſi in obſidione oppugnationeque Budenſi laborum pertaeſi, remedium fortunae huius *pacem* ultro poſtulaſſent: quid in re tanti momenti & ad utilitatem totius chriſtianitatis pertinente, poſitum eſſet, DIVVS CAESAR RVDOLPHVS II. conſiderans nuncupauit uota *paci* &, ſi ea ratis utilibusque conditionibus confici poſſet, clementiſſime annuit. Etſi uero inuictiſſimus *imperator* perſequi ſuas uictorias & reliquum in *Hungaria* e *Turcarum* eripere iugo ſtatuerat: maiorem tamen publicae ſalutis *chriſtianitatis* quam priuati huius ſui inſtituti rationem habendam eſſe duxit ueriſſime &, quantum profuſioni ſanguinis humani datum eſt hactenus, tantum iam parcere quietenus a furiis bellicis & ſubditis comparare aliquam potius quam dubias *martis dubii* & plenae aleae conſectari uictorias maluit. Difficilis haec *pacis* primum fuit optio, quam nimirum *Turcae* ſuperioribus annis plerumque fraudulenter ac doloſe prae ſe tulerunt, dum *ſub ſpecioſo pacis titulo* crudeles ſtruxerunt inſidias. Sed commode interuenit *imperatoris orientalis Tartarorum magni* CHAM interceſſio, qui rogatus a Turcarum tyranno partim literis, partim legationibus diu multumque Caeſaream Maieſtatem ſollicitauit, ut arma deponeret & in nouam conſentiret amicitiam. Eadem de cauſa & *Veneti* ſuos legatos miſerant, qui apud Caeſ. maieſtatem pro *Turca* interpellarent eamque ad pacem, uel ſuo ipſorum exemplo cohortarentur. Vt quoque Turcae illuſtriora ſuae ad pacem faciendam propenſae uoluntatis oſtenderent argumenta, ſaepius apud dominum *Adolphum de* ALTHAIN, *Strigonii ducem praeſidiarium* (barbare capitaneum) fauorem capta-

Quam Turcae olim ſimularant.

Internuncii CHAMO imperatore.

Venetis.

ptabant, illi ſtudia & conſilia patefacere, pol i-ceri facilimam pacis ineundae rationem & plura ad placitum Chriſtianorum, quam quod ex uſu Turcarum eſſet fingebant. Eundem quem dixi dominum *Adolphum* inſinuatione amicitiae facta *Budae* conuiuio ſolemni Turcae excipiunt, ubi Baſſa Budenſis famigrarius animum *Turcarum* explicauit, bellicam multis uerbis execrari tempeſtatem, *fructus* belli ex utraque parte penes duces & milites reſidere, interim *templa* deorum uaſtata, agros deſolatos & miſeram ſubditorum plebeculam extremas lamentabiles poenas & calamitates quam plurimas ex hoc tam diuturno bello ſentire, conqueſtus eſt. Ideo ſalutem publicam animorum pariter & corporum, uitaeque tranquillitatem potiore etiam apud chriſtianos loco eſſe debere, quam efferatum belli ardorem omnia conſumentem *&, quod maximum*, aris huius infelicis martis ſanguine humano iam plurimis annis litari; id quod legibus & moribus chriſtianorum omnino repugnet. Haec ſunt uerborum illa lenocinia, quibus PAX inuitata fuit. Factis ad hunc modum pacis auſpiciis, fama interim de morte *Turcarum imperatoris Budam aduolauit*, quam Turcae gratulabundi excepere tormentorum maiorum exploſione & feſtiuo hilarique iubiloque plauſu, quae cum *Peſtis* ex aduerſo noſtri praeſidiarii *ſonos & ſtrepitus nouae rei ſigna* audirent, *in ſpeciem aliquam* excipiendorum *chriſtianorum* ergo id factum eſſe rati ſimiles intra moenia ſonos & ſtrepitus excitarunt inquirendo ſimul, num quae noua digna geſta eſſent? Reſpondent Turcae *fatis ſenem imperatorem* conceſſiſſe, electum eſſe in imperium ipſius *filium* ex ephebis nunc egreſſum illiusque electionis ſuffra-

Turcae execrantur belli mala.

Auſpicio pacis

MORITVR TVRCARVM *imperator.*

Inde exploſio tormentorum

& gaudia de NOVO *imperatore.*

ſuffragia communi celebrata eſſe laeticia. Poſt alia quaedam a Turcis diſſeminata fuere: propter mortem ſenis imperatoris dubiam eſſe pacem; *nouicii* uero iuuenis indolem generoſam, Martialem ſpirantem *animum*, bello experiri uelle fortunam & armis reſiduum in Hungaria imperium conſeruare. Vera procul dubio haec apud *Turcas* fuere: ſiquidem ita plerique ſentiebant & de induſtria inter chriſtianos diſperſa, ut animos chriſtianorum ad *pacem ſegniores*, etiam in ipſo Ungariae regno redderent & pacem, quam prius ſerio optabant, nunc hoc praetextu eluderent. Nec forſitan in Turcarum illa tyrannide defuerunt praeſertim cauſae chriſtianorum inimiciores, qui animum iuuenilem ad faſtigium ſui illorum imperii eue&tum ad nouos motus accenderent & belli inſignia ſtudia plurimum profutura ad gloriam & potentiam nouelli imperii adfirmarent. Cum uero *anno ſuperiore* pacis a&tiones optatum ſucceſſum conſequi non potuiſſent tum ob alias cauſas: tum praecipue ob hanc, quod *Turcae*, qui ſibi id operae laborisque uendicabant, carerent *Turcarum imperatoris idoneo teſtimonio*, quod *plenariam* continent autoritatem & potentiam pacis firmandae, nec dum certi adeſſent arbitri praeter unum *Baſſam Budenſem*, qui ad ſolemnem pacis tra&tationem adfuiſſent dominus *Adolphus de* ALTHAINIS ſupremus, ut uulgo dicitur, capitaneus Strigonienſis, coram *S. Caeſ. Maieſtate* ac sereniſſimo Arthiduce *Matthiae* profeſſus eſt, quae a Turcis quotidie fere audiret, modum & rationem etiam demonſtrauit, qua Turcae humanius exciperentur & ad nouam pertraherentur amicitiam. Nec difficulter hoc obtinuiſſe dicitur: cum etiam

Inde fama pacis abrumpendae ob animum eius iuuenilem & fortem.

Deficiente ad pacificandum mandato.

Baſſae Budenſis Turcae; de ALTHAIN *conciliator pacis apud Caeſarem.*

etiam hoc pacto *S. Caes. Maiestatis* cum seren simo *Archiduce* Matthia suum erga hostes a mum declarauit amicum ac beneuolum ingeni & secundum christianae religionis praescriptur eximiam ostendit hospitalitatem, esurientibus sitientibus Turcis cibum & potum largissime pra bendo, uiuos ita carbones in capita illorum cc ceruans. Eo ipso temporis interuallo Turc nunciant, adesse ab *imperatore Turcarum* arbitr & *commissarios*, quibus potestas & prouincia d ta sit de *pace cum christianis* agendi & statuen ac tum specialiter declararant, nuper electu Turcarum *imperatorem* in omnibus consentir quae a *patre* ipsius demortuo in hac *pacis cau* proponenda fuissent, nec minore affectu & an mo *concordiae* cum *christianis* feliciter compone dae praeditum esse: imperium nimirum prim tiis hisce pacis cum christianis firmandum: cu etiam de *Persarum* re feliciter gesta, non o scure rumor diuulgaretur. Arbitri duce & con missarii *Vezirus* supremus, *quartus honore* ord ne *ab imperatore Turcarum Amurates*, *Bassa* Bu densis & *Cadiam* iuris apud Turcas summ praeses & interpres, qui nonminus consilio, qua autoritate pollentes, prudentia & *fraude*, barba ra consilia sua simulare, tegere, commiscer aptissimi fuerunt. Eodem modo a parte Cae Maiestatis delecti commissarii & mandatarii, quo rum sapientia, dexteritas & fides antea plurimi est probata argumentis: reuerendissimus dominu *Stephanus Suchai episcopus Agrinensis*, cuius in tegritas erga diuum imperatorem in praeclar isto regimine ac praefectura, maxime in lega tione illa *ad Sigismundum* BATHORI, tum plera que noua multa & infausta aduersus Caes. Maie-

Turcis omni humanitate excepti.

Ratihabitio noui imperatoris, quae mandauerat pater.

Legati Turcici ad pacificandum

Legati Caesarei.

sta-

tem, cui fidem & imperium dederat, molientem enituit, dominus *Adolphus de* ALTHAIN, dux praesidii Strigonum, dominus *Ioannes* AMOLAR, dux munitissimi Comariensis propugnaculi, *Thomas* ERDWDI, magister castellorum in regno Hungariae, dominus *Bartholomaeus* PECZ, bellicus consiliarius, qui omnes partim uirtute bellica, partim fidelitate consiliorum laudem merentur immortalem. Vt uero eo fidelius rem gererent, autoritas & plena potentia authenticis Caes. maiestatis literis tributa ipsis & confirmata est, addita quoque fuit instructionis formula, secundum quam Turcarum nostrorumque conditiones examinarentur. Delectus aderant quoque *centum uirorum* ordo, qui, tum & praeside *Christophoro Caisersbergero, secretario Caes. maiestatis* in praesenti Turcarum tractatione labores & operas sustinerent; adiuncta *lauticiarum & cupidiarum* copia, quae mensis apponi solent, ut apud barbaram nationem laudem humanitatis & *hospitalitatis christianae* promererentur; conueniebat quoque solemnitati concursus plurimorum *hominum* utriusque *gentis*, ordinis militaris & equestris, qui partim mandato *Cas. maiestatis*, partim studio *nouitatis* pellecti ornamento & decori inserebantur, qui magna *pacis expectatione* praeter experientiam societatis & morum *Turcarum* nihil amplius praemii referebant: milites praeterea adsueti *praemiis militaribus*, amoenitate *Budae* capti, indignae seruitutis barbarorum conditionem suo nomine referebant. Locus uero pacis tractandae tam pridem constitutus celebre illud *Strigonium* quod a confluentia *Istri* & *Grani* nomen accepit, sede quondam *archiepiscopi* ecclesiaeque illius metropoli famigeratissimum, quorsum commissarii *Caes. maiesta-*

Inde festiuae pacis adparatus

& hominum confluxus.

LOCVS *ad pacificandum* STRIGONIVM.

tis communi consilio conuenerant : ut ibidem *Turcarum aduentum* praestolati feliciter pacis *inchoarent* consilia, cum interim Turcae melius facilius rei gerendae occasionem nacti, *arcani* forsitan consilii, timoris aut doli conscii, apud dominum de ALTHAIN diligenter institerant, ut locum mutaret & PESTVM *Budae* ex aduerso positum tanquam uicinius obiiceret ex suasu ipsius unanimi, ter biduo elapso, relicto *Strigonio*, cum ibidem praeter communes *inducias* praesidia militum relicta securitate sponderent *Pesthium* nauigiis uelocioribus plurimorum impulsu remorum, quos uloces plerique appellant, adnauigarunt non sine *tubarum* & *timpanorum tormentorumque fragore* uias ac aërem undique implente pariter & celeberrimo ducum praesidiariorum, centurionum, decurionum christianae militiae comitatu, qui triumphum ante uictoriam *pacis speratae* uenturae canebant. Praemissus erat etiam *Leopoldus Beck*, uir industrius & ad res gerendas idoneus, qui, ut pleraque pro aduentu ducum commissariorum disponeret, Turcas quoque certos redderet & si nostrates solemnitatis causa *maiora* exonerarent *tormenta*, aequo ferrent animo nec suspicione facti laborarent, quin & ipsi post Turcae de monte *Budae* e longinquo *Danubium* prospectando, quum de aduentu nostro audiuissent, *pompam solemnem* ingressus nostri *Pestum* prosequendo suorum fulminum & tormentorum *igneorumq; globorum* eiaculatione animum non plane hostilem declararunt. Cum iam nostri duces PESTVM ingressi & hospitio excepti, ut uires nauigatione celerrima prostratas prandio reficerent; ad sunt praecipui nominis Turcae *salutatum nouos hospites*, praesentiae gratulatum atque illa o-nia-

Causa mutationis cum PEST.

mniaque in felitatem & tranquillitatem utriusque partis euenirent, mutuo comprecantur. Plausibilia haec erant principia, nisi haec omnis eiusdem futuri augurio accidissent, ut illi ipsi legati prima fronte per incuriam & insolentiam militum ad portam excubantium non admissi, gressum *Budam* retulerint nostrique circa corporis refectionem nunciato aduentu, non sine indignatione & offensione retracti fuissent. PRIMO itaque CONGRESSV mutuo nostros *salutantium Turcarum* facilis erat coniectura & persuasio de animo & affectu eorundem, ut prae se ferebant, cum interea *Budae Ianizarii* tumultuari coeperant & suspicari de *Bassa*, qui tam *familiariter* cum *christianis* ageret & studio ipsorum multa concederet, indignati summi *praesides* quod, portis in multum diem clausis nequid grauius accidisset, uix sedare tumultum potuerunt. *Sequens dies* religiosae pietatis pro *pace futura* sacer datus est, quibus absolutis & communicatis consiliis ut animum Turcarum explorarent, emissi sunt ab illustri consilio commissariorum *legati Budam sex nauibus* numeroso comitatu domini equestri & baronum ordine prosati *Iohannes Christophorus* TEVFEL, *Georgius a* ZINZENDORF, *Andreas a* PVCHAN ex Germaniis; ex Hungariis uero *Andreas Docri*, *Paulus Aponi*, *Franciscus Loranth* a consiliis & secretis camerae Hungaricae *Leopoldus Peck*, qui praeter quod munus recipiendorum prouentuum *Caes. maiestatis Camerae Hungariae* fideliter ab annis aliquod sustineat, non exiguum ordini huius actionis sua prudentia pondus addiderat. Ex templo illi magno circumstantium *Ianizariorum* numero excepti & a *Veziro* AMVRATHO *Bassa* designato pacis tra-

Primus, congressus pacificatorum.

Suspicio Turcarum aduersus suos legatos, nimis familiares cum nostris.

Alter dies sacris datus.

Nostri Budam se conferūt, Turcicos inuitant & conducunt Pestum.

tractandae Turcarum imperatoris *Praeside* admissi & humanius, quam opino fuit, excepti sunt. Necdum *subselliis uulgaribus consedissent.* Vocatus ab *Amumti Vezires Cadianus* supremus fueris interpres & praeses cum *Alli Bassa Budensi* consilio accessit, audituri coram, quid *legati* christianorum postularent. Vbi a domino *Andrea Deczi* multis uerbis gratiam & beneuolentiam Caes. maiestatis & commissariorum eius praesentium amicitiam, Basse Agnens. supremo Kiaia idiomate Hungarico interpretante ad consilium & simul amicum conuiuium *Pestum* euocantur, *pacis*, si deo ita uisum fuerit, primitias facturi. Annuerunt *uotis Turcae* & prius per nostrum interpretem persuasi, sine mora plurimo comitatu *Pesthum* se conferunt, Legati nostri praecedebant, quos *Turcae* delecti a ducibus ipsorum sequebantur duces *Ianizarorum* (quos lingua sua uocant) una cum succenturiato *Bassae* Budensae, alias KIARA dicto, & ipso uiro forti, strenuo & apud suos magnae existimationis, Cadiano pariter & Bassa Bude uestigiis inhaerenti, quos templos militiae Turcarum *Ianzarii*, pileum habentes linteum album ad pasticum longe de fluento in fronte argenteo equaliculo palmi longitudine erecto, telis, sclopetis, facibus ex gosipio contextis ardentibus armati comitabantur; Vezirus ipse phalerato equo insidens ultima tenuit. Ad Danubium nauibus nostris exceptis in ripam adtentoria pone MANI BEDHS uenerunt ab occurrentibus *commissariis excepti* & salutati in tentorium, uario colore & mixtura mirifice exornatum, deducuntur, in quo quod residuum erat temporis, ad crepusculum uespertinum colloquiis, quibus familiaritas humana consueuit, continuarunt festiuam

Excepti Budae dignissime.

Iter Turcae Pestum *ingrediuntur;*

idque cum pompa,

obseruatis ab utraque parte ceremoniis consuetis,

uam & panegyricam leticiam cum hoſtibus uidiſſes, in qua partim Turcarum tibicines tympaniſtrique barbarum magis & inconditum ſonum quam harmoniam edebant, partim noſtri uſitato turbarum & tympanorum concentu ripas complebant. Nec dum ſigno conuiuii dato, religio Turcas inceſſit, quae ab illis ſtatis horis obſeruari ſolet, dum conſiliis reliquum tempus adhuc noſtris dare animus fuerat & a noſtras quaeſitum eſſet, an conſtantes in pace petenda & acceptandis conditionibus eſſe. Ad *proximum* igitur tentorium illius rei gratia tapetibus ſtrutum oſtenſum eſt, quorſum Turcae cupide adulantes, praecone prius miro uociferando ſacra denunciante, ritu gentili & barbaro humi ſe ſternunt, ac uno Hierophantarum clamore & cantu prae reliquis perſonante, pectora tundunt, faciem, barbas promiſſas palmis permulcent, quaſi in dei obſequium qui id cupiat offerunt, nec hae uana illorum religio, ſi quid propitio numine tutelarium ſuorum geſſerint & praeſentatam opem ſecuritatemque inter chriſtianos implorarent, ſacra ſua tumultuantibus circa tentorium chriſtianis abſoluunt. Interea plerique Turcarum per tentoria ad menſas more noſtro conſidentes, aegerrime moram conuiuii tolerare uiſi ſunt & cupide inſpectare, dum ſcenam illorum dapales ingrediantur ſigniferi; religio uero tum Turcis uſitata, a Mahometo graui ſancita poena ieiunia diuina indixerant; unde Turcae tota die abſtinere omni cibo & potu, nec niſi nocturno ſidere conſpecto, aut ueſpero ſalutato ad paſtum accedere ſoliti erant. Huic mori Turcarum noſtri duces obſecundantes, *noctu* intra *tentoria* octo maiora multis tapetibus exornata *menſas* uariis cibis & ad

Sacra Turcarum, ſtatis horis obſeruanda, cauſa interruptae tractationis pacificae, differendae ad proximum.

Apparatus epularum, noctu habendarum in tentoriis.

gulam Turcarum attemperatis repletas exhibuere, ad quarum unam mensam Turcae consederunt unaque & nostri uerius spectatores quam conuiuae se loco cum illis honoratiori immiscuerunt, colloquiis, studio & opera interpretum usi, animos Turcarum uariis explorarunt, quid uel de Caes. maiestate uel de serenissimis Archiducibus qui hactenus summam celli christiani penes se habebant, uel fama edocuerint, uel opinio ipsorum confirmarit, nec prae conuiuio, affectus amicos & pacis cupidos dissimulabant, cum more christianorum pro *felicitate & incolumitate* (ut illorum proprio utar uerbo) *exaltatione diui imperatoris* christianorum uota facere & pocula simul saccaro imbuta exhaurire animati erant. Quod in re ludicra quidam dixerant spectatum admissi, risum teneatis amici; id de moribus & gestibus Turcarum in colendo usurpari potest. Cum enim sacris illorum ac ieiuniis se macesserint & famem pro condimento habuissent odorque ciborum uariarumque lauticiarum oculos affectus inritasset, non consulta pietate, a qua nos exordimur, inuolare protinus patinas, plenis uelis manibusque carpere, in faciem ingerere os faciemque perungere, rodere, non edere conspiciebantur ac nec lectis quibus nos adsueti sumus, ciuilioris cultus moribus, religionem barbaram uix dissimulare potuerunt. Plerique ignari uarietatis ciborum, apicinas delicias totasque frustilatim manibus conterebant, commiscebant, lambebant, plerique testam pro carne corticem pro medulla, non sine cachinnis astantium edebant, nec magis nobis quam sibi ipsis ridiculi Turcae fuerunt, cum a cibis ignotis inusitatis de modo colendi diu deliberando, quasi a sacra re absti-

Et bibitur utrinque pro salute,

Morum externorum peruersissima ratio.

abſtinuere, niſi humaniter a noſtris compellati inſtruerentur. Ianizarii praeterea & hoc elogii bellici merentur, ſua ſclopeta, bombardas cum funiculis albo goipho contextis fumantibusque una manu quaſi ad repellendum inſtructi aſſeruabant altera ſaltem incompoſito geſtu orbes apprehendebant. Hunc uero conſuetudinis licentiam & morum ciuiliorum neglectum Turcis nemo uitio uertere debet. Barbaritas enim illorum eſt, quae ſemper aſperitatem & ruditatem morum habet coniunctam nec haec ſine aliarum gentium cultiorum ciuilitatisque honeſtae adſuetorum conuerſatione emendari poteſt. Et credibile eſt, Turcas, ſi nobiscum pacem colerent & mutuam officiorum conſuetudinem amarent, aliquam morum adipiſci poſſe elegantiam. Eſt etiam Turcis ſumma inciuilitas in moribus, in affectu deformitas, in ueſtitu ornatuque domeſtico & militari quaedam luxuries; dum auro argento gemmisque ueſtes & arma usque ad oſtentationem ornata habent. Peracto conuiuio ſatis proſpere, in tanto barbarorum numero (quorum 400. aſſediſſe menſis dicebantur) ſine omni tumultu & ſtomacho alteriusue partis offenſione, ſonitu tubarum & tympanarum facto & noſtrorum comitatu, Turcae *Budam* nocte intempeſta regreſſi ſunt, nocturnis ad haec illi ſacris litabant & quid optimum palati irritamentum, de tortis artocreis ex conuiuio chriſtianorum abſtulerant, id ſuis domeſticis, quaſi ſymbolum hoſpitalitatis chriſtianae, offerebant; nec id ſine honore conuiuii factum, ut ſummi illi Turcarum condimenta ſaccari ſecundis menſis appoſita, religioſeque ſtiophiis inuoluta, grata animi ſignificatione adportarint, ſuis domeſticis diſtribuenda.

Mores Turcarum.

Affectatus ſplendor *in ueſte.*

Regreſſus Turcarum *in urbem.*

Signa laetitiae;

idque iure optimo; ob prosperos rerum progressus.

da. Fuit haec dies digna memoria, qua duae gentes hostili animo, odio implacabili & bello diuturno infensissimae a tot seculorum memoria ad amica transire colloquia & conuiuia potuerunt & hostilem dissimulando affectum, mutua amicitiae significatione certarunt, ita ut Turcae, uicti hac humanitate, libere faterentur, dignam esse christianorum amicitiam, quam sincere optarent & pacis accessione confirmarent. Nec hoc symbolum barbarum aliquod detrimentum aut periculum secutum est, nisi quod a transfugis postea relatum esset de Bassa Budensi. Ex ipsius enim lege, traditione moreque ex defectu uini & dum peregrino uino Turcae abstinent, in conuiuio mulso pocula replebantur, quo usi conuiuae ex inscitia, quod uinum adulteratum fuisset, noxam cerebro contraxerunt. Hoc uero & omnia reliqua pacis consilia & conuiuii solennitates destinata fuerunt eo, ut, Turcarum explorata penitus uoluntate & affectu, quod ad commune totius christianitatis bonum pertinuisset, eo facilius possit obtineri. Ast, ut narrationem prosequar, conuiuium animos Turcarum *Christianis* conciliauerat, quibus magis ac magis fidebant, cum & die sequenti maximo ad tentoria conflueret numero, amicitiae (ut reor) experiundae gratia, aut etiam quaestus causa, quem rebus allatis Buda opere Turcico commendatis exercerent, partim uendendo, partim aliis christianorum propriis commutando, quorum etiam nostri mercatores quidam lucri amore tracti, suas uenales merces contulerant. Veriti commissarii, ne haec noua Turcarum amicitia, amorque quaestus altercationes, aut aliquod impedimentum, occasionemque ad tumultum pareret; miserunt

Traditio Turcarum de uino.

Conuersatio admodum familiaris cum Christianis.

ad faciendum quaestum;

Budam

Budam *D. Franciscum Poranth*, a consiliis & secretis Caes. maiestatis, comitibus aliis *Georgio Serdabeli*, a secretis epistolis Caesar. maiestatis camerae Hungariae & *Paulo Pastorowith*; qui Turcarum ducibus haec nota facerent & quid in animo consilioue nostri duces haberent, significant. Vt nimirum multitudo Turcarum ad tentoria confluentium cohiberetur, nec sine licentia aut uenia utriusque partis ducum uel Budam nostri uel Turcae ad Pesthum aduolarent nec quisquam, nisi symbolo dato, nomine, in charta scripto, mitteretur. Placuit industria Amuranthi Bassae & misso quodam Bassa ad duces nostros. Interea dum nostri Budae morarentur, communi consilio *decretum* est: ut non sine superiorum praescitu cuiuscunque partis homines se inuiserent &, si quid uellent, secum afferrent. Nec uero huius decreti tanta fuit potestas, ut Turcarum licentiam, res, quaestus causa, aut etiam uictualia apportandi, cohibuisset. Sed dum externe haec gerebantur, domini commissarii omnibus modis contendebant, ut, Turcarum animis exploratis, spem pacis futurae uel obiter a Turcis indigitarent literis etiam, securitatis causa & mutuae officiorum obligationis testibus, prius ab ipsis acceptis. Quaesitis enim pacis initiis, cum ex Turcis essent, qui partim aligenis intercessionibus, partim promissis uariis, pacem per D. Adolphum de Althain a diuo Caesare nostro poscebant, atque eadem commissariis expediri cupiebant, Caesarea maiestas CONDITIONES per commissarios proponi mandauit, addita de iisdem instructione, ex cuius amussi etiam Turcarum postulata examinarentur. Comprehendebant uero conditiones praecipuae haec capita, *restitutionem*

nuntii Caesares ad Turcas.

Inde decretum.

Commissarii prospiciunt sibi de literis mutui commeatus,

& mandato idoneo;

Momenta potiora.

1) Caesaris.

2) Turcarum.

nem in genere *locorum residuorum* ditionis *Hungaricae*, in specie *Canissae*, *Agriae*, *compensationem sumptuum.* *Securitatem* & tranquillitatem imperii Caes. Maiestatis in Transsyluania, Valachia, Moldauia; *demolitionem* in confiniis praesidiorum, quorum occasione pacis incommoda sequi possent & commutationem locorum in lite existentium. Turcae similia afferunt postulata, quae in contrariam urgebant partem Pesthii, Flaterani & aliorum restitutionem non minus flagitabant, de Strigonio plurimum interferebant quem modum impossibilem & in negotio pacis aliter prorsus collocandum a D. Adolpho Althamio saepius intellexerant, unde difficiliorem concordiae rationem Turcae effecerant. Quare semoti commissarii partim per alios legatos, partim per interpretem Nigronium a Caes. maiestatis delectum egerunt, ut conditiones caesareae maiestatis acceptarent, nec moras huius deliberationis texerent, cum pacem poscant, CONDITIONES acceptarent, memores & illorum, quae D. de Althami quoties retulissent, *Pesthii*, Hatwani, Baluntinani facilem fore *deditionem*, si *Agnetz* & *Canisch* commutationem instituerent. Ad quod Turcae tergiuersari, ambigua dare responsa incipiunt & quasi conditiones imperare uellent, hac sua calliditate commissarios pertrahere conantur, ut loca, fortuna belli collecta & sanguine parta, in potestate partis cuiuslibet permaneant. Et postquam hae ultro citroque tractationes in cassum abirent, saepius a dominis commissariis per interpretem rogati Turcae: ut Pesthum transirent, coram de omnibus se acturos, simul se parili hospitalitate conuiuiique etiam diligentiore cura Turcas excepturos promittunt. Turcae semel atque

Technae Turcarum & callida negotii praesentis procrastinatio.

que iterum facturos recipiunt, dum aliter persua-si excusare se & excusationis causam hanc esse contendunt: iustum esse, ut par pari referant & simili conuiuii solennitate christianos duces excipiant, a quibus pridem tanta humanitate & promptitudine fuissent excepti, nec minorem & indigniorem esse potentiam & facultatem Turcarum imperatoris in hospitibus excipiendis, quam christiani caesaris cum etiam mutua talia, si pacem uere ament; constare debeant officia & alterum ad alterius fauorem & beneuolentiam aeque propensum esse, sit legitimum pacis uinculum. Atque ut hic omnibus fucum faciant; tentoria, Arabum textura pulcherrima, sub diu internuncii stabulorum diui quondam Regis Matthiae ad Danubium disponunt, ubi locum conuiuii commissariis designabant. In constantiam hanc & fraudes Turcarum ducum commissarii iuste coniiciebant, cum prius de die in diem aduentum differrent, nunc eundem plane denegarent, communi consilio. Nigronium, qui, ut est ingeniosus, callidus, ita ad fraudes moresque Turcicos aptissimus, remittunt, quid nunc Turcae meditarentur & postquam saepius de aduentu fallerent, causas proferrent &, quid ulterius in consiliis pacis sperandum? significarent. Etsi eo uident inclinatos Turcarum animos, persuaderet; quo secundum promissa sua & fidem publicam in literis datum ad consilia pacis Febr. continuanda Pesthum ad tentoria aduenirent. Interea nostrum uulgus amoenitate loci praesentis oblectabatur, ad quam maxime conferebant temperies illorum dierum iucunda & ueris decora conspicua, Turcis subinde nostros nauttarum opera ad nostros commeantibus & inuitantibus ad suos sedes. Budam uero (ut

Commissarii Caesarei conuiuium, quod deprecantur Turcae, speciosis usi argumentis: exstruunt que ipsi tentoria, ad excipiendos Caesareos.

Iusta suspicio Caesareorum.

Budae elogium ob situm; (ut hoc παρεργῶς addam) celebrare, maioris laboris opus, quam animi mei districti permittit facultas. Felici illam oportet natam esse sidere, nec sine geniorum loci huius ope & fauore, primo illius fundatori & autori commonstratam; In uertice in longitudine aquorum protenso sitam. *Eropam, fluuium;* Illinc montium sublimis uarietas; hinc regalis EROPAE fluminis latissime labentis *loci foecunditatem;* facunditas; isthinc camporum effusorum frugifera quondam ubertas & clarissima comitiorum *salubritatem;* regalium totius Hungariae laude commendatissimorum laetissima facies, amoenitatem & salubri- *balnea; thermas ceteraque.* tatem simul coeli spirant plane immortalem. Ac praeter omnes illius laudes, quas commemorare non est loci praesentis, balnea illinc & thermae, naturae ipsius beneficio, mira potestate, uirtute & calore pollentes; quarum usum Turcis, Dei contemptoribus, non sine nostra inuidia, fata indulserunt. Expaciati illuc christiani magno numero inter hostes plurimos lauabant, mutuo manibus consertis & uiribus collatis, aquam turbabant, nec si quid copiosius ingestum, stomachum mouebant: recordatione & memoria dignum; nisi AVREA PAX maiora nobis emolumen- *Turcarum mutabilitas* ta attulisset. Interea Nigronius interpres uespere imminente comitatus a Turcis, turbato aduenit animo, commissariis referens Turcas mutatis animis & studiis non pacem quaerere, hostiliter *& declaratio: nolle ipsos pacem.* denunciare, nec se ad christianorum postulata (quos contumelioso nomine Gaurinos appellabant) uelle aliquid facere, nisi & ipsi Budam aduenerint, coramque quod praesentis esset negotii concluserint, aliter si fecerint, eadem uia, qua uenerunt, patere regressum concluduntque tantum se a sententiis & consiliis pacis distare, quan-

quantum coelum a terra ſeparantur. Vera ne haec, an ficta, an a Turcis ad concitandos noſtros nunciata? Nigronius ipſe uiderit. Interea duces, ea in re cautiores effecti, ad haec Turcarum renunciata prudenti deliberatione habita, autoritatem Caeſar. maieſtatis, ne in eam grauius aliquid Turcae delinquerent, obſecrantes, Strigonium ſe recipere ſtatuerunt. Erat profecto diſceſſus noſtrorum de Peſtho cautior cauſa, quam excuſatio: Turcae enim ſemper ſui ſunt ſimiles: id eſt: hoſtes perfidi, fallaces, quantumuis fauorem & amicitiam praetenderent; & ſatis magna eſt ratio, non tantum quondam apertorum inimicorum, ſed & nunc amicorum dubiorum, qui ex cauſa facili inimici fiunt. Imo ſe eſſe oſtendunt tantum, quod naturam priorem retinent, aliqua fortuna rerum interpolata; moxque ad eadem, in quibus deſierant, redeunt. Quod enim hactenus inuitabant Budam Turcae; id magis ad ſpeciem comparatum erat, ut, quum hoſtes eiusmodi ſint, quibus fidere omnino non conueniat; ita circumueniantur, ſicut non ſine cautione creditur. Et quandoquidem Turcae nullo modo perſuaderi ſibi patiebantur, ut ad noſtros tranſeant, nihilque minus ſibi eſſe cordi, quam conſilia pacis, oſtendebant; nec noſtri duces fauorem Turcarum tanti aeſtimabant, ut Caeſ. maieſtatis, pacem dantis non poſtulanti, honorem & gloriam laeſiſſent, quod utique ab hoſte callidiſſimo fieri potuiſſet, ſi ad placitum Turcarum plura, quam conditio ipſorum ferebat, feciſſent, atque ex uno malo duplex aut multiplex creaſſent. Nec fruſtra rumorem quidam Turcarum, prognati parentibus chriſtianis, de inſidiis ſparſerant militumque praeſidiariorum in locis Turcarum

Quapropter cautione opus aduerſus ipſorum fraudulentias technas.

Amici *enim facile fiunt* inimici.

rum finitimis & aduentu Tartarorum, quem etiam poſtmodum Turcarum transfugae, ob uſum uini liberiorem, fuga elapſi, timore poenarum, conſtanter affirmabant. Dubitando Caeſarei commiſſarii, quid in tali periculo facerent, faciliorem futuram exiſtimantes conſiliorum rationem, ſi, extra telorum iactum, diſputarent, unanimi conſenſu; nocte intempeſtiua a conſpectu hoſtium, quibus nec animus hoſtilis, nec opera deeſſet, ad loca tuta ſe recipiunt, ſtipati praeſidio militum, ſi in hoſtium calles incidiſſent. Literas apud praeſidiarium ducem Peſti relinquunt, qui Turcas de cauſis ſui diſceſſus certos faciant. Vulgus praeterea panico terrore impulſum, hoſtile aliquid metuit. Erant tunc animi contra Turcas occenſi, abitumque tam celerem defendentes, nomen honeſtum prudentis, contra hoſtes, auſus; non fugae pretexebant. Luce orta, Turcae ſuas inſidias ex dolis chriſtianorum fruſtraneas agnouerunt, non exiguo affecti faſtidio: tam praeclaram ſe de chriſtianis bene merendi ſuumque hoſpitalitatis ſplendorem declarandi, omiſiſſe occaſionem. Ideo apud capitaneum Peſthenſem diligenter inquirunt, quae nam iſta noua ratio amicitiae, inſalutatis ipſis aut inconſultis, ut diſceſſum moliti fuiſſent, nec aliquam coronidem uel legibus hoſpitii uel conſiliis de pace impoſuiſſent; inſidias aut dolos denunciationis hoſtiles falſas & contra opinionem ipſorum effectas, multis exaggerebant uerbis adeoque conſcientiam recte factorum ſuorum Turcae efferebant. Ad haec dux praeſidiariorum nihil illorum omnium negando, quae a dominis commiſſariis intellexit, fidos & amicos Turcas uel eo ipſo non perſtitiſſe, quod cum pacem poſcebant, pacem per-

Commiſſarii Caeſarei ſecedunt alibi, ad deliberandum

ad quod factum ſtupent Turcae,

ſemet excuſantes

perſequantur tamen, conditiones cum accipere debuiſſent. Vltimo etiam adſtruebat: uelle illis uiderint, conſilia & colloquia commiſſariorum deuitaſſe & iuſtam poſtremo per Nigronium hoſtilem animum praeſeferentem nuncium, diſceſſus praebuiſſe cauſam. Interea noſtri duces Strigonii euentum rei dum expectarent, conſultarentque, quid facto opus eſſet? Literae Turcarum ab *Amurathe* & reliquis miſſae ſunt, in quibus querimonias de diſceſſu & ſui excuſatione cum iniuria nominis *Nigronii*, reponunt, conſtantes ſe & fidos eſſe in pace tractanda, petereque chriſtianorum commiſſarios, ut, animo mutato & bona de illorum fidelitate exiſtimatione concepta, in termis actionis conſiſtant nec infectum, magno utriusque partis incommodo, negotium relinquunt. Audita huius rei nouitate interpres Nigronius conſilio ſiſtitur, cauſam dicit, multis ſe purgans uerbis rem totius chriſtianitatis ſe ea fide, qua chriſtianum & fidum interpretem decet, egiſſe, audita ab utraque parte fide bona retuliſſe, multa dictoria cum inſimulatione a Turcis pertuliſſe, quae facillime contemſit, ſaltem ut fidem interpretis incorruptam munusque inuiolatum ſeruaſſet. His & ſimilibus Nigronius ſe excuſat, nec dici poſſe, ſe imprudenter egiſſe, aut mala fide cum Turcis conuerſatum, quod tantum errorem in conſiliis ipſius cauſa accidiſſe perſpicerent, aliquem uero excuſationi locum Turcis relinquentes. Interim miſſis ad Caeſar. maieſtatem literis, in quo res pacis uertatur cardine? domini commiſſarii ſignificant, animum ad pacem Turcis ut antea petendo & poſtulando; ita nec iam deeſſe. Verum ea pro more ſuo petere, quae ad commodum & utilitatem Turcici imperii ſpectant,

Culpam tribuendo NIGRONIO, *quod fecerit ſecus, ac in mandatis habuerit.*

Qui tamen ſe excuſatum uult.

ctant, quoue modo conditiones illorum amplectantur, quidue obtineant, Canisae nimis restitutionem, si Pesthum, Hatwan & alia quaedam in locum ipsius darentur. Re quoque deliberata, Turcarum litteris responsum adornant, quibus obliquam illorum accusationem significant; actiones pacis ex parte sua semper sinceras & ad concordiam utriusque partis spectasse: interpretis uicio, siquae accidissent, se scriptis illorum, ob fidem interpreti habendum, exaratis, confisos esse. Atque ut in posterum omnibus eiusmodi impedimentis & materiis disputandi praecaueatur; e re omnino esse, ut omnia illa, quae per Nigronium interpretem nunciata fuerunt, literis illorum & Hungarica lingua comprehensa mitterentur, ut appareat, a qua parte consistat ueritas animumque ipsorum, si unquam alias, nunc plane percipiant, nec conficta excusatione deinceps usuros. Vltimo quid iam in animo habeant & quomodo ipsi CONDITIONES sacrae Caesar. maiestatis amplecti, illisue acquiescere uelint &, futurorum & praesentium cura habita, occasionum, quam habent, pacis amplissimam accipiant, nec deinceps, perdito labore huius negotii & tempore inaniter elapso. Ad quas literas dominorum commissariorum, aliquod diebus interiectis *Turcarum* ad dominum *Adolphum de Althain* adfertur responsum, iuxta ordinem conditionum Caes. maiestatis & consilia & animum ostendunt eundem, quem in praecedentibus actionibus, nec aliquid de priori illorum sententia opinionibusue remittunt. Acquisita enim loca Marte illorum secundo & praecipue Agriam, quae uirtute, labore, nec non insigni etiam solius Turcarum imperatoris periculo acquisita est, imperio ipsorum

Rescribitur tamen Turcis & conditiones offeruntur denuo.

Iterumque ad has respondent Turci.

rum nunquam dimiſſuros; quum *Caniſam*, cauſa commutationis cum *Peſthio* & *Hatwan* & aliis quibusdam gratificare uellent. Securitatis & tranquillitatis cauſa, demolitionem locorum finitimorum, quae urgebatur, ut prius; ita & nunc, iniquo hoſtes ferebant animo, nec ſine animi aegritudine, inuidentia, hoſtilique diſſenſione concluſerunt, longe a principiis diſſidentes. Hunc habuerunt exitum conſilia & actiones pacificationis tum diligenter inſtitutae; unde manifeſte appareret, non eſſe humani arbitrii, poteſtatis & conatus: PACEM AVREAM, quam plerique anticiparunt uotis, ſi chriſtianorum mores, praecipue Caeſ. maieſtatis clementia & pietas ſpectentur; plerique deſperarunt, ſi tales fraudes & impoſturae examinentur. Res tamen pacis adhuc eſt in diuina poſita uoluntate, Caeſ. maieſtatis ſapientia & clementia & conſiliis eorum conatibusue, qui adhuc anxie cum fide Turcarum agunt, ſuamque de auſpiciis pacis factis exiſtimationem ſaluare ſatagunt. Et ſi aliquis, contra uota humana conatusue, euentus bellum hoc fatale interpolauerit; diligentia certe & periculo conſtabit illud inclytum pacis bonum, quod ſecum fortunas, gloriam & dignitates adducet.

De pacificatione haec hactenus.

VOTVM: *ſuperatis tot diſcriminibus, redeat pax!*

NVM. VIII.

Epiſtola ad archiducem Auſtriae Melchioris de REDERN & illius *diarium* obſidionis *Varadinenſis* CIϽ IϽ LXXXIX.

EXORDIVM.

R*Euerendiſſime ac ſereniſſime Archidux, domine clementiſſime.* Quaecunque ab eo tempore, quo primum *Varadinum* ueni, ibidem

gesta sunt, de iis omnibus antehac serenitatem uestram literis diuerse datis humili subiectione certiorem feci, quae singula ad hanc praesentem narrationem referri possunt. Initio quidem omni studio & cura in hoc unico fui, ut *Germanus* miles *praesidio* castro huic imponeretur. Quod consilium etiam dominus *Kyrali Georgio* huius loci supremo Capitaneo placuit. Itaque sine mora, illustrissimorum ducum ac ordinum Silesiae legatum, *Gothofridum de* RIBISCH, cum copiis suis pedestribus (exceptis duntaxat CL. militibus firmioris praesidii caussa Sathmarum transmissis) Varadinum accersiui. Is sine mora XX. Septembris satis tempestiue cum copiis suis adfuit, quarum duo uexilla castro, reliqua duo ipsi ciuitati imposui. Quod, etsi articulis & legibus militaribus, quibus ab omni tali impositione liberabantur, contrarium erat, nihilo tamen minus prompto & alacri animo id ita fieri quisque passus est. Interea *Melchior de Rottwitz*, praefatorum ducum & statuum Silesiae equestrium copiarum summus legatus, cum turmis suis M D. equitum ocyus etiam accelerans, *Pusbekii* pago medio extra Waradinum distante, castra posuit. Vigesimo quarto Septembr. *Stephanum Istwan* cum CCC equit. partim Germanis partim Hungaris de cognoscendo hostium proposito, noctu *exploratum* emisi. Hi, illucescente iam die, Tartaros adesse intelligunt, qui aliquot millibus in istas circumiacentes regiones infusi, longe lateque tractum istum ferro flaminisque deuastauerant, trepidam & inermem subditorum multitudinem nec sexus muliebris nec paruulorum discrimine ullo habito, miserandum in modum trucidauerant, pecoribus aliisque rebus abductis, atque

Prima cura fuit: WARADINVM *instruendi* milite præsidiario Germano;

copiis auxiliaribus *reliquis in* uicinia *ordinatis.*

Tum Stephanus ISTWAN *mittitur* exploratum, *stipatus equitibus CCC.*

Cur. constituto in tot rerum discriminibus,

atque iam illo ipſo die incendiis & depopulationibus unico ſaltim miliari Waradino aberant. Flammis itaque tam iugibus ex caſtro conſpicatis, iamque certiores de Tartarorum irruptione facti, mox dominum *Nicari Paullum* cum tribus equitum ſignis ad medium extra ciuitatem lapidem emiſi, ut *Stephano Iſtwan* eiusque ſociis, ſi ab hoſtibus premerentur, *ſubſidium* ferre poſſent. *Quartum ſignum* mecum retinui, cum quibus propius aliquanto ad caſtrum, *in omnes occaſiones* intentus, ſubſtiti. Haec dum fiunt, quidam ex noſtris ſine ullo mandato & me maxime repugnante, nimis procul a ciuitate & caeteris ordinibus ad duo fere miliaria ad hoſtes excurrentes, ſtationes ſuas deſeruerunt, non tam animi fortitudine, quam temeraria quadam audacia freti, inter quos *Pechi Ferentz* principalis fuit. Potuiſſet haec temeritas nobis omnibus extremo eſſe periculo, ſi toto impetu totisque uiribus, quas tum temporis coniunctas quisque ſciebat, hoſtis irruiſſet & perrexiſſet. Aut enim his qui intermedio ordine poſiti erant, neceſſario inſequendum, aut praecedentibus iſtis certiſſima clades ſubeunda fuiſſet. Sed monitu meo tandem ſeſe receperunt, captisque aliquot Tartaris, capitibus quam plurimis reſectis, ad noſtros ordines reuerſi ſunt. Hoc die octauam circiter matutinam rurſus ad *ciuitatem* Tartari magnis uiribus *accesſerunt* & pagos ab illorum incendiis adhuc relictos iniecto ſimiliter igne ſuccenderunt. Cum quibus equites noſtri Sileſii & Hungari uelitari pugna conſerendo totum ferme diem abſumſerunt. Hiſce diebus iterum hoſtilia ſigna ante portas conſpecta ſunt, tempus hoc ferme totum aſſiduis uelitationibus utrinque effluxit.

ſubſidium *mittitur*, *duce* Nica-ro Paulo: *reliqua manu* ſibi *reſeruata*, *in omnem euentum*.

Exprobratur temeritas PECHI FERENTZII, *qui ad hoſtes excurrit*, non iuſſus.

Hoſtium appropinquatio *ad urbem*.

Aduentus Pitionis & Pausii.

Dicto 28. die, duo egregii insignesque milites PITION & PAVSI, ambo *nobiles Galli*, in castro ad nos uenerunt. Cum uniuersis copiis & uiribus suis ad moenia usque hostis appropinquauit & a diluculo ad quintam usque pomeridianam acri & uehementi concursatione uelitatum fuit. Interea hostis *castra* sua Germanico fere miliari extra *Waradinum* metatus est. Dum nostri equites cum hostibus ita concurrunt, ultra CCCL. Hungari milites, hinc inde per ordines distributi, contra datum iuramentum turpiter a nobis aufugiunt. Ex his praecipui fuerunt duo Tribuni *Paullus Balalei Marton & Weida Ferentz*: Huszaronibus autem *Pechi Ferentz*, qui quoque erectis signis perfide & perpetua infamia nos deseruerunt. Praeterea etiam cum XXIIX. huius mensis Capitaneorum *Fegendi Janusz* & *Sori Paulli* tempus menstruum elapsum esset, quo reliquis militibus, qui ex fugitiuis istis remanserant, pro more menstrui stipendii anticipatione satisfaciendum erat, similiter hi seditioso tumultu excitato tres pactos in mensem taleros accipere noluerunt, hac praetensione, sibi a Tribunis suis quatuor taleros menstruatim promissos esse. Ergo ut & huic malo mature remedium adhiberem, obtuli illis hasce conditiones: ut nimirum hoc tempore contenti essent hac trium talerorum solutione, me apud Seren. suam eo intercessurum, ut dimissionis tempore medii mensis stipendium ex gratia habituri essent. Sed tantum haec omnia apud seditiosum militem efficiebant, ut etiam furioso impetu portis irruerent, fugaque simul ac reliqui haud dubio scelerate elapsi, nisi Germanorum, ordines suos seruantium, armis & uiribus pedem referre coacti fuissent. Ne tamen maiora

Castra hostilia.

Transfugae sceleratissimi.

Vnde tribuni plura incommoda sentiunt.

maiora pericula sequerentur, taleros istos quatuor, nolens uolens! illis exsolui, ita tamen tamquam ex proprio marsupio, quibus acceptis tandem etiam hicce tumultus sedatus fuit. Cum itaque (ut iam paullo ante dictum) hostis castra sua *Pusbekii* medio miliari Hungarico a *Waradino*, ultra MD. passus supra ciuitatem uersus thermas longe lateque posuisset & propemodum extendisset, egoque uiderem, quam graue quamque impossibile futurum, ciuitatem defendere, non parum solicitus tunc fui, quomodo ante omnia Silesiacum equitatum, qui iam continuis quinque diebus strenue & animose hoc castrum defensarat, secure sine periculo ad suorum castra reducerem. Nec minus animum haec cura angebat, qua nimirum ratione tam amplae & spatiosae ciuitatis propugnatio fulcipi posset, tam exiguo militum nostrorum numero. In hac animi dubitatione mentem quodammodo erexerunt stipendiarii illi milites, qui sub *Kyral Alberto* merebant, quemadmodum etiam *Waradienses* isti centum equites. Spem quoque optimam fecerunt Hussarones reliqui, nuperrime a sua maiestate conscripti. Hos enim, quia uix ante triduum menstruum stipendium acceperant, haud inuite, (ut reliqui iam praedicti,) mecum in fide intra castrum mansuros, idque urgente necessitate strenue defensuros esse, minime dubitaui. Mox ergo posthaec *Nicolaum Bornomissam* cum suis CC. equitibus pro firmiori comitatu Silesiis equitibus adiunxi, atque ita dimisi. Dum uero haec fiunt, caeteri omnes (exceptis *Szeleslei Januß, Stephano Bornemissa, Niarii Paull, Stephano Istwan* & paucis aliis) posthabito fidei sacramento scelerati aufugerunt, castrumque turpiter deseruerunt. Ex

Et plus solarii militibus promissum.

Ceterum nulla spes, de ipsa ciuitate amplius tuenda, contra hostem, tam formidabilem, idque tam exiguo praesidio;

ex iisque non paucis fidem fallentibus.

Exemplis eorum, qui transfugere. hisce praecipue notandi sunt, qui sub *Vberini*, *Kallei* & *Salmiry* signis militabant. Hi enim *Debricy*, aliisque uicinis locis delitescebant, postea quos nec praemiis nec minis permouere potui,ut ad nos intra castrum reuerterentur. *De quorum poena* CONSILIVM. Hoc detestandum & execrabile perfidiae scelus, sua Imp. maiestas, ut alii horum exemplo deterreantur, seuerissimo tam corporis quam aeternae infamiae supplicio punire merito debet, dummodo hasce & alias regiones ac ditiones suas contra hostiles impetus sartas tectas ac defensas esse uolet. *Idcirco, missa ciuitate & incensa,* Hisce itaque omnibus bene consideratis, communi consilio militibus nostris ipsam Waradinensium ciuitatem diruendam & incendendam ipsimet permisimus, atque inhabitatores intra castellum nobiscum inducere uoluimus, quorum tamen ne uix 100. persuaderi adducique potuere, quamtumuis etiam frameis, seu securibus militaribus, (uulgo Scakanis) pulsarentur, qui nobiscum ingrediuntur. Caeteri omnes hostium manibus ad foedissima seruitutis genera abripi, aut in frustra etiam concidi, quam communis obsidionis fortunam nobiscum experiri, maluerunt. *unica cura defendendi* castrum, Hisce praefatum Gothofredum de Riebisch, ducum & ordinum Silesiae legatum cum reliquis suis uexillis intra castrum introduxi. Sed dum haec ita accidunt, ex templo aliquot hostium uexilla praedae capiendae caussa hinc inde in ciuitatem grassabnndi irruunt. Hos contra CL. Heidones, meo mandato rursus derepente inuadunt, pluresque quam centum conficiunt. Multi uulnerati, magna etiam pars capti, quorum tres in mea custodia detenti, pro uerissimo retulere, in Turcarum exercitu plus CCM. hominum esse. Nos ergo omnipotentis Dei auxilio & protectioni com-

committentes portas castri huius occlusimus, omnem hostis insultum & oppugnationem in quemcunque euentum operiundi. Hostis itaque mox prima Octobris nocte & fossas eiicere, uallare, atque simul etiam castri fossis aquas abducere indefesso opere laborauit. Quo facto, mox secunda Octobr tormenta sua bellica (ex quibus quatuor maiora, uulgo Singerin, item quatuor Falconas & alia insuper plurima) in fossas erectas pertrahere, atque continuis eorundem ictibus binas templi castellani turres labefactare ac conquassare coepit. Hoc ipso die propugnacula & loca huius castri insigniora Praefectis & Tribunis militum occupanda & defendenda distributa sunt. Ex hisce propugnaculum illud, quod *Kyralsi* (seu regium) adpellant, quodque proxime palatium spectat, dominus *Nicari Paullus* cum copiis suis insidebat. Terreum seu luteum *Georgio Kyral* tuendum commissum est. Reliqua tria, nempe *aureum*, *Thunka* atque *Venetianum* propugnaculum ipse *Gothofridus de* RIEBISCH, sibi suisque militibus defensandum occupauit. Dehinc uniuersos Germanorum ordines atque copias in unum congregatas grauissimo iuramenti foedere ad constantiam & fidelitatem praestandam obstrinxi, extremum supplicium statuens illi, qui uel unico uerbo deditionis, uel suspiciosae proditionis alicuius mentionem faceret, uel quouis etiam clandestino modo cum hostibus conspirare deprehenderetur. Immo, si quis uel tantillum de proditione uel nutu etiam ex alio saltem inaudiret, clam Tribuno suo non manifestaret, ut iste simili laquei supplicio, ceu primus autor, adficeretur. Simili iuramento me contra illis grauissime obligaui, me nempe cum illis ad extremum usque

contra oppugnationes hostiles.

Praefecti & tribuni militum castri.

Eorumque & militum reciproca obligatio ad fidem, usque ad halitum extremum.

rum finitimis & aduentu Tartarorum, quem etiam postmodum Turcarum transfugae, ob usum uini liberiorem, fuga elapsi, timore poenarum, constanter affirmabant. Dubitando Caesarei commissarii, quid in tali periculo facerent, faciliorem futuram existimantes consiliorum rationem, si, extra telorum iactum, disputarent, unanimi consensu; nocte intempestiua a conspectu hostium, quibus nec animus hostilis, nec opera deesset, ad loca tuta se recipiunt, stipati praesidio militum, si in hostium casses incidissent. Literas apud praesidiarium ducem Pesti relinquunt, qui Turcas de causis sui discessus certos faciant. Vulgus praeterea panico terrore impulsum, hostile aliquid metuit. Erant tunc animi contra Turcas occensi, abitumque tam celerem defendentes, nomen honestum prudentis, contra hostes, ausus; non fugae pretexebant. Luce orta, Turcae suas insidias ex dolis christianorum frustraneas agnouerunt, non exiguo affecti fastidio: tam praeclaram se de christianis bene merendi suumque hospitalitatis splendorem declarandi, omisisse occasionem. Ideo apud capitaneum Pesthensem diligenter inquirunt, quae nam ista noua ratio amicitiae, insalutatis ipsis aut inconsultis, ut discessum moliti fuissent, nec aliquam coronidem uel legibus hospitii uel consiliis de pace imposuissent; insidias aut dolos denunciationis hostiles falsas & contra opinionem ipsorum effictas, multis exaggerebant uerbis adeoque conscientiam recte factorum suorum Turcae efferebant. Ad haec dux praesidiariorum nihil illorum omnium negando, quae a dominis commissariis intellexit, fidos & amicos Turcas uel eo ipso non perstitisse, quod cum pacem poscebant, pacem per-

Commissarii Caesarei secedunt alibi, ad deliberandum

ad quod factum stupent Turcae,

simul excusantes

persequantur tamen, conditiones cum accipere debuissent. Vltimo etiam adstruebat: uelle illis uiderint, consilia & colloquia commissariorum deuitasse & iustam postremo per Nigronium hostilem animum praeseferentem nuncium, discessus praebuisse causam. Interea nostri duces Strigonii euentum rei dum expectarent, consultarentque, quid facto opus esset? Literae Turcarum ab *Amurathe* & reliquis missae sunt, in quibus querimonias de discessu & sui excusatione cum iniuria nominis *Nigronii*, reponunt, constantes se & fidos esse in pace tractanda, petereque christianorum commissarios, ut, animo mutato & bona de illorum fidelitate existimatione concepta, in termis actionis consistant nec infectum, magno utriusque partis incommodo, negotium relinquunt. Audita huius rei nouitate interpres Nigronius consilio sistitur, causam dicit, multis se purgans uerbis rem totius christianitatis se ea fide, qua christianum & fidum interpretem decet, egisse, audita ab utraque parte fide bona retulisse, multa dictoria cum insimulatione a Turcis pertulisse, quae facillime contemsit, saltem ut fidem interpretis incorruptam munusque inuiolatum seruasset His & similibus Nigronius se excusat, nec dici posse, se imprudenter egisse, aut mala fide cum Turcis conuersatum, quod tantum errorem in consiliis ipsius causa accidisse perspicerent, aliquem uero excusationi locum Turcis relinquentes. Interim missis ad Caesar. maiestatem literis, in quo res pacis uertatur cardine? domini commissarii significant, animum ad pacem Turcis ut antea petendo & postulando; ita nec iam deesse. Verum ea pro more suo petere, quae ad commodum & utilitatem Turcici imperii spectant,

Culpam tribuendo NIGRONIO, *quod fecerit secus, ac in mandatis habuerit.*

Qui tamen se excusatum uult.

ctant, quoue modo conditiones illorum amplectantur, quidue obtineant, Canisae nimis restitutionem, si Pesthum, Hatwan & alia quaedam in locum ipsius darentur. Re quoque deliberata, Turcarum litteris responsum adornant, quibus obliquam illorum accusationem significant; actiones pacis ex parte sua semper sinceras & ad concordiam utriusque partis spectasse: interpretis uicio, siquae accidissent, se scriptis illorum, ob fidem interpreti habendum, exaratis, confisos esse. Atque ut in posterum omnibus eiusmodi impedimentis & materiis disputandi praecaueatur; e re omnino esse, ut omnia illa, quae per Nigronium interpretem nunciata fuerunt, literis illorum & Hungarica lingua comprehensa mitterentur, ut appareat, a qua parte consistat ueritas animumque ipsorum, si unquam alias, nunc plane percipiant, nec conficta excusatione deinceps usuros. Vltimo quid iam in animo habeant & quomodo ipsi CONDITIONES sacrae Caesar. maiestatis amplecti, illisue acquiescere uelint &, futurorum & praesentium cura habita, occasionum, quam habent, pacis amplissimam accipiant, nec deinceps, perdito labore huius negotii & tempore inaniter elapso. Ad quas literas dominorum commissariorum, aliquod diebus interiectis *Turcarum* ad dominum *Adolphum de Althain* adfertur responsum, iuxta ordinem conditionum Caes. maiestatis & consilia & animum ostendunt eundem, quem in praecedentibus actionibus, nec aliquid de priori illorum sententia opinionibusue remittunt. Acquisita enim loca Marte illorum secundo & praecipue Agriam, quae uirtute, labore, nec non insigni etiam solius Turcarum imperatoris periculo acquisita est, imperio ipsorum

Rescribitur tamen Turcis *&* conditiones *offeruntur denuo.*

Iterumque ad has respondent Turci.

rum nunquam dimissuros; quum *Canisam*, causa commutationis cum *Pesthio* & *Hatwan* & aliis quibusdam gratificare uellent. Securitatis & tranquillitatis causa, demolitionem locorum finitimorum, quae urgebatur, ut prius; ita & nunc, iniquo hostes ferebant animo, nec sine animi aegritudine, inuidentia, hostilique dissensione concluserunt, longe a principiis diffidentes. Hunc habuerunt exitum consilia & actiones pacificationis tum diligenter institutae; unde manifeste appareret, non esse humani arbitrii, potestatis & conatus: PACEM AVREAM, quam plerique anticiparunt uotis, si christianorum mores, praecipue Caes. maiestatis clementia & pietas spectentur; plerique desperarunt, si tales fraudes & imposturae examinentur. Res tamen pacis adhuc est in diuina posita uoluntate, Caes. maiestatis sapientia & clementia & consiliis eorum conatibusue, qui adhuc anxie cum fide Turcarum agunt, suamque de auspiciis pacis factis existimationem saluare satagunt. Et si aliquis, contra uota humana conatusue, euentus bellum hoc fatale interpolauerit; diligentia certe & periculo constabit illud inclytum pacis bonum, quod secum fortunas, gloriam & dignitates adducet.

De pacificatione haec hactenus.

VOTVM: *superstes tot discriminibus, redeat pax!*

NVM. VIII.

Epistola ad archiducem Austriae Melchioris de REDERN & illius *diarium* obsidionis *Varadinensis* CIↃ IↃ LXXXIX.

EXORDIVM.

R*Euerendissime at serenissime Archidux, domine clementissime.* Quaecunque ab eo tempore, quo primum *Varadinum* ueni, ibidem

gesta sunt, de iis omnibus antehac serenitatem uestram literis diuerse datis humili subiectione certiorem feci, quae singula ad hanc praesentem narrationem referri possunt. Initio quidem omni studio & cura in hoc unico fui, ut *Germanus* miles *praesidio* castro huic imponeretur. Quod consilium etiam dominus *Kyrali Georgio* huius loci supremo Capitaneo placuit. Itaque sine mora, illustrissimorum ducum ac ordinum Silesiae legatum, *Gothofridum de* RIBISCH, cum copiis suis pedestribus (exceptis duntaxat CL. militibus firmioris praesidii caussa Sathmarum transmissis) Varadinum accersiui. Is sine mora XX. Septembris satis tempestiue cum copiis suis adfuit, quarum duo uexilla castro, reliqua duo ipsi ciuitati imposui. Quod, etsi articulis & legibus militaribus, quibus ab omni tali impositione liberabantur, contrarium erat, nihilo tamen minus prompto & alacri animo id ita fieri quisque passus est. Interea *Melchior de Rottwitz*, praefatorum ducum & statuum Silesiae equestrium copiarum summus legatus, cum turmis suis M D. equitum ocyus etiam accelerans, *Pusbekii* pago medio extra Waradinum distante, castra posuit. Vigesimo quarto Septembr. *Stephanum Istwan* cum CCC equit. partim Germanis partim Hungaris de cognoscendo hostium proposito, noctu *exploratum* emisi. Hi, illucescente iam die, Tartaros adesse intelligunt, qui aliquot millibus in istas circumiacentes regiones infusi, longe lateque tractum istum ferro flaminisque deuastauerant, trepidam & inermem subditorum multitudinem nec sexus muliebris nec paruulorum discrimine ullo habito, miserandum in modum trucidauerant, pecoribus a'iisque rebus abductis, atque

Prima cura fuit: WARADINVM *instruendi* milite præsidiario Germano;

copiis auxiliaribus *reliquis in* uicinia *ordinatis.*

Tum Stephanus ISTVVAN *mittitur* exploratum, *stipatus equitibus CCC.*

Cur. constituto in tot rerum discriminibus,

atque iam illo ipſo die incendiis & depopulationibus unico ſaltim miliari Waradino aberant. Flammis itaque tam iugibus ex caſtro conſpicatis, iamque certiores de Tartarorum irruptione facti, mox dominum *Nicari Paullum* cum tribus equitum ſignis ad medium extra ciuitatem lapidem emiſi, ut *Stephano Iſtwan* eiusque ſociis, ſi ab hoſtibus premerentur, *ſubſidium* ferre posſent. *Quartum ſignum* mecum retinui, cum quibus propius aliquanto ad caſtrum, *in omnes occaſiones* intentus, ſubſtiti. Haec dum fiunt, quidam ex noſtris ſine ullo mandato & me maxime repugnante, nimis procul a ciuitate & caeteris ordinibus ad duo fere miliaria ad hoſtes excurrentes, ſtationes ſuas deſeruerunt, non tam animi fortitudine, quam temeraria quadam audacia freti, inter quos *Pechi Ferentz* principalis fuit. Potuiſſet haec temeritas nobis omnibus extremo eſſe periculo, ſi toto impetu totisque uiribus, quas tum temporis coniunctas quisque ſciebat, hoſtis irruiſſet & perrexiſſet. Aut enim his qui intermedio ordine poſiti erant, neceſſario inſequendum, aut praecedentibus iſtis certisſima clades ſubeunda fuiſſet. Sed monitu meo tandem ſeſe receperunt, captisque aliquot Tartaris, capitibus quam plurimis reſectis, ad noſtros ordines reuerſi ſunt. Hoc die octauam circiter matutinam rurſus ad *ciuitatem* Tartari magnis uiribus *acceſſerunt* & pagos ab illorum incendiis adhuc relictos iniecto ſimiliter igne ſuccenderunt. Cum quibus equites noſtri Sileſii & Hungari uelitari pugna conſerendo totum ferme diem abſumſerunt. Hiſce diebus iterum hoſtilia ſigna ante portas conſpecta ſunt, tempus hoc ferme totum aſſiduis uelitationibus utrinque effluxit.

ſubſidium *mittitur*, *duce* Nicaro Paulo: *reliqua manu* ſibi *reſeruata*, *in omnem euentum.*

Exprobratur temeritas PECHI FERENTZII, *qui ad hoſtes excurrit*, non iuſſus.

Hoſtium appropinquatio *ad urbem.*

Aduentus Pitionis & Paufii.

Dicto 28. die, duo egregii infignesque milites PITION & PAVSI, ambo *nobiles Galli*, in caftro ad nos uenerunt. Cum uniuerfis copiis & uiribus fuis ad moenia usque hoftis appropinquauit & a diluculo ad quintam usque pomeridianam acri & uehementi concurfatione uelitatum fuit. Interea hoftis *caftra* fua Germanico fere miliari extra *Waradinum* metatus eft. Dum noftri equites cum hoftibus ita concurrunt, ultra CCCL. Hungari milites, hinc inde per ordines diftributi, contra datum iuramentum turpiter a nobis aufugiunt. Ex his praecipui fuerunt duo Tribuni *Paullus Balalei Marton & Weida Ferentz*: Hufzaronibus autem *Pechi Ferentz*, qui quoque erectis fignis perfide & perpetua infamia nos deferuerunt. Praeterea etiam cum XXIIX. huius menfis Capitaneorum *Fegendi Januß* & *Sori Paulli* tempus menftruum elapfum effet, quo reliquis militibus, qui ex fugitiuis iftis remanferant, pro more menftrui ftipendii anticipatione fatisfaciendum erat, fimiliter hi feditiofo tumultu excitato tres pactos in menfem taleros accipere noluerunt, hac praetenfione, fibi a Tribunis fuis quatuor taleros menftruatim promiffos effe. Ergo ut & huic malo mature remedium adhiberem, obtuli illis hafce conditiones: ut nimirum hoc tempore contenti effent hac trium talerorum folutione, me apud Seren. fuam eo interceffurum, ut dimiffionis tempore medii menfis ftipendium ex gratia habituri effent. Sed tantum haec omnia apud feditiofum militem efficiebant, ut etiam furiofo impetu portis irruerent, fugaque fimul ac reliqui haud dubio fcelerate elapfi, nifi Germanorum, ordines fuos feruantium, armis & uiribus pedem referre coacti fuiffent. Ne tamen

Caftra hoftilia.

Transfugae fceleratiffimi.

Vnde tribuni plura incommoda fentiunt.

maiora

maiora pericula sequerentur, taleros istos quatuor, nolens uolens! illis exsolui, ita tamen tamquam ex proprio marsupio, quibus acceptis tandem etiam hicce tumultus sedatus fuit. Cum itaque (ut iam paullo ante dictum) hostis castra sua *Pusbekii* medio miliari Hungarico a *Waradino*, ultra MD. passus supra ciuitatem uersus thermas longe lateque posuisset & propemodum extendisset, egoque uiderem, quam graue quamquę impossibile futurum, ciuitatem defendere, non parum solicitus tunc fui, quomodo ante omnia Silesiacum equitatum, qui iam continuis quinque diebus strenue & animose hoc castrum defensarat, secure sine periculo ad suorum castra reducerem. Nec minus animum haec cura angebat, qua nimirum ratione tam amplae & spatiosae ciuitatis propugnatio suscipi posset, tam exiguo militum nostrorum numero. In hac animi dubitatione mentem quodammodo erexerunt stipendiarii illi milites, qui sub *Kyral Alberto* merebant, quemadmodum etiam *Waradienses* isti centum equites. Spem quoque optimam fecerunt Hussarones reliqui, nuperrime a sua maiestate conscripti. Hos enim, quia uix ante triduum menstruum stipendium acceperant, haud inuite, (ut reliqui iam praedicti,) mecum in fide intra castrum mansuros, idque urgente necessitate strenue defensuros esse, minime dubitaui. Mox ergo posthaec *Nicolaum Bornomissam* cum suis CC. equitibus pro firmiori comitatu Silesiis equitibus adiunxi, atque ita dimisi. Dum uero haec fiunt, caeteri omnes (exceptis *Szeleslei Janusß, Stephano Bornemissa, Niarii Paull, Stephano Istwan* & paucis aliis) posthabito fidei sacramento scelerati aufugerunt, castrumque turpiter deseruerunt. Ex hisce

Et plus salarii militibus promissum.

Ceterum nulla spes, de ipsa ciuitate amplius tuenda, contra hostem,

tam formidabilem,

idque tam exiguo praesidio;

ex iisque non paucis fidem fallentibus.

Exemplis eorum, qui transfugere. hisce praecipue notandi sunt, qui sub *Vberini*, *Kallei* & *Salmiry* signis militabant. Hi enim *Debricy*, aliisque uicinis locis delitescebant, postea quos nec praemiis nec minis permouere potui, ut ad nos intra castrum reuerterentur. *De quorum poena* CONSILIVM. Hoc detestandum & execrabile perfidiae scelus, sua Imp. maiestas, ut alii horum exemplo deterreantur, seuerissimo tam corporis quam aeternae infamiae supplicio punire merito debet, dummodo hasce & alias regiones ac ditiones suas contra hostiles impetus sartas tectas ac defensas esse uolet. *Idcirco, missa ciuitate & incensa,* Hisce itaque omnibus bene consideratis, communi consilio militibus nostris ipsam Waradinensium ciuitatem diruendam & incendendam ipsimet permisimus, atque inhabitatores intra castellum nobiscum inducere uoluimus, quorum tamen ne uix 100. persuaderi adducique potuere, quamtumuis etiam frameis, seu securibus militaribus, (uulgo Scakanis) pulsarentur, qui nobiscum ingrediuntur. Caeteri omnes hostium manibus ad foedissima seruitutis genera abripi, aut in frustra etiam concidi, quam communis obsidionis fortunam nobiscum experiri, maluerunt. *unica cura defendendi castrum,* Hisce praefatum Gothofredum de Riebisch, ducum & ordinum Silesiae legatum cum reliquis suis uexillis intra castrum introduxi. Sed dum haec ita accidunt, ex templo aliquot hostium uexilla praedae capiendae caussa hinc inde in ciuitatem grassabnndi irruunt. Hos contra CL. Heidones, meo mandato rursus derepente inuadunt, pluresque quam centum conficiunt. Multi uulnerati, magna etiam pars capti, quorum tres in mea custodia detenti, pro uerissimo retulere, in Turcarum exercitu plus CCM. hominum esse. Nos ergo omnipotentis Dei auxilio & protectioni com-

committentes portas castri huius occlusimus, omnem hostis insultum & oppugnationem in quemcunque euentum operiundi. Hostis itaque mox prima Octobris nocte & fossas eiicere, uallare, atque simul etiam castri fossis aquas abducere indefesso opere laborauit. Quo facto, mox secunda Octobr tormenta sua bellica (ex quibus quatuor maiora, uulgo Singerin, item quatuor Falconas & alia insuper plurima) in fossas erectas pertrahere, atque continuis eorundem ictibus binas templi castellani turres labefactare ac conquassare coepit. Hoc ipso die propugnacula & loca huius castri insigniora Praefectis & Tribunis militum occupanda & defendenda distributa sunt. Ex hisce propugnaculum illud, quod *Kyralsi* (seu regium) adpellant, quodque proxime palatium spectat, dominus *Nicari Paullus* cum copiis suis insidebat. Terreum seu luteum *Georgio Kyral* tuendum commissum est. Reliqua tria, nempe *aureum*, *Thunka* atque *Venetianum* propugnaculum ipse *Gothofridus de* RIEBISCH, sibi suisque militibus defensandum occupauit. Dehinc uniuersos Germanorum ordines atque copias in unum congregatas grauissimo iuramenti foedere ad constantiam & fidelitatem praestandam obstrinxi, extremum supplicium statuens illi, qui uel unico uerbo deditionis, uel suspiciosae proditionis alicuius mentionem faceret, uel quouis etiam clandestino modo cum hostibus conspirare deprehenderetur. Immo, si quis uel tantillum de proditione uel nutu etiam ex alio saltem inaudiret, clam Tribuno suo non manifestaret, ut iste simili laquei supplicio, ceu primus autor, adficeretur. Simili iuramento me contra illis grauissime obligaui, me nempe cum illis ad extremum usque

contra oppugnationes hostiles.

Praefecti & tribuni *militum* castri.

Eorumque & militum reciproca obligatio ad fidem, usque ad halitum extremum.

usque uitae halitum atque ultimam ſanguinis guttam conſtanter perſeueraturum eſſe. Sequenti die ſimili iuramento inter me & Hungaros milites conuentum eſt. Hoc die hoſtis quosdam in nauigiis trans foſſam miſit, ut ligna in terreo propugnaculo interpoſita ſuccenderent. Ignis uero ſtatim a noſtris extinctus eſt. Eam ipſam propugnaculi partem rurſus ſuppoſito igni incendere tentarunt, ſed ſimiliter impediti. Cum uero illud propugnaculum ligneum quoddam pauimentum, in quo machinae ſiſti ſolent, (uulgo *panckettum*) haberet, foſſis mihi erectis, milites aliquot Hungaros, qui noctu diuque hoſti acceſſum prohiberent, impoſui. Hoſtes aquam ex foſſa, quae e regione propugnaculi regii eſt, quemadmodum & riuulum, qui ex ſuperiori molendino iam dictae foſſae influit, per aquagium quoddam lapideum auerterunt. Nocte ſequente ex Hungarorum excubantium negligentia *furnos* ſeu ſpecus, (in quo pulueres ad ſubruenda maenia reponi ſolent) quos *furnellos* uocant, hoſtes conſtruere & fabricare ceperunt. Quam ob cauſſam mox iſtum Tribunum, cum aliis tribus excubiarum inſpectoribus laquei ſupplicium ſubire oportuit. Quatuor *Heidones* ſeu pedites Hungari ex propugnaculo ſe demiſerunt, atque Turcas ex modo dictis furnellis, omnibus eorum inſtrumentis ablatis, expulerunt. His *uirtutis* & meritae laudis ergo *centum ualeros* donaui. Sed nihilominus denuo hoſtes acceſſerunt, opusque ceptum tentare ac perficere auſi ſunt. Quidam ex noſtris Heidonibus transfuga factus eſt; atque tunc a Germanis excubiis in propugnaculo *Tzunkae* mihi indicatum, ſimili modo ab hoſtibus ſub eiusdem propugnaculi ponte cuniculis iam agi ceptum

Turcae, ruinam castri, meditantur.

Virtus Heidonum remunerata.

ceptum esse. Vidi tum ipsemet summo mane aliquot Turcas ad collum usque in fossae aquis stantes, qui indefesso labore in opere pergebant. Quamuis uero ex loco quodam (quem *Cosamatzam* vocant) tam Regii quam Lignei propugnaculi densis *glandibus & ictibus* peterentur, ut quamplurimi illorum neci darentur, tamen semper in locum interfectorum recentes succedere, uicem supplere, operae & labori acriter insistere, ut muro ad basim propugnaculi pene excauato, sese ita intra foramina absconderent, quo contra omnes scopetorum ictus ac pericula tuti essent. Fuimus quidem in omnes occasiones circumspecti, ac seduli, si uel aliqua ratione hic hostium conatus impediri posset, quod si uel contra fodiendi opere hosce cuniculos interuertere possemus, sed cum propugnaculorum loricae ad eundem usum non sint exstructae, hoc hostium propositum auertere haud facile potuimus. Hungarum quendam nobilem cum literis ad serenitatem uestram dimisi, hic postea peditem *Andream de* SECKELHVT ad nos remisit, cum optima spe futuri subsidii. Huic, felicis nuncii laetique ominis caussa, *centum taleri* donati sunt. Et quamquam ego de tali futuro auxilio semper dubitabam, praesertim cum certe scirem, inferioris Hungariae exercitus ad Budam castra mouisse, tamen quantum potui hac spe militum animos erexi atque obfirmaui. Nihil notatu dignum hoc die accidit. Hoc die, cum Turci Hungaricos milites, numero ferme XXV. quos ligneae munitioni ad prohibendum hosti accessum, imposueram, secure agentes & dormientes obseruassent, derepente fossam nauigiis traiecerunt, multosque eorum interfecerunt, reliquos per praedictum egressum intra propugna-

Nouus hostium furor, castro insidias struendi.

Nuncius futuri subsidii praemium reportat C. thalerorum.

Securis & dormientibus iis, qui excubias agere debuerant,

gnaculum recedere coegerunt. Hoc facto statim aliquot milites cum ligonibus & securibus nauiculis imposuere, qui ipsa media luce palos atque trabes de *panketa* succiderunt, terramque in fossam ingesserunt. Tum grandiores arborum truncos propugnaculi istius reuellere, terramque extrahere, qua ceu tegumento aliquo se consepire, ut 30. illorum uel plures simul in labore pergere, atque ita planum aditum ad oppugnationem Turci habere potuerint. Cum igitur hoc modo in *furnellis* tam sub Regio quam Tzunkae propugnaculo fabricatis pulueres ita submouisset, ac praefurnia eorundem diligenter obstruxisset, tandem 12. qui D. Maximiliano sacer est, inter 7. & 8. horam antemerid. primum sub Regali; deinde inter 8. & 9. sub *Tzunckae* propugnaculo suppositos in furnellis pulueres incendere, atque muros subruere & disiicere aggressus est. Dei uero omnipotentis singulari & clementi gratia haec omnia in cassum ab hoste tentata fuere. Pulueres enim isti subordinati ex ore furnellorum erumpentes, ingentis tonitru & fragoris instar uehementissimi repercuserunt. Haec res hostium animos mirum in modum ancipites reddidit, siquidem ad oppugnationem quaeque paratissima uisebantur. Ne tamen diem istum otio terere uiderentur, ligneum propugnaculum insano furore & insultu aliquot horis oppugnando uehementer admodum impetiuerunt, sed a nostris militibus, diuino semper affulgente auxilio, animose ac fortiter reiecti atque profligati sunt. Quibus tamen omnibus haud mouebantur hostes indefesse, sed assiduo labore noctesque diesque modo subfodiendo, mox terram egestam in fossam pertrahendo, propugnaculum iam dictum subuerte-

Turci nostris noxam inferre student,

pulueres submouendo propugnaculis.

Sed operam perdunt, a nostris profligati atque explosi.

uertere fategerunt. Cum ergo foſſas ſuas, quas ingenti & multo labore latas amplas & ualde munitas erexerant, ita perfeciſſent; alias adhuc tres fortiſſimas foſſas in proximo vineto extruxerunt, quibus 4. machinas falconetas uulgo, induxerunt. Putabant enim, ſe idem loco noſtris militibus in eodem propugnaculo maximam cladem illaturos, uerum propter utriusque loci diſtantiam ſine effectu hoc propoſitum fuit, ita ut nihil uel parum detrimenti noſtri inde perceperint. In utroque rurſus propugnaculo, tam Regio, quam Tzuneka hoſtes furnellos conſtruere ceperunt, conatus, ut etiam antea tunc impedire non potuimus. Hoc die mane circiter 8. horam pulueres propugnaculo Tzunckae ſubiectos miſſili flamma hoſtes incenderunt, ipſamque anteriorem propugnaculi partem (uulgo *pontam*) cum duobus lateribus ad viginti duorum cubitorum latitudinem de imo ad ſummum usque diſiecerunt, ex qua uehementi murorum lapidumque ruina, foſſa ita expleta eſt, ut ſicco pede ad impreſſionem aditum hoſtes haberent. Quae etiam irruptio ſtatim ſubſecuta fuit. Nam inter denſos fumi uapores tredecim ſigna in eo ipſo ſuperato propugnaculo erecta ſunt: pugnatum tunc utrinque acerrimo conflictu a mane usque quartam horam poſt meridiem. Pari inſultu ligneum quoque propugnaculum uehementiſſime conquaſſatum, ſummi tamen Dei gratia & auxilio deiecti atque repulſi ſunt, grauiſſima clade accepta, atque octo amiſſis uexillis, quae in noſtrorum poteſtatem uenerunt. Hoc hoſtium impetu & acri oppugnatione durante, dominus Kyral Georgius huius loci Capitaneus, dum loca quaedam intentius perluſtrat, binis glandibus ex *Janizarorum*

Anterior propugnaculi pars ab hoſte incenditur

& irruptio inopinata.

Vnde pugnatum utrinque, ſed hoſtes terga dant, accepta clade grauiſſima.

rum sclopeto per brachium dextramque axillam transiectus est. Quia uero statim sub initium obsidionis a me petierat, ut in defensione sui propugnaculi *Szelesdi Janum* pro socio adiungerem, eam ob caussam postea propugnaculi istius curam iam dicto *Jano* commisi, qui etiam strenue illud defendendo ad finem usque obsidionis fortiter sese gessit. Dum utrinque ita feruet conflictus, mulier quaedam Hungara, germanici sermonis haud multum gnara, in ipsa acie oppugnationis inter medios milites germanos in propugnaculo *Tzunckae* conspecta fuit, una manu nudum acinacem tenens, altera lapidibus in aduersos hostes proiiciens, tam diu, tamque uiriliter contra hostes pugnando perstitit, donec globo tandem ex Genizarorum bombarda per brachium transuerberata, de propugnaculo abduceretur.

Nuncius missus ad archiducem cum litteris.

Andream Seckelhut, de quo supra mentio facta est, in cymbula trans fossam cum literis ad Serenitatem Vestram dimisi, graui ipsum iuramento obstringens, ut quantum fieri posset, ad nos quamprimum reuerteretur. Hoc die ferme hora X. hostes iterum regale propugnaculum prope palatium, ualidissimis muris & fundamentis extructum, uiolentia subiectorum puluerum subruerunt, atque magno foramine ad 30. cubitos facto, aditum ad impressionem sibi latissimum patefecerunt. Insuper etiam fossam proxime munitionem centum & sexaginta ulnis amplam & aquis admodum profundam ob longis trabibus & tignis, superiniectis, uasis uinariis pontis instar mirando opere & stupescendo labore strauerunt. Cui ponti crates terra sarmentisque repletos imposuerunt, atque maximo rursus impetu omnia tria propugnacula incessanter concusserunt. Semper-

perque pro laſſo uulneratoque milite, ualidos recentesque uicatim ſubſtituendo, ad tertiam usque horam poſt meridiem acerrime inſtare, monere, urgere, ut tam furibundo & indefeſſo irruptionis impetu noſtri milites non parum fatigati fuerint. Sed diuini numinis potenti auxilio a noſtris ſemper uirili & infracto animo repulſam tulere. Per hanc totam ſeptimanam, excepto *Veneris die*, qui Turcarum hebdomadario feſto *ſacer* eſt, continuis inſultibus aſſiduisque oppugnationibus ab hoſte ita impetiti & uexati ſumus, ut incredibile uideri quodammodo poſſint, qui tam exiguus noſtrorum numerus, tamque paucula militum manus tot multiplicibus laboribus ſufferendis par eſſe potuerit. Etenim conſtat uniuerſum noſtrum exercitum ab ipſa cepta obſidione uix duo millia ualentium militum fuiſſe. Sed profecto ſi unquam, certe hoc tempore ſummus & miſericors Deus pro nobis excubauit, qui ita animos noſtros auxit & confortauit, ut nec minima etiam mentio ſeu ſuſpicio deditionis facta fuerit, immo omnes & ſinguli parato & imperterrito animo hoſtium audaciae & impetui fortiter ac ſtrenue ſeſe oppoſuerunt. Circiter horam XI. huius diei cum puluerum cuniculorumque impetu *Tzunckae* propugnaculum iterum ſubruiſſent, ſimul etiam reliquas tres munitiones toto die ad ueſperam usque indeſinenter oppugnaſſent, dumque adhuc ferueret hoſtium impetus, accidit, neſcio quo malo genio, ut apparatus noſtri igniti, tela, faces & alia miſſilia & inſtrumenta ardentia, in ſubſidii (ſeu *Rittimtae*) loco ſepoſita ex improuidentia cuiusdam Tormentorum Magiſtri, cui cura illorum mandata fuit, flamma concepta derepente ardere inciperent.

Dies Veneris ſacris Turcarum deſtinatus;

reliqui omnes furori, inſidiis ac ſtratagematibus bellicis patent.

Inde cauſa mox ſubſecuti incendii calamitoſi,

immo fu. nesti.

perent. Hac ignis uehementia multi praecipui nominis uiri atque milites foede *combusti*, quos inter comes *Josalinus Marius*, machinarum bellicarum supremus praefectus, uir tam rebus gestis, quam consilii militaris laude praestantissimus, quique in huius castri propugnatione plurimum profuit; praeterea etiam dominus *Dussi* & dominus *de Zetlitz* supremus excubiarum magister & alii plurimi, nullus tamen eorum, nisi praedictus tormentorum magister mortis periculum subiit. Mox etiam hastas oppugnatorias securo loco conseruatas grassabunda flamma arripuit, incenditque, ita ut propugnaculum flammis undique ardescere & conflagrare uideretur. Haec res & animum & laetitiam hostibus attulit. Nos tamen diuino auxilio benigne conseruati sumus, ignisque ita sedatus, ut praeter quod dictum, nihil periculi & mali ex eo nobis acciderit. Neque etiam uel tantillum hic casus militum animos, ut remissiores essent, permouit, imo cum maxima clade & detrimento hostes repulsi sunt. In his, ut & aliis oppugnationibus & conflictibus maxime illustris & conspicua fuit uirtus & magnanimitas domini *Niaris Paulli.* Hic enim non tantum consiliorum peritia & promptitudine, uerum etiam *fortissima manu hostium* impetu & audaciae strenue & intrepide sese obiecit. Merito itaque sua maiestas & serenitas uestra habent, cur Caesaria & clementi sua gratia ipsum complecti debeant. Continuis oppugnationibus ab hostibus infestati fuimus. Sequenti die Veneris, utrinque iterum ab armis cessatum. Sed 24. Octob. omnibus uiribus in saepe iam dicta tria propugnacula hostes irrumpere conati sunt, Dei tamen auxilio semper repulsi & reiecti. Hoc etiam die circa

His rerum discriminibus par animus uariusque conspicitur in nostris.

VI.

VI. horam pomeridianam ex hac mortali uita decessit supra dictus *Kyral Georgius*, huius castri praefectus. Ille animam iam agens amice & obnixe me rogauit, ut apud suam Caes. maiestatem, itemque serenitatem uestram ipsius nomine, intercederem pro uidua eius relicta, filiisque orphanis, ut ipsi tamquam peregrini & aduenae, nihilque proprii in hisce regionibus possidentes, seruitiorum fidelissime praestitorum clementem gratiam & benignam recompensationem sentiant. Fluuius *Köres* atque alter *Petacha* continuis pluuiis atque inundationibus supra modum excreuerunt; unde *fossae* uersus regium propugnaculum aquarum *inundatione* pene repletae, pontesque diruti & abducti sint, sic etiam ut Turcae, qui in tentoriis castrisque erant, his qui in fossis stationibusque constituti fuerant opem ferre, si res postulasset, haud facile potuerint. Non dubium est, si paullo maiores numero tunc fuissemus, quin praeclari & magni aliquid momenti per eruptionem improuisum moliri atque praestare potuissemus. Sed obstitit paucitas militum, quae fortunam tentare non permisit atque ita hoc die ab hostibns nihil contra nos susceptum fuit. Magno rursus impetu omnibusque uiribus hostis tria propugnacula aggressus est, sed graui suorum clade atque iactura. Quam fatigati, quamque exhausti tam uiribus quam numero militum tunc fuerimus intra maenia, uel hinc apparet, quod uix 12. uel 16. milites, hosque similiter confectos, lassos & languidos, si ita necessitas coegisset, in auxilium & subsidium propugnaculorum submittere potuissem. Nihil propemodum relatu dignum hoc die gestum est. Cum enim sub regali propugnaculo in uno, sub *Tzunckae*

Moritur Kyral Georgius, praefectus castri.

Inundatio fossarum ex tempestate pluuiosa.

Clades hostium.

ckae uero duobus in locis cuniculos de nouo agere quatuor cepissent, igitur donec constructi perfectique essent ab oppugnatione hoc die hostes destiterunt. Mane circa quartam & quintam horam *cuniculis* extructis *pulueres* submouerunt, eosdemque statim incendere uoluerunt: sed cum maiorem puluerum copiam saccis ex hirquinis pellibus consutis praeter pauxillos adhuc ingerendos subdendosque iam intulissent, forte fortuna accidit, ut milites nostri per excubias distributi hostes hinc inde per pontem cursitare animaduerterent. Quod cum per uigiles tribunis militum significatum esset, mox germanus quidam tormentorum magister similiter cum puluerum aliquot sacculis accessitur. Iis duobus de propugnaculo, sed sine effectu, proiectis, tertius tandem, singulari quodam numine duos talem puluerum saccum portantes tetigit, qui mox ignem concipientes uehementes impetu *portatores* ad terram *prostrauerunt.* Cumque iidem a cuniculorum seu furnellorum ore non procul abessent, mox etiam pulueres isti furnellis impositi flammas concipere, atque tonitru seu fragoris uehementis instar unum ex fornicibus seu arculis concameratis eiusdem propugnaculi disiicere, subuertere, pulueres submotos (minas uulgo) incendere, quorum uiolentia, nec non murorum ruina tres *cuniculorum Magistri* partim semiusti, partim terra obruti, *perierunt*; Horum postmodum capita in eodem propugnaculo palis erecta fuere. Sed & reliqui Turcae magno numero sequentes, ut & illi qui in fossis manebant puluerum retrotonantium fragore crudelem in modum ambusti laesique fuerunt. Hinc magni ululatus querulaeque in hostium castris lamentatio-

non tamen eorundem hostilitas, cuniculis submouendo pulueres; sed frustra,

ob casum fatalem.

tationes auditae ſunt. Hiſce diebus ab oppugnatione tam crebra remiſſio quaedam facta eſt propterea, quod hoſtium cuniculi duobus in locis ſub Tzunckae propugnaculo incepti, nondum perfecti eſſent. Interea nec nos otioſi deſedimus, ſed in omnes occaſiones, quamcunque ſiue extremam etiam oppugnationis fortunam operiundi, intenti paratique fuimus. Praecipuam uero tormentorum ſuorum uim in unicum regale propugnaculum direxerat hoſtis, ſed cognito hoc hoſtis conſilio, nos e contra machinis aliquot maioribus editiori commodiorique loco deuectis, ſingulari Dei praepotentis auxilio ipſius conatus tormentorum noſtrorum reſultum ita peſſum ire dedimus, ut parum damni inde nobis fuerit illatum. Hoc die utrumque furnellum ſubmotis ignibus ab hoſte incenſum fuit. Ex quibus primo illud ad lignei propugnaculi latus conſtructum, inter nonam & decimam horam, ſecundum uero furnellum ſub aureo propugnaculo extructum inter 11. & 12. horam ſuccendere tentauit. Sed ut antea, ita & tum irrito ſucceſſu hi conatus ſuſcepti fuere. Atque ita in hiſce omnibus Dei omnipotentis clementia & immenſa bonitas merito depraedicanda eſt. Etenim ſi hoſtis uigilantiſſimi indefeſſum fodiendi ſtudium, ſi curriculi tam multipliciter acti, ſi denique pulueres tot locis ſubmoti effectum habuiſſent, profecto nec tot laboribus exantlandis, ne dum defendendo huic caſtro, ſufficientes eſſe potuiſſemus. Decreuerat tum aſtutiſſimus hoſtis, ſi ex animi uoto pulueribus moenia propugnaculorum ſubruiſſet, ſe omnibus uiribus undiquaque derepente magno impetu irrupturum atque ſic ultimam oppugnationis fortunam experturum. Quod inde facile apparebat, ſiquidem tunc temporis inſtru-

Hoſtes iterum ſubmouent ignes propugnaculo; ſed fruſtra.

Caſtro & ciuitate, Dei praeſidio

ctissimi militum ordines, armis, galeis, loricisque inauratis & fulgentibus hinc inde per fossas stationesque dispositi & ordinati conspiciebantur, omnes ad oppugnationem paratissimi. Sed eo ipso, de quo iam dictum, casu & irrito cuniculorum euentu consternati hostes, non parum de pristina animi alacritate & ardore remiserunt. Nihilo tamen minus, ne ludibrium pati uiderentur, denuo omnia tria propugnacula oppugnare, impetere & uehementissimo insultu perrumpere ausi fuerunt. Sed tamen egregia magnanimitate & uirtute *Melchioris de* ROTTWITZ, suorumque militum infracto & forti animo, cum perpetua sui nominis gloria & hostis maximo damno, repulsi atque deiecti sunt. Etsi uero toto obsidionis tempore omnibus uiribus & indefesso acerrimoque studio & labore hostis nos exercuerit, infestarit, impetierit; tamen nunquam eo nos compellere potuit, ut uel ad mediam saltem uiam Ritteratae seu subsidiorum nos recepissemus. Ergo cum ita omnes suos conatus in expugnando hoc castro perditos esse hostis animaduerteret, militesque suos tam desperatos abiectosque uideret, ut nec frameis, nec fustibus etiam pulsati, ad oppugnationem amplius adigi possent; mane circa horam ferme quartam residuas in suburbio domos incendit. Mox etiam castra sua, abductis primum tormentis & aliis rebus bellicis, admota flamma in cineres redegit. Quod quidem beneuole & libenter ipsi permisimus. Ea nocte plurimi captiuorum Christianorum ex Turcica seruitute fuga elapsi sunt, qui a nobis intra munitionem recepti sunt. Tertio tandem die Nouembris obsidionem in densissimis nebulis soluit atque ita discessit, Budam uersus, prout transfugae indi-

& uirtute militis de ROTTWIZ *plane singulari,*

obsidione liberatis.

indicarunt, cum castris profecturus. Vt itaque Deo omnipotenti pro hac misericordi, forti & paterna protectione, tanquam unico liberatori & seruatori nostro condignas & debitas, coniunctis animis & imis pectoribus, gratias ageremus, conuocatis in concionem tam Germani quam Hungarici nominis militibus, numero ferme 700. adhuc ualidis & sanis, eos ad precationem & laudem diligenter hortatus sum. Mox omnia tormenta bellica, in communis laeticiae & liberationis optatissimae signum, explosa fuerunt. Posthaec cunctis militibus omnibusque eorundem tribunis & praefectis amice ualedixi, castri uero curam domino Nicari Paullo, ad futuram suae serenitatis beneplacitum, commisi, atque ita V. Nouembris die in Seckelhut, de hinc in castra ad nostrum exercitum reuersus sum. Atque haec sunt serenissime Archidux, quae memoratu digna in hac Waradinensium obsidione gesta acciderunt: quibus serenitatis uestrae clementiae me submisse commendo, deuote & humiliter obsecrans, ut uestra serenitas apud suam imperatoriam maiestatem, gratiosa & benigna sua promotione & intercessione, eo res meas promouere dignetur, ut tandem diuturnorum meorum laborum & seruitiorum, (absit iactantia) fidelissime praestitorum, Caesaream gratiam & clementem recompensationem me aliquando percepisse sentiam.

canendo: Te Deum laudamus; & explodendo tormenta.

Conclusio, addita suimet ipsius commendatione.

NVM. IX.

Modi in coronatione regis Hungariae obseruandi.

PRimo omnium, qui fores seu *ualuas ecclesiae* custo-

Excubitores *ad templum.* custodient, ex *magnatibus* dominus MICHAEL CZOBOR & GEORGIVS ZESHII: ex *nobilibus* uero THOMAS BOSNIAK & LADISLAVS BARKOCZI deligentur.

Orator. Illustrissimus uero dominus Cardinalis negocium praelatorum se curaturum recepit, *aduentumque* serenissimae regiae maiestatis tempestiue in templo *expectabit.*

Marescalcus. Egrediente ex *arce* sua maiestate, dominus a *Kolonich*, tanquam Agazonum magister, strictum suae maiestatis *gladium* ante suam maiestatem praeferet.

ciues armis *conspicui.* *Populus* autem ciuitatis, *armis* bene instructus & *conspicuus*, a templo diui Martini usque ad monasterium fratrum S. Francisci, ita densa & conglobata *acie* ex utroque latere stabit, ne, euntem ex una in aliam ecclesiam, suam maiestatem nemo impediat aut, priusquam par sit, pannum diripiat.

Regis sacristia. Vbi autem sua regia maiestas ad ecclesiam D. Martini peruenerit, eius sacellum seu *Sacristiam* intrabit.

Corona *regni & ceremoniarum ordo.* Antequam tamen sua maiestas ex arce descendat, illustrissimus comes, *Trautsonius* & splendidus ac magnificus dominus, *Ioannes Draskowitz*, tempestiue in arcem ibunt curabuntque SACRAM REGNI CORONAM currui impositam ad fores ecclesiae diui Martini honorifice deduci. Quam ablatam e curru, magnifici domini *Stephanus Teozok*, *Stephanus Palffi*, *Georgius Hommonai* & *Emericus Crota* deponent reuerenterque in sacellum portabunt. Suam autem maiestatem, templum ingredi incipientem, tubarum clangor & tympanorum sonitus excipient personabuntque tam diu, donec maiestas sua in sacellum peruenerit.

Insi-

Insignia regia quomodo & quinam portarunt in templum, sunt sequentes:

Dominus PALATINVS, *coronam*;
Comes ERDEODI, *sceptrum*;
SIGISMVNDI FORGENSI, *pomum*;
Comes THVEZO, *gladium St. Stephani*;
THOMAS REGII, *pacem*;
FRANCISCVS BVTTHIANI, *crucem*;
NICOLAVS a ZRINO uexillum *Hungariae*;
STEPHRNVS TEOROTH uexillum *Dalmatiae*;
GEORGIVS HONORIVS uexillum *Croatiae*;
CHRISTOPHORVS ERDEODI uexillum *Sclauoniae*;
ANDREAS DOZY uexillum *Rania*;
PETRVS RENAI uexillum *Secticae*;
D. GEORGIVS RESSI uexillum *Galticiae*;
STEPHANVS PALFFI uexillum *Lodomoriae*;
STANISLAVS THVEZO uexillum *Comaniae*;
THOMAS NADISCHI uexillum *Bulgariae*.

Reuerendissimi domini *Colonienʃ.* & *Jagral.* regiam suam maiestatem ex Sacristia ad suam altare deducent; deinde uibrato gladio *Palatinus* eminentiorem locum adscendet &, sublata manibus corona, se ad populum uertens, in hac uerba interrogat: *uultis ne hunc regem coronari?* egrediens ex *templo fnitrum* sua maiestas non amplius pedes ibit, sed equitabit; ideo necesse est, ut equi magnatum & baronum retro ecclesiam in platea adducantur, quo equitantem suam maiestatem equestri ordine comitari possint.

Ad *mensam* prandenti suae maiestati hi seruibunt:

Lauarium porriget dominus ANDREAS DOZY;
Mantile porriget dominus PALATINVS;
Magisterio *dapiferatus* fungetur dn. C. GEOR. THVEZ.
Praescindet dominus BOTHAI;

 Porel-

Pocillatoris munere fungetur Dn. ANDREAS DOZY; *Aegrotante nunc ianitore Myro* dominus PETRVS KOWAS id muneris subibit.

Cibos portabunt;

Thom. Fr. Deodi;
Sigismundus Forgaß;
Ioannis Dreßkoruth;
Thomas Reahi;
H. A. Rollenh;
C. Nicolaus a Rzimo;
Martinus Czobor;
Stephanus Palffi;
Stanislaus;
Nicolaus Thuezo;
Christophorus Thuezo;
Stephan. Teoroth;
Dn. Nadasti Thomas;
Dn. Wupelechi;
Georgius Honorii;
Sigismundus Bulossa;
Stephanus Erdeodi;
Conr. & Christ. Erdeodi;
Georgius Reffi;
Emericus Thuczo;
Sigism. Erdeodi;
Christophorus Banffi;
Ioan. Reyloarith;
Georgius Keylorintz;
Steph. Lißbius;
Paulus Appoi.

Haec sequentia signata sunt in casula regia regni Hungariae

circa collum:

o spes certae salutis signum crucis!

in sinistro humero:

Emicat in coelo sanctae genetricis imago.

in dextro humero:

dat summo regi famulatum concio coeli.

in dorso, in inferiori circulo:

hostibus, en! CHRISTVS prostratis, emicat alte.

in primo circulo inferiori:

Anno incarnationis XCI. MXXXI. indictione XIIII. a Stephano rege & Gyhla regina casula haec cooperata & data ecclesiae S. Mariae, sita in ciuitate Alba.

in inferiori circulo dorsi:

sessio regnantem notat & CHRISTVM dominantem.

D: bu-

Debuerunt ad coronationem per singula capita conuenire: *Strigoniensis archiepiscopus*, ut *primas regni* & *locumtenens*, omnes ordines ac status praemonet literis suis, ut quisque cum suo apparatu compareat & tempestiue cum magnatibus tractetur, quomodo utraque maiestas excipi debeat. Curentur uictualia per omnes uicinos comitatus, tum suae maiestatis &c tum Strigoniensium literis donata immunitate omnibus ab omni solutione, quae eadem inferent uictualia.

Conductum omnes ac singuli sua praesentia reddant frequentem

. Limitantur precia cuiusque generis annonae.
Ponte ad *Posonium* iungitur *Danubius*.

Paucis diebus ante diem coronationis cum iam omnes adsunt, praelati, barones ac omnes proceres consultent apud Strigonienses de modo excipiendi suas maiestates.

Obseruantiae ad politiam spectantes.

Supremus Capitaneus deligitur, qui dirigat omnium ordinum equitatum & in hoc eligendo dignior & peritior persona consideratur.

Rebus sic omnibus decretis, mittuntur oratores Viennam ad suam *Caes. maiestatem* & *nouum regem* quatuor, duo ex praelatis, duo ex magnatibus, qui suam maiestatem de omnibus edoceant, & ubi inter Danubium & Keöpctinium excipi debeat & qua die. Similiter & maiestate Caesarea Danubio aduenìente, omnium magnatum gentes collocentur secundum ordinem dignitatum aiuntque beatum *Martinum* omnes procedere uigore cuiusdam priuilegii. Tum maiestas regia coronanda aduenit cum suo comitatu Germanorum, Bohemorum & aliorum.

Nouum regem oratione excipiunt ordines regni.

Priuilegium MARTINI.

Occurrunt omnes *Hungari* cum archiepiscopo STRIGONIENSI, qui episcopali habitu indutus, praecedente cum cruce, assistentibus omnibus episco-

Habitus festiuus aepiscopi Strigoniensis.

piſcopis, ſimiliter epiſcopaliter indutis, excipiunt electum, Strigonienſi perorante.

conductus ſolemnis. Reſpondent electi nomine & poſtea luſtrant omnes Hungaros & ibi ſeſe illi omnes ordines cum *apparatu* ſuo conferunt, ſuccedentibus etiam ciuitatibus liberis.

Ipſe in ciuitatem ingreditur & uel in arcem, uel in hoſpicium a tota pompa deducitur.

Imperator Inſequenti die maieſtas Caeſarea naui ueniet, cui occurrunt omnes filii cum electo & toto regno Hungariae & a Strigonienſibus excipitur oratione.

luſtrat copias; Reſpondetur nomine ſuae maieſtatis dominis Hungaris & a Strigonienſibus excipitur oratione, poſtea aſcenſo equo it *luſtrandum* & uidendum *copias*, inde in arcem redit.

mox populo filium regem praeſentat. Die poſtero totum regnum in arcem conuocatur, maieſtas Caeſarea miſſam audit, ſedem ſuam pro tribunali aſcendit & regno agit gratias, quod obſequenter conuenerint & filium elegerint in regem.

Poſtremo ſcriptum eis exhibet, ex quo caetera mentis ſuae intelligant de filio coronando.

Deliberatque cum populo de modo coronandi. Ad Strigonienſes *magnates*, ad monaſterium, conueniunt regnicolae & ex ſcripto mentem ſuae maieſtatis intelligunt ac per aliquot dies *tractant*, Palatinum poſtulantes, quo coronatio legitima eſſe poſſit, laboraturque in hoc usque ad uigiliam diei coronationis.

Demum conueniunt in templo; In die celebritatis Strigonienſis, hora circiter ſeptima mane cum aliis praelatis ac toto clero in templum ueniunt, exornatum & ſedibus omnibus principibus compoſitum, induunt ſeſe omnes ad ſacrum & caeremoniam peragendam, ac ſic Caeſar expectatur, Strigonienſi ante altare ſedente: caeteri

teri praelati per sedilia sua hinc & inde disposita in sanctuario.

Tum *Caesarea maiestas* primum aduenit & locat se in throno sibi praeparato, assistentibus sibi qui sceptrum, pomum & gladium imperialia signa tenent. *1) imperator.*

Consequitur *imperatrix* cum sua cohorte Genicei & in locum ei praeparatum concedit. *2) imperatrix.*

Post imperatricem aduenit *coronandus* cum sua curia & regni Hungariae proceribus deduciturque in capellam S. Trinitatis, in qua in asseruatorio peculiari tenentur regia insignia, corona, sceptrum, pomum &c. *3) candidatus regni*

Hic coronandus mox induitur pallio S. Stephani regis. *indutus*

Deducunt eum duo episcopi primarii cum tota pompa & tubarum sonitu uersus altare summum cum regiis insignibus & uexillis sedetque in sua sede. *cleinodiis*

Cum iam ante altare coronandus erit, corona, sceptrum, pomum & ensis S. Stephani regis per episcopos in altare ponuntur, magister Agazonum cum stricto ense ad latus coronandi stat, caeterique barones cum uexillis eundem circumstant. *consuetis,*

Coronandus in throno siue in sede sibi facta flectit genua. Litaniae canuntur, quibus peractis, reliqua exequuntur, iuxta pontificalis rubricam. *obseruatis solemnibus;*

Cum ad unctionem acceditur, *Palatinus*, aut cui eius loco comittitur ex edito loco uersus ad regnicolas alta uoce lingua uernacula eos interrogat ter, *num uelint coronandum in regem habere?* Strigoniensis leuata de altari *corona* suis manibus eamque caeteris quoque episcopis tangentibus *capiti noui regis* imponit, cumque mox ab altari *habita a Palatino oratione, addita stipulatione ad populum. CORONATIO.*

altari ad thronum suum deducit, reuersusque ad altare: te Deum laudamus; intonat.

Qua facta, factus rex,

Hinc prosecutis aliis ceremoniis & completa missa, Caesar it ad prandium: coronatus rex indutus habitu & insigniis regiis, gladioque cinctus & in corona, prosequentibus omnibus regni statibus & uexillis per pannum rubrum, depositum in summo templo, ad templum monachorum inde deducitur summa cum laeticia & tubarum sonitu ac clangore.

boni fausti- que ominis ergo, creat auratos *e- quites; &* priuilegia *regni fide* iurata *ob- firmat.*

Ibi complet alias ceremonias & facit plures *auratos equites*, sine delectu, prout quique accurrentes dorso subiicientes eius gladio.

Hic conscendit equum, cum tota supra memorata pompa exit ex urbe & in suburbio thronum sibi extructum conscendit, cum omnibus maioribus & proceribus & ibidem, Strigoniensi *iuramentum praelegente*, *iurat rex* dominus regnicolis quod eorum omnia *iura*, *leges* & *libertates*, *priuilegia immunitatesque* & eas maxime quas habent ab Andrea rege *inuiolabiliter obseruabit*.

Denique, adscenso caballo eoque ter mo- deste in gy- rum cir- cumacto, aliisque symbolis adhibitis scenam claudit, missilibus *largissime sparsis.*

Praestito iuramento iterum ascendit equum & it cum tota pompa uersus Danubium ubi constructam quasi molem quandam in collis formam quamprimum idem REX incipit appropinquare, addit equo calcar & citato cursu conscendit, in summoque eius apice stringit gladium *circumactoque equo in gyrum* ter, uibrat brachium in quatuor plagas mundi, declarans hoc facto: quod regnum sibi collatum tueri enitetur contra omnes hostes.

Hisce omnibus peractis quidem Germanus, equo insidens, pecuniam in honorem electi regis in populum spargit &c.

Equi-

Equites AVRATI creati in monasterio S. Francisci.

Georgius Homonnay; Nicolaus Bockkay; Thomas Nadasdy; Ioannes Descossi; Michael Csotez; Stephanus Caloss; Stephanus Erdeody; Georgius Pogrumi; Christophorus Erdeody; Nicolaus Abasy; Georgius Keschy; Stephanus Dorgenii; Stephanus Palffi; Laurentius Polanii; Ioannes Palffii; Georgius Colatlani; Ioannes Keglouits; Nagi Eget; Georgius Keglouits; Christoph. Mornauchius; Ludouicus Ragoczy; Georgius Pelsero; Nicolaus Forgash; Ioannes Petrowits; Stephanus Dorek; Franciscus Fanchii; Benedictus Pograni; Petrus Kobarii; Nicolaus Segney; Thomas Euranei; Franciscus Kewcy; Ioannes Romenisza; Sigismundus Kornicz; Nicolaus Chebi; Stephanus Ostrosith; Andreas Radaci; Thomas Bosmak; Stephanus Houwats.

NVM. X.

IVLII II. papae confirmatio coadiutoris *episcopi Merseburgensis* THILONIS ADOLFI principis *Anhaldini* & ultimi commendatio ad archiepiscopum *Magdeburgensem* CIƆ IƆ VII.

IVLIVS, *episcopus seruus seruorum dei, uenerabili fratri* ARCHIEPISCOPO MAGDEBVRGENSI, *salutem & apostolicam benedictionem.* Ad cumulum tuae cedit salutis & famae, si *personas* ecclesiasticas, praesertim *pontificali* dignitate praeditas, diuinae propitiationis intuitu, opportuni praesidii & f. IVLIVS II. 1507.

& fauoris gratia prosequaris, hodie siquidem assumptionem per uenerabilem fratrem uestrum TILONEM, *episcopum* MERSEBVRGENSEM, de persona dilecti filii *Adolphi*, ex *principibus* de ANHALT praepositi ecclesiae *Magdeburgensis* in COADIVTOREM suum quoad regendam & gubernandam ecclesiam *Merseburgensem* in spiritualibus & temporalibus de unanimi consensu dilectorum filiorum *capituli* eiusdem *ecclesiae Merseburgensi* factum de *fratrum* nostrorum consilio auctoritate *apostolica* approbauimus & confirmauimus nec non pro potiori cautela eundem *Adolphum* praefato TILONI *episcopo*, quoad vixerit, COADIVTOREM perpetuum & irreuocabilem constituimus & deputauimus ac de persona sua eidem ecclesiae, cum illam, cedente uel decedente dicto *Tilone episcopo*, seu illi praeesse alias desinente, uacare contigerit, ex tunc prout ex ea die de simili consilio autoritate praedicta prouidimus ipsumque illi in *episcopum* praefecimus & *pastorem* & *praefectum* fore decreuimus, curam & *administrationem* ipsius *ecclesiae* sibi in eisdem *spiritualibus* & *temporalibus* plenariae committendo, prout in uestris inde confectis literis plenius continetur. Cum igitur ut idem *Adolphus coadiutor* & *electus* in commissa sibi praedicta *Merseburgensis ecclesiae* cura facilius proficere ualeat, *tuus fauor* sibi fore noscatur plurimum opportunus, *fraternitatem tuam* rogamus, monemus & hortamur attente, per apostolica scripta tibi *mandantes*, quatenus, eundem *Adolphum*, *Coadiutorem* & demum *electum* & *praefatam* ecclesiam *Merseburgensem* sibi commissam SVFFRAGANEAM tuam habens pro *uestra* & apostolicae sedis reuerentia propensius commendatos in ampliandis & conseruandis eiusdem ecclesiae *Mer-*

Adolfum principem Anhaldinum *confirmat* *Merseburgensis episcopatus* COADIVTOREM

eumque commendat aepiscopo Magdeburgico, *uti futurum suffraganeum.*

Merſeburgenſis uiribus; ſic eos tui fauoris praeſidio proſequaris, quod ipſe ADOLPHVS *Coadiutor* & demum electus per tuam auxilii gratiam ſe poſſit in commiſſo ſibi eiusdem eccleſiae regimine utilius exercere tuque diuinam miſericordiam ac ueſtram & eiusdem ſedis beneuolentiam ualeas ex uice uberius promereri. DATVM *Romae* apud ſanctum Petrum anno incarnationis dominicae *milleſimo quingenteſimo ſeptimo*, tertio nonar. *Iulii*, pontificatus noſtri anno *quarto*. DATVM 1507.

NVM. XI.

NARRATIO ſuccincta de aduerſa & proſpera fortuna DEMETRII, *Moſchouiae ducis*; auctore *anonymo* R. legato.

BASILIVS magnus, *Moſchouiae* DVX, *tres filios* habuit, FEDORVM, DEMETRIVM hunc & IOANNEM. Hic *minimus*, rege Poloniae Stephano in Moſchouia bellum gerente & acciſis iam rebus Moſchouiae, interrogatus conſilium a patre, num pacem cum Polonis faciat, an ulterius proſequatur? ſuaſit patri, ut potius *pacem* faciat, ac & ipſe & regnum eius ad extrema deueniant, quandoquidem Polonis nullo modo reſiſtere poſſit; *iratus pater increpauit* filium de tali conſilio, nec hoc contentus, *ſcipionem* in caput eidem *inflixit*, itaque effuſo ſanguine *mortuus* ante pedes eius *corruit*. Reſtabant duo filii FEDORVS & DEMETRIVS. Poſt mortem ergo *Baſilii*, FEDOR, uti maior natu, heres principatum adeptus eſt. DEMETRIO uero tunc temporis adoleſcentulo a fratre datus eſt *ducatus* & ciuitas *Vgligk*, in qua hominum literatorum magna copia fuit, inter quos praecipuus doctor quidam *Auguſtinus*, qui poſtea

DEMETRII *pater*; *fratres duo*.

quorum aetate minimus perit furore *patris*.

Quo ipſo mortuo, *natu minor* DEMETRIVS apanagium *accipit*;

maior natu princeps & dominus territoru; ipsi licet ingenio stupidissimi; negotia reipublicae pro lubitu dirigente BORISIO, *uaferrimo.*

postea *monachus Graecae fidei* factus; hic prae aliis fidelissimus Demetrio, salutem eius summae curae habuit, ueritus infidelitatem seruitorum, qui ipsi DEMETRIO addicti erant. FEDORVS interea *magnus dux* totum sese ad *deuotionem* & uitam religiosam dedidit, *monasteria*, *hospitalia*, *ecclesias aedificando* & uisitando, atque cum religiosis assidue de salute animae suae colloquendo; *Gubernationem* uero totius *regni* & dominorum suorum Agazonum Magistro (quod primarium in Moschouia est officium) BORISII HODVN uocato, commisit, ut ipse omnia pro lubitu gubernaret. Hic cum se in tali statu positum uideret, coepit animo agitare, ut, fraudibns & dolis principe e medio sublato, ipse dominus totius Moschouiae euaderet; sed prius e medio tollendus erat alter, minor natu frater DEMETRIVS.

Cuius consilium de tollendo Demetrio, & intentatum assassinium.

Hunc igitur omnibus artibus aggreditur, *promittendo* subditis & seruis illius ciuitates, oppida & alia insignia munera, ut *Demetrium* vita priuarent; non tamen hic ipsius conatus tam secretus esse potuit, quin in aula adolescentis Demetrii talia innotescerent: quibus perculsus praecipue doctor ille *Augustinus*, qui ei semper, uti fidus *Achates*, aderat, omnem e contra curam impendere cepit, ut conatus BORISSII eluderet, uitamque DEMETRIO conseruaret. Itaque inuento adulescentulo quodam matronae cuiusdam principalis ESTHOMEN filio, aetate, statura, forma, Demetrio perquam *simili*, ambos ita assuefecit, ut in uno lecto cubarent simul, uerum quamprimum obdormiscebant, *Demetrium* transferebant in alium locum, ubi secure quiescere posset; nec illum opinio fefellit. Hi enim qui *Borussio* operam suam in hoc facinore exequendo polliciti fue-

AVGVSTINVS *tamen*, *uelut alter* ACHATES, *usus dolo bono, seruat principem*

fuerant, post multos & uarios conatus nocte quadam tempesta in palatium DEMETRII irrumpunt atque illius proprio cultro seu pugione adepto, *adolescentem* illum miserum *trucidant*, atque DEMETRIVM phrenesi correptum *sibi* ipsi *manus intulisse simulant* & proprio se pugione transfodisse affirmant. Mane *luctus* & rumor *ingens* ciuium factus, de *morte principis*, qui insigniter ab omnibus amabatur, conquerentium, multi armati discurrebant caussam mortis eius inquirentes, atque intellecta re, quod quidem ex ciuitate fugam arripuerant, eos insecuti sunt, qui quum se fuga saluare non posse uiderent, ut in extremis positi, sese animose defendunt, uerum a plurimis in sequentibus circumdati ad unum omnes caesi, ita ut a nullo eorum rei ueritas indagari uel expiscari potuerit. AVGVSTINVS ille doctor erepto e *faucibus mortis* suo DEMETRIO, uidens tamen pro certo credi, eum esse occisum, multum diuque deliberans, quidnam ei faciendum esset, prudentique consilio *impotentiam* FEDORI, *magni ducis* perpendens, ex aduerso summam in omnes *potestatem* BORISII considerans, statuit relicta urbe, in alias regiones remotas DEMETRIVM *auehere*. Nam etiamsi tunc praesentem eum uiuum & saluum populo demonstrare potuisset, in posterum tamen iisdem uel certe talibus *insidiis* cum periturum persagiebat. Itaque per loca secura Demetrium incognitum, ad mare glaciale usque auxit, ibique in *monasterio* quodam Graecorum una cum ipso per aliquot tempus uixit. *Morti* uero iam *uicinus* doctor Demetrium obsecrauit, ut si uitam charam haberet, nunquam, quis sit? patefaciat, quousque aetate, robore & auxiliis certis ualens, possit ad patrium regnum perueni-re.

seruatoque

sedes quaerit securas.

Itaque, DEMETRIVS *multa lustra incognitus, domi*

re. De mortuo illo, *Demetrius* ad aliud atque aliud iterum monasterium peruenit, in quibus uitam monasticam & religiosam inter *Graecae fidei* monachos per multum temporis duxit, semper tamen animo recolens, quod, cum *princeps* & *dominus omnium regnorum* illorum natus esset, alienas sedes inhabitare atque hinc inde *pauper & miser uagari* cogebatur. *Magnus* uero *dux* FEDOR, ex *morte* DEMETRII fratris, quam certam esse putabat, summo *dolore* affectus, cum eum plus quam fraterno amore prosequeretur, uitam diu in lachrymis & luctu trahebat, quumque iussisset, ut corpus fratris ad sepeliendum in praesentiam ipsius aduceheretur, dissuasit *Borissius*, affirmans pestem in illis locis ubique grassari, neque id sine summo contagionis periculo fieri posse. Adsensit ad omnia simplex princeps, imo persuasus ab eodem crudelissimo *Borissio*, *omnes* qui erant in aula *Demetrii*, immaniter *trucidari* iussit, quod scilicet *non* diligentem *curam principis* habuissent. Haec omnia a Borissio eo animo facta, *ne* unquam *fraudes* eius in lucem *prodire possent*. Sepultus itaque in eodem loco adolescens ille, ubi occisus erat & *pro uero* DEMETRIO *planctus est*. Restabat adhuc BORISSIO ipse DVX FEDOR *e medio tollendus*, in quem omnes conatus suos conuertit. Itaque nactus *opportunum tempus*, cum ambo in uno conclaui laeti essent atque familiarissime de more gentis, dux *cum* illo potaret inuicemque *pro salute* ipsorummet *propinarent*, *uenatum* poculum principi BORISSIVS *obtulit*, *quod* ille miser alacriter totum in sanitatem sui perfidissimi homicidae & nequissimi traditoris *exhausit* atque breui post, scisso in multis partibus corpore, *expirauit*. Tunc uero BORISSIVS

interim plangitur peste correptus.

Simulatio & dissimulatio Borissii,

non ducentis sibi religioni, FEDORVM *necare*, *propinato* ueneno.

BISSIVS *lege Moschoe*, qua Agazonum magister, si uerus heres desit, principi *succedere debet* & quia sororem Fedorii in uxorem habuit, sine ullo impedimento aut contradictione principatum obtinuit atque per multos annos regnauit. DEMETRIVS tunc iam *adultus*, praeceptorum consiliorumque magistri sui memor, nemini unquam se patefacere ausus est, uerum ex uno in aliud monasterium transcurrens, ad ultimum in MOSCHAM *metropolin* & arcem suam peruenit, ibique singulis fere diebus ex monasterio, in quod diuerterat uarios nectens praetextus, aulam intrabat; sed cum nullum modum, neque occasionem uideret sui propositi adimplendi resque suas meliorandi, relicta cum summo dolore & lachrymis patria, in *Poloniam* abiit, eo animo, ut ibi magnatem aliquem inueniat, qui ipsum consilio & opibus iuuaret ad patriam recuperandam. Venit itaque primum in domum cuiusdam *nobilis in Russia* HOYSKY uocati, a quo rogatus, filios eius *linguam Graecam legere & scribere* per aliquod tempus *docuit*, uerum eius rei pertaesus, ulterius progreditur & ad oppidum *Braxim* peruenit, ibi sacerdoti Graeco, HVMVN, uocato, confessus; confisus debito silentio sacramenti huius, se, quisnam esset, aperuit. Verum sacerdos, Deo forsitan ita disponente, domino loci illius *duci* WISNYO WIEZKY rem omnem patefecit, qui *secreto ad se uocato* DEMETRIO eoque in penitius conclaue deducto, diligenter ab eo inquirere atque coniurare illum coepit, de statu ipsius & conditione. DEMETRIVS non ultra dissimulandum ratus, *ueritatem profitetur*, se DEMETRIVM *uerum Moschoniae heredem* esse edocet atque simul ducem orat & obsecrat, ut eum *consilio* & *auxilio* ad

Statuta MOSCOVORVM, *regno uacante*, successorem *uolunt* magistrum agazonum.

Demetrio adhuc uagante quasi in exilio & uarias per- son is sustinente,

etiam praeceptoris, *pro exigentia rerum*.

Cognito *demum*, *singuli operam suam pollicentur*,

ad recuperandum regnum paternum adiuuare uelit, iure iurando & promittendo se nunquam talis beneficii obliturum. WISSNYO WIEZKY fidem ei adhibens, uestem monasticalem *eum* exui fecit atque alio *Herouo* atque sumptuoso *amictu induit*, nec diu moratus *ad fratrem* suum *ducem Constantinum* WISSNYO WIEZKAY deuehit, ibique de eo restituendo consultatur. Visum est ad *Palatinum Zendomiriensem*, cuius filiam in uxorem WIESSNIO WIEZKAI unus ex fratribus praedictis habebat, eum deduci, id quoque factum, ibi cum peruenissent, denuo examinatus DEMETRIVS, cum quo ulterius, eo clarius res ueritas appareret, neque fraus ulla subesse uideretur, multis eximiis muneribus donatus est atque in posterum auxilia ei promissa: e conuerso DEMETRIVS multa de se pollicitus gratias agendo & bonam spem de futuro habere iubendo, omnibus satisfecit atque ab eo tempore *a Palatino* in filium *odoptatus*, in domo illius mansit: ubi dum humanissime, uti a patre, tractatur atque *consultatur*, *quibus modis & quo milite Moschouia inuadenda sit & Borisius* de antiquo peccato *puniendus*, ecce, literae Poloniae regis adferuntur, quibus Palatinus iubebatur, ut DEMETRIVM *Cracouiam ducat* eumque *coram rege* sistat. Quod quidem Palatinus facere non neglexit atque ipsemet DEMETRIVM comitatus eum *regi praesentat*, ibi in *conspectu* regis & *senatorum* addictus, cum lachrymis infortunia sua regi & senatoribus ita exposuit, ut rex & alii non tantum ei fidem darent, uerum etiam condolerent. *Rex*que ipse eum blande *consolatus*, bono esse animo iussit & ut forti animo in deo spem omnem collocans, infortunia sua patienter ferret, hortatus, *adiungendo*

Solliciti de eius salute ac restitutione in regnum.

gendo & illud: *fibi quoque a patruo* CAROLO *fimili fraude regnum Suetiae ereptum.* Illum dimifit, auxilia fecreto promittens, habitoque aliquot fenatorum confilio, qui tunc praefentes aderant, uocato *Palatino Sendomirienfi*, ei id munus a rege iniunctum eft, ut DEMETRIVM *in Mofchouiam deducat*, regem ipfi, fauore fuo, (fecreto tamen) non defuturum. Palatinus prima fronte magnum id onus & impar humeris fuis effe, *excufando* fe, afferebat & ut potius *Cancellario* tunc uiuenti, uel uicegenerali exercituum *Polonicorum rex* id demandet, petebat: ad ultimum *uoluntati* regis *ceffit* feque iuffis obtemperaturum promifit ftatimque cum DEMETRIO in locum fuum *Sambor* uocatum, rediit. Nec deerant alia *infortunia & pericula* DEMETRIO. Quamprimum enim in *Sambor* rediit, inuenit ibi duos *Mofcouitas*, qui ad feruiendum DEMETRIO fe ueniffe affirmabant, reuera a BORISSIO *fubornati* & multis promiffis onerati atque muneribus adducti, *ut* Demetrium incautum *opprimerent* eique uitam adimerent. Manferunt hoc modo per aliquot dies penes *Demetrium*, *occafionem* rei gerendae *captantes.* Nocte quadam, quum conuiuium longius protractum atque omnes laetos plerosque ebrios animaduertiffent, non ultra facinus differendum rati, *commodum* id fibi *tempus* effe putabant; ftatimque unus ad capiendos equos, qui extra oppidum in pafcuis feu gramine uagabantur, proceffit, alter in infidiis remanfit, eo confilio, ut peracto facinore in equos infilire atque periculum euadere poffent. Prior ille, cum obfcura nocte equos capere non potuiffet, face accenfa, in campum uenit atque hoc modo equos in oppidum ducere uolebat; uerum a uigilibus

Noua pericula DEMETRIO *ex infidiis uitae.*

Fraus tamen detecta,

re adhuc integra.

portae *strepitus equorum* discurrentium auditus, qui rati aliquem furto equos uelle abducere, conclamatis aliis, ad illum excurrerunt: quem cum fugientem cepissent, minis & uinculis adegerunt, ut uerum fateatur. Ille *tormentis*, quae sibi instare uidebat, *perterrefactus*, rem omnem aperit, socium alterum in conuiuio occasionem *interficiendi* DEMETRIVM expectare fatetur. Nec mora: citissimo cursu in palatium irrumpunt, rumor clamorque simul oritur, aditus omnes praecluduntur: sic *alter* ille *Moschus*, qui iam in cubiculum DEMETRII irrepserat eumque a patre Palatino redeuntem in insidiis expectabat, fugiens *capitur*, *cultro* acutissimo & praegrandi *accinctus*. Capti ambo atque per noctem in carcere sub custodia habiti, mane producti, unus *cultro*, alter *ueneno*, quem in cingulo insutum gestabat, armati, omnem rem denuo falsi, iussu Demetrii, ut ipsi petierunt, *capite flexi sunt*. Inde

Inde maior cura salutis DEMETRII.

diligentior custodia salutis DEMETRII coepta, cum & praedicti malefici *adfirmassent*, *multos* alios a BORISSIO *subornatos* non defuturos, qui illud idem tentaturi essent, nec eos solos fuisse, qui *uitae* DEMETRII *insidiarentur*. Post multa tandem consilia, conducti sumptibus Palatini plerique milites, plerique spe melioris fortunae Demetrium sponte secuti, multi pollicitis & splendidis promissis adducti, nonnulli famae & honoris caussa, duce Palatino Sendomiriensi in *Moschouiam* DEMETRIVM in patriam reducturi comitantur. Pro-

Conductus *ipsius in patriam.*

cedunt *CC. equites* duce PIETI HORSSII & *nobile* Polono NIESÓRSKY. Hos sequebatur PRIMA ACIES, quae *DCCC. Kosacis* & *CXXX. hastatis Polonis* Cataphractis constabat. SECVNDA ACIES *M CCCC. equitibus* & peditibus Polonis bene arma-

tis

tis cum pyxidibus conſtabat. Ibidem maius *uexillum rubrum*, in quo *aquila nigra in campo aureo uolans & roſtro unguibusque minax*, praeferebatur. TERTIA ACIES *CCCC. equitibus Koſacis* conſtabat. Hanc tam parua manu, tantum imperium aggredi an quod auſus fuerit, an quod aggreſſus occuparit, quid potius mirandum, dubium eſt. Quamprimum fines Moſcouiae intra uit, multi ex Moſchis audita *fama noui principis*, atque aduentu ipſius confirmati, ad eundem confluebant, neque deerant, qui, praefectis ſuis occiſis, uel renuentibus accedere, uinculis iniectis *ad ipſum confugiebant*. Venit primo in ducatum *Sziewerien*, ibi ab incolis receptus ciuitatem occupauit & arcem *Morowiesko*, inde arcem *Czernichou*, ibi plebs Palatino ſuo occiſo, Demetrio ſe adiunxerunt & in occiſi locum Polonus ZAPORSKY *Palatinus* factus. Hinc ad urbem *Nouogradienſem* peruenerit, arcem munitam & populoſam. Aderant mille praeſidiarii *milites* ipſius BORISSII, oppidani cupiebant urbem dedere, quod, cum milites praeſidiarii animaduertiſſent, urbem claudunt, ignem tectis iniiciunt, ciues res ſuas defendere uolentes, trucidant, omnia diripiunt. DEMETRIVS re cognita, oppidanis auxiliari cupiebat, quod ſummis precibus a Polonis impetrauit, ſed nihil efficere potuerunt. Nam ſine tormentis & ſcalis difficile fuit, cum & altitudo murorum & locus ubique lubricus glacie, omnes conatus eorum eluderent. Multi itaque audaciae ſuae poenas luerunt, cum in reditu globis tormentorum pellerentur. *Obſedit* tamen DEMETRIVS *arcem* uindictae cupidus, ibi ex Putinolo uenerunt *oratores*, *vrbem* ſeque *dedentes* atque duos Palatinos uinctos adducentes. Aliae quoque

Inde in Moſcouia *fama noui* principis & *aſſenſus multorum.*

contra indignatio *eorum, qui partes ſequebantur* Boriſſii.

DEMETRIVS uindictae *cupidus*

que uicinae arces *Kroniy*, *Kylſe*, *Oxzelſs*, *Szwierzko*, *Krwſzta &c.* ſe *dediderunt*, praefectos ſuos uinctos adducentes, quos omnes in *gratiam* DEMETRIVS *recipiebat*, quinquaginta tamen duo in *cuſtodia* detinebantur. Iam noſtri, frigoris pertaeſi, ab arce NOVOGRADIENSE diſcedere cogitabant, iam & *praeſidiarii milites* DEMETRIO *ſe dedere* & gratiam eius tentare incipiebant, cum ecce 40000. *Moſchouit.* a BORISSIO *contra Demetrium* miſſa, obſeſſis in *auxilium* uenerunt. Interfluebat fluuius, qui Moſchis transeundus erat. In tranſitu (dies erat Martis ante circumciſionem Domini) milites Poloni cum Moſchis pugnabant usque ad noctem, eadem tamen nocte, ſine ulteriori impedimento Moſchi flumen tranſiuernt. Altero die ambo exercitus quiete ſteterunt. Die uero Iouis *dux Moſchus* cum aliquot millibus ad *luſtranda* caſtra Polonica praeceſſit, eum &. totus exercitus, qui uno ab hinc miliari diſtabat, ſecutus eſt. Nec cunctatus DEMETRIVS cum Polonicis aciebus *inſtructus*, praemiſſis *ſclopetariis* peditibus *obuiam* proceſſit atque cum pugna, uaria fortuna & ſaepius dubio Marte hinc inde duraſſet ad ueſperam, atque ipſemet Palatinus Sendomirienſis uix periculum mortis, a nobili Polono RVSSINOWZKY adiutus euaſiſſet, *uirtute Polonorum* fracti *Moſchi* uictoriam *conceſſerunt*. DEMETRIVS tanta *uictoria* laetus, Deo & *Polonis* agit *gratias*, ſpoliaque *diſtribuit*. Altero die, occiſos ex utraque parte ſepelire iubet, quod factum Moſchis inuſitatum, magnum nomen apud illos comparauit. Sed ne hac uictoria diu laetaretur, ecce iterum res eius inclinare coeperunt. *Palatinus Sendomirienſis* & *morbo* urgente & arduis *negotiis* coactus, in *Poloniam reuertitur*, quem maior

& rebus proſpere ſuccedentibus,

magis magisque excitatus,

pugnat acerrime.

Inde uictoria.

mox tamen fortuna DEMETRII *iterum mutata*

maior pars exercitus Polonici, frustra obsecrante & cum lachrymis orante DEMETRIO, secutus est, *offensi* a *Demetrio* erant post uictoriam Poloni cum ipsis *superior* post uictoriam factus seuere imperare coeperat. Non *manserunt* nisi aliquot centum *Cosaky* cum Moschis, qui in parte ipsius erant. Quare perculsus & de summa rei desperans *Demetrius*, *ad regionem Romaricien*, quae illi sese dediderat, diuertit: ibi alius *exercitus* BORISSII aduenit, quem dum Kosaci temere & sine ordine ullo inuadunt, a Moschis profliguntur, ipse *Demetrius* in urbem munitam *Pitiwolo* sibi antea deditam confugere *coactus*, inde in Poloniam ad Palatinum Sendomiriensis & alios Polonos quam celerrime mittit, quo in statu sit, edocet; orat, ne inceptam & iam in medio haerentem fortunam suam relinquant, modo iterum aliquem exercitum Polonicum habeat, omnia se breui recuperaturum. Conuocabantur denuo a Palatino milites Poloni, iamque submittebantur, cum, ecce, felicissima DEMETRIO noua de *morte* BORISSII allata. Hic enim cum oratorem regis Daniae expediret, in ipso colloquio repente de solio cecidit, atque sanguine per os, nares, oculos, aures erumpente, eiusdem pro fluuio, iusta Dei uindicta mortuus & extinctus est. Amisso *Borissio*, Moschi consilium ineunt de eligendo principe, omnibus placuit, ut DEMETRIVS *uerus & legitimus haeres* in regnum paternum restituatur, oratores ad ipsum missi, uxor & liberi Borissii in carcerem coniecti, ubi mater diffidens iustitiae suae & misericordiae Demetrii, se & filios ueneno necauit, sola filia, quae potum recusauerat uiua remansit. His intellectis, *exercitus Moschouiticus* qui centum septuaginta millibus constabat similiter

& fuga eius.

Mors BORISSII *inopinata.*

Declaratur DEMETRIVS *uerus & legitimus haeres regni paterni, matre superstite.*

militer *Demetrium* in regem & dominum suum elegit, ab eo ueniam offensarum petens, quos Demetrius in gratiam recepit. Hinc ad *coronationem* ad urbem *Moscham* profectus, cum prius pro *matre* sua, quae non longe ab urbe aberat, misisset, qua uicina, Demetrius pedes ei obuiam per medium miliare processit, uisaque ea, in lachrymas effuse prorumpens, manu porrecta, eam *amplexus* est. A matre deinde consolatus penes currum, cui illa insidebat, pedes in urbem cum aliis reuersus est, quousque ad arcem & Palatium peruenerunt, ibi in ecclesia maiori a Patriarcha Graeco CORONATVS, praecedentibus proceribus, qui *coronam*, *sceptrum* & *pomum aureum* gestabant, cum solitis ceremoniis coronatus, in solio paterno residens, omnibus tam spiritualibus quam secularibus se benignum & clementem principem fore pollicitus est simulque ab omnibus *iuramentum fidelitatis* & *subiectionis* recepit. Secuta tormentorum horrenda explosio & triumphus undique laetissimus, acclamantium *Juh! Ju! Ju! Juh! Juh!* &c.

CORONATIO *adhibitis symbolis;* singulis applaudentibus.

NVM. XII.

Epistola CZARI, Basilii Iuanowicz, scripta ad archiducem Matthiam, in qua CZAR Germanice redditur KAYSER conqueriturque Czarus de Pseudodemetrii machinationibus an. 1607.

TITVLVS, *magnum imperium grosses Kayserthum.*

Von des ewigen, allmaechtigen, alles inhabenden und aller Orten schwebenden, allen Menschen alles zu geben macht habenden, erhaltern aller Menschen, nemlich der heiligen Dreyfaltigkeit, einiger Gottheit, Gnade, Mitwürckung, Willen,

len, Barmhertzigkeit und Krafft des heiligen Geistes haben wir den Scepter des GROSSEN KAYSERTHVMS *in* REVSSEN *erhalten.*

Wir großer Herr, Kayser und großer Fürst WASILIE IWANOWITSCH, *einiger Inhaber des gantzen Landes Reussen,* KAYSER *in Wladomirien, Muschkaw, Nawgarien, Kasanien,* KAYSER *in Astra Camen,* KAYSER *in Siberien, Herr in Pikowien, Groß-Fürst in der Moskow, Herrscher in Twiverien, Vngorien, Peranien, Vatthainen, Bulgarien,* auch ander Orten: *Groß-Fürst zu Novigrod in dem Nissovischen Lande, Hernogorien, Rossanien, Araslavien, Belojessorien, Littlawien, Vndorien, Oadawien, Condien &c.* auch aller gegen Mitternacht liegenden Laendern, *ein gebietender Herr in Iwerien,* KAYSER *über beyde* KAYSER *in Kanthallien und Grussien, groß herrschender Herr der Karbardien, Tscherkessier, Ikovien,* auch anderer Orten. BASILIO IVANOWICZ *Caesaris Caesarum.*

Vnsern hochansehentlichsten und allerliebsten grossen Brudern, befreundten und Herrn, an ietzo von Gottes gnaden erwählten Römischen KAYSERS RVDOLPHI *Brudern,* dem grossen Fürsten und Herrn MATHIAE, *Ertzhertzogen zu Oesterreich, Hertzogen zu Burgund, Steyr, Karndten, Crain und Wurtemberg, Grafen zu Habspurg und Tyrol, auch anderer Orten, des Königreichs Hungern Gubernatorn, so wohl auch des Römischen* KAYSERS *in Oesterreich und Hungern habenden Kriegs-Heer Gubernatorn.* *ad Caesaris R. fratrem Matthiam 1607.*

Zu unser *Kayserlichen Würde* hat E. L. Bruder der grosse Fürst, Kayser Rudolphus neben deroselben an uns gethane Schreiben seine Gesandten abgefertigt und geschicket, bey welchen *Gesandten* unsere Kayserl. Würde auch E. Liebd zuge- *Dignitas Caesarea audiuit Caesareos legatos.*

ſchrieben und neben denenſelben Schreiben durch ſolche Abgeſändten *Philipp Goldten* von *Augſpurg* uns ſehr angenehme, auch mehrers als das gantze Muſcowiteriſche Land werth, von Gold und Silber, Schätze und Kleinodien zur Verehrung geſchicket worden: welches alles wir von ſolchen E. L. Leuten und Abgeſandten mit Kayſerl. Hochwürdigkeit und guten Willen angenommen und empfangen haben.

Legit eorundem mandata.

So wohl auch Ewr. Lieb. an uns *Baſilien Iwanowitſch*, einigen Inhabern des gantzen Landes Reuſſen &c. gethane *ſchreiben* verleſen laſſen und den Inhalt vernommen.

Querelae de motibus Pſeudodemetrii, *perduellis.*

Demnach aber die zuſammen gerottete Nation (welche auch vor dieſen Euren Majeſtäten, als dem Hauſ Oeſterreich, viel und mancherley Wiederdrieſs erzeiget und erwieſen) aus Anſtifftung des Teuffels, mit Hauffen und groſſen Heer ſich wieder uns gerüſtet und ausgezogen, und einen frembden vermeinten Fürſten, welcher ſich Demetrium des Kayſers Sohn genennet, mit ſich in unſer Reich und Land hereingebracht, auch ihr Intent und Anſchlag dahin gerichtet, ſich wieder unſere Kayſerl. Hochwürdigkeit zu ſetzen und uns aus unſern Kayſerlichen Stuhl zu verſtoſſen und ſich ſelbſt in unſer Kayſerthum einzuſchrauſen.

Commemorat victorias aduerſus eum.

Wir haben uns aber aus der vorſichtigen Hülfe und Gnad des groſſen Gottes wieder ihn geſezt, und ſie als ſolche vom Teuffel erweckte, von Gott abgewichene Boſewichte (welche nur allein zum Schein und Gleiſsnerey den Chriſtlichen Nahmen führen) alle geſchlagen und aus unſern Lande gejaget, auch ohne allen unſern Nachtheil und Spott ſie aus unſerer Gegend und Grän-

Gräntzen gar biſs an die Littawiſche Gräntzen begleiten laſſen.

Diejenigen aber, ſo unter ihnen in dieſen unſern Reich und Landen *heimlicher weiß* verblieben, auch ohne unſer Vorwiſſen und Verwilligung in unſern Reich und Landen ſich *einſchrauſſen*, *ſetzen* und bewohnen wollen, haben wir dieſelbe auch alle herfürſuchen und ſie aus unſer Reich und Landen: (doch daſs ihnen aus unſer Kayſerlichen Gnad und Milde kein einigs anders Leid zugefüget werden) ausweiſen und hinweg ſchaffen laſſen: damit ſolche wieder uns ſtrebende und für *Muſcowiteriſche Nation* ausgebende *Gleiſſner* und von *Gott abgewichene Verraeter* in unſerm *Kayſerlichen hochanſehnlichen Reich* und Landen, nicht verbleiben noch *einwurtzeln*; ſondern vielmehr ſie alle aus den Lande rotten und ſolch unſer Reich und Lande rein behalten mögen. *Ex aſtibus ſuſpectis.*

Vnd ob wol nicht weniger, das alles in gemein, in unſern Reich und Landen, und alles *Landvolck* und *Unterthanen* wieder dieſe fremde Nationen als *Litovianer*, *Polacken* und andere, ſo demſelbigen von Gott abgewichenen Verräther zu Hülffe kommen, ſich zur Wehr ſetzen, *auffmanen* und dieſelben bis auf den letzten Mann niederhauen wollen. *Cum occidi potuiſſent.*

Iedoch aber, als wir ſolches ſeind verſtändiget worden, daſs man ſolches thun und ſie *niederhauen* wollen, haben wir aus unſer Kayſerlichen Milde und Gnad *nicht zugelaſſen*, wie dann ſolchs E. L. auch werden verſtanden haben.

Diejenigen aber ſo dieſem von Gott abgewichenen *Böſſwichtern zu Hülffe* kommen, haben ſo gottloſs und *unchriſtlich* gehandelt, daſs ſie *In qua barbarie hoſtes.*

dama-

damalen, als der erſte Einfall von ihnen geſchehen, alle arme Gefangene, die ſie hinweg geführet, zum theil in *Polen*, theils in *Litawen* verkauffet und zerſtreuet: welches unſere unter unſern milden und gütigen *Kayſerthum* wohnende Leute und Völcker nimmermehr gethan haben; ſondern vielmehr der *Waywoda* aus Sendomirien, welchen wir *gefangen gehabt*, (unangeſehen eben dieſer Waiwoda denſelben von Gott abgewichnen *Bößwicht* und vermeinten *Moſcowitſchen Kayſer* zu aller dieſer Ungelegenheit, Aufruhr und Ubelthat beredet und angeſtifftet) haben wir ſammt aller ſeiner *Freundſchafft* und allen andern Gefangenen, aus unſern Kayſerlichen Gnaden, *ledig* gelaſſen und theils in Lituanien, theils aber in Polen geſchickt.

VVaimodo perduello dimiſſo.

Derowegen, gönſtiger lieber *Herr* und *Bruder*, haben alſo E. L. alle Dinge verlauffene ſachen hiermit nach *laenge* und mit Wahrheit zu erkennen. Dannenhero wir alles E. L Erkänntnüſs wollen heimgeſetzt haben, wer an dieſen Urſach geweſen.

Datum anno mundi

GESCHRIEBEN und gegeben an den groſs Herrlichen Hoff und MOSCOWITISCHEN (*) KAYSERL.

(*) Habes hic nouum ſpecimen, CZARI MOSCOWITARVM nomen in uernacula redditum KAYSER. Qua quaeſo tum cauſa? Alia nulla, quam hac: quoniam CZARI nomen deriuatum eſſe crediderunt a uerbo CAESARIS. Licet ipſi Moſcouitae hoc etymon non agnoſcant: certi, CZARVM eundum, ui eſſe uocis, quam SIR, SEIGNEVR, id eſt, dominus ac *imperans*. Igitur imperans ſiue *imperator* hic accipitur in ſenſu Grammatico uulgari; non in curiali, quatenus IMPERATOR notat ROMANI IMPERII PRINCIPEM, uſu gentium, elatum praecedentiae iure ſupra alios principes & reges orbis uniuerſi, quod docuerunt alii plures in iisque H. GROTIVS. Neque tum CZARO ipſi alia mens. Nam dicit ſe de ſingularibus, Ruſſia minoribus longe ac indignioribus prouinciis CAESAREM ſiue CZARVM ac IMPERANTEM: utpote CAESAREM in VLADOMIRIA; CAE-

Schloſs

Schloss. Im *Jahr* von Anfang der Welt 7115. im Monat Majo. *7115. anno chr. 1607.*

NVM. XIII.

De iure PRAECEDENTIAE inter MATTHIAM archiducem AVSTRIAE & CARDINALEM Forgatsch in regno Hungariae, auctore Austriaco administro an. CIↃ IↃC------.

CARDINALIS nullam habet competendi rationem cum archiduce Matthia, Pro-rege in Hun-

SAREM in ASTRACAN; CAESAREM in SIBERIA. Quod si *Caesar* hic idem esset, quam princeps *Rege dignior*. Quam hoc esset inhumanum; quam uesanum, tot *fingere* CAESARES modicorum territoriorum in barbarie Quod maximum est, dicit praeterea in eodem hoc titulo se CZARVS CAESAREM supra DVOS CAESARES *Karbardiorum & Tscherkessiorum*. Ergo CAESARES ita haberes *uasallos, clientes, subditos;* imo CAESARVM CAESARES, quod dictu inauditum & inconcinnum. Quo igitur demum sensu hi principes barbari olim dicti Caesares? alio nullo, quam quod falleret CZARI uox, quasi eadem, quae CAESARIS; deinde, quod *Czar* idem, quam *imperans* quilibet, sed *imperans* redderetur substantiue IMPERATOR; uerum imperator Germanice uerteretur KAYSER. Sint ergo hi principes Scythae *imperantes imperantium; imperatorum imperatores; Caesarum Caesares*, in sensu Grammatico ac uulgari, necquicquam CAESARES erunt in iure Romano aut gentium: quo, sub his uocibus *imperatoris & Caesaris*, datae primae *principi* Romanae reipublicae. Quod ultimum soli eiusdem nominis lusus neutiquam efficient. Licet dicantur imperatores etiam illi 1) qui imperant in regno absoluto, 2) qui plura regna habent, 3) reges plures uasallos. Neuter significatus secum habet *dignitatem Romani imperatoris*, qui 4) hoc schemate eminet supra alios reges. Cum in 1) significatu sint *omnes* rerum *domini* siue *imperantes*, etiam non reges; in 2) Reges Hispaniae, Angliae & Daniae, quibus plura regna subiecta; in 3) quondam & ipse *Angliae* rex, cui rex *Scotiae* fuerat olim clientelaris. Solus Princeps *Romanorum* in ultima omnes reges ac principes orbis uniuersi. Tres igitur primi *Caesaris* significatus sint pluribus aliis communes: extremus proprius est principis Romani solius.

gariae

Argumenta pro iure PROEDRIAE ARCHIDVCIS ante cardinalem Primum. gariae regno. Quia *regi* ipsi praeeminentia cedit, cedit & *secundo* a rege, Cardinalis Forgatsch igitur *Archiduci Pro-regi* merito cedet, tamque a rege secundo, cum ipsi Regis cedat. Ius praeeminentiae eius est, qui est maxime *propinquus regi* quique patriae defendendae curam prae caeteris suscipit. Vide *Tripart. part. 1. tit. 2.* Atqui *Alterum.* haec cura PRO-REGIS propria est, sequitur, ut ei merito cedat *Cardinalis.* Dignitas generalis & *Tertium.* *externa* non praeiudicat authoritati in *regni* loco exempli causa: dignitas cuiusuis regis alioquin maior est, quae *electoris* imperii; sed *intra limites* imperii electores regibus procedunt (solo Romanorum excepto) extra limites uero imperii sequuntur. Sic *Cardinalis* dignitas non praeiudicat in regno *pro-regi*, quae post regem summam *Quartum.* dignitatem obtinet. Omnis praeeminentia in *regno Hungariae* praetenditur aut ratione *ordinum*, aut ratione officii; tertium enim nullum est. Atque *Cardinalis* neque *ordinum* ratione (cum pro-*rex* omnes ordines regni praecedat) neque officii ratione, (quod summum *Pro-Regis* est) praecedentiam ante regem potest obtinere. Ergo nullam omnino praecedentiam obtinet. Sic quondam *Wilhelmus de Rosenberg* praecedentiam in regno Bohemiae contra principem *Plauensem* obtinuit & ratione ordinis in regno & ratione officii *Burggrauiatus.* Cum tamen extra Bohemiae limites princeps *Plauensis* citra dubitationem praecederet domino *Rosenbergio.* Idem fit de principe MÜNSTERBVRG, qui in regno Bohemiae in *baronum* ordine habetur. In *Austria* inferiore *Marschalcus* & in Austria superiore *Capitaneus* prouincialis ex ordine baronum constituuntur. Qui baronum ordo aliquin *Praelatorum* ordini

cedit.

cedit. Nihilominus tamen ratione *officii*, quod gerunt, praecedunt praedicti, *Capitaneus* & *Marschalcus* omnibus *Praelatis* tota prouincia. Sic in coronatione *Vladislai* regis notantur, *Coruinus*, *Bathori* & comes *sancti Georgi*, ratione officii praecessisse antistiti *Smyrniensi*, qui alioquin, non habita officii ratione, caeteris praecessisset. Tandem *nouae* dignitates & praeeminentiae non debent inuitis aut *insciis ordinibus* in regno introduci, nec tollerari, ne confusio aut diminutio respectus atque authoritatis summi officii subsequatur Apud VENETOS lege sancitum est, ne inscio aut inuito magistratu Veneto ciues eorum, si legentur *ad pontificem*, siue *Cardinalatum*, siue *patriarchatum* acceptent. Idcirco *Hermolaus* BARBARVS ciuis *Venetus*, qui alioquin de Republ. erat optime meritus, quod a pontifice Max. *Patriarchatum* sponte oblatum non recusarit, in exilio mortem obiit. Sic enim *Bembus* refert, cetera. *Quintum.*

Cum PONTIFICIS R. non sit; *dignitates* in ordine ciuili definire, multo minus in causa propria suorum canonicorum & sacrorum collegarum, *cardinalium* : frustra est, quod *ultimi* sibi ea in re tribuunt. Sed quaeso! quo demum fato est factum, quod *Roma magistra* esse uelit *ceremoniarum* & *praecedentiae principum orbis uniuersi*? Noli mirari. Nam idem hoc tribuit sibi olim ROMA PAGANA. Quae uniuersum orbem superstitione ac metu armorum concussit, ut crederent huic fallaci magistrae; *primo* quidem, quod *Romae* debeantur *primae* in orbe; deinde *alter*; *tertius* & reliqui loci illis, quibus *Romani* adsignauerint has classes, impositione fasciae aut *corollae*, sub formula: *huic genti*, *decreto SCEti Romani*, *rex datus*. Stupeo ego quidem stuporem aliorum populorum, leges accipientium a *Romanis*. Sed his tenebris cum semel occupatus esset orbis: inde occasio Romano *pontifici*, ut eandem sibi spartam sumeret, alio licet argumento. Quod christi uicarius definire orbis christiani principibus deberet loca occupanda honoris, ne quis animum *ambitione* & arrogantia inficeret; sed acquiesceret potius *apostolicae* sedis lege & *authoritate*. Cum uero obsequi nollent

lent huic doctrinae ciuili: id pontifex egit, ut oculos occuparet praeiudiciis & exemplis interiorum temporum. Hoc consilio *magister ceremoniarum* curiae Romanae *Christ.* MARCELLVS, episcopus Circirensis, codicem edidit SACRARVM CEREMONIARVM SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE LIBRIS III. typis Valerii *Dorici* cum *priuilegio* exscriptum *Romae 1560. fol. 3 & dimidii alphab.* ac dicatum *Leoni X. pontifici R.* Vt uoluminis, quod diu frustra quaesiui & demum multo aere redemi, aliquis habeatur argumentorum conspectus: is summatim poterit exhiberi. LIBRO I. igitur titulo 1) habentur ceremoniae in *electione* pontificis, 2) in *ordinatione* ac *consecratione* eiusdem, 3) de *conuiuio* dato cardinalibus, si hospites *imperator*, *reges*, *patriarchae*, 4) de coronatione extra urbem, 5) de *coronatione* Caesaris Romae & eius iuramento, faciendo pontifici; 6) de benedictione *militis*; *ducis*; *praefecti*; *rosae*; *ensis*; *uexilli*; agni DEI, 7) de *creatione cardinalium*, 8) de publico Romae *consistorio*, 9) de *pallio*, 10) de publicatione *foederis* ac *pacis*, 11) de papa *equite* ac peregrinatore, 12) de receptione *regis*, *reginae*, *principis*, *electoris*, *praelati*, *legatorum*, 13) de *concilio generali*, 14) de *exequiis* pontificis & cardinalium. LIBRO II. titulo 1) de *missis* papae in diebus festis, 2) ac feriis pro defunctis & *animabus imperatoris*, *regum*, principum, antistitum. LIB. III. titulo 1) de reuerentiis, quas faciunt papae cardinales, episcopi. Ipse facit nemini. 2) ordine sedendi in *capella* & muneribus officialium pontificis in illa, 3) de *habitu* papae & *cardinalium* ac *praelatorum*, 4) de *sermonibus papae* & *cardinalium* ac aliis orationibus, 5) de *ritibus* singularibus *auditoris* & *correctoris*, *incensatione* altaris, *lauatione* manus, *genuflexione*, *mitra*, *thiara*, *processionibus*, *diebus* papae solennibus. Haec sumtuosi operis epitome: ideo inuentu rarissimi, quoniam inde pontifi is R. & cardinalium prodita & intellectae fastuosae ceremoniae; ut adeo *regum* & *principum* imo & antistitum maioris ordinis stomachus nausearet, eundi Romam & limina apostolorum salutandi, quod nollent loco curiae Romanae esse tam humili & ad infima sub ellis abiecto. Ferunt, CHRISTINAM, Sueciae reginam, praeterea possedisse exemplum maioris commentarii in his ceremoniis, quod in libraria supellectili reperitur uiri in his sacris summi & maximi a BESSER, olim *Porussiae* nunc *Poloniae* regis ceremoniarum magistri & a consiliis sanctioribus. Iungi huic libro debet alius argumenti uicini, *Paridis* CRASSI, Bononiensis, olim apostolicarum *cermoniarum magistri* ac episcopi *Pisaurensis* de CEREMONIIS CARDINALIVM & EPISCOPORVM in suis dioecesibus *libri II. Romae 1564 in 4t. 2. alph.* Argumenta sunt haec: LIBRO I. c. 1. de inuentione ceremoniarum, 2) de ceremoniarum magistro, 3) de silentio in ceremoniis, 4) ministris cardinalis celebrantis, 5) de officio diaconi

LIB. V.
DIPLOMATARIVM GRISSOVIENSE,
COENOBII ORDINIS CISTERTIENSIS IN SILESIAE PRINCIPATV SCHWEIDNICENSI
AB AN. CIƆCCXL. AD AN. CIƆCCCXCIX.

DIPLOMA I.

BOLKO, Dux Silesiae instaurat coenobium GRISSOVIENSE dicatque ordini CISTERTIENSI cum insigni dote, quam describit an. CIƆCCXCIX.



N nomine Domini Amen. Facta mortalium, quamuis solemnia ac laude digna, si non *scripto durabili* testimonioque probabili fulciuntur, cito memorie hominum per decur- *BOLKO, D. Silesiae 1294.*

diaconi, 6) subdiaconi, 7) capellani primi, 8) secundi, 9) tertii, 10) quarti, 11) quinti, 12) sexti, 13) septimi, 14) candelabra ministrante, 15) intimante hymnum, 16) credentiariis, 17) organista, 18) habitu canonicorum, 19) adsistentia, 20) circulis, 21) loco ordine, 22) reuerentiis, 23) surrectionibus & sessionibus, 24) osculationibus manus, 25) mitra, 26) luminaribus, 27) custodia, 28) sacramento, 29) credentia, 30) pulpito, 31) altari, 32) faldistorio, 33) sede *legati*, 34) *cardinalis*, 35) cappis, 36) officialium Bononiensium, 37) suffraganeo episcopi Bonon. 38) epistola, 39) euangelio, 40) missarum numeris, 41) confessione, 42) benedictione, 43) honoribus, 44) iunctura, 45) signis, 46) oblationibus, 47) incensatione oblatorum, 48) legati, 49) magistratus, 50) pace danda. LIBRO II. c. 1. accessu ad ecclesiam, 2) parandis diacono, 3) initio missae, 4) singularibus ceremoniis in missa, 5) de uesperis, 6) accessu, 7) pronuntiatione uerborum, 8)

ſum temporis elabuntur. Nos igitur BOLKO, *dei gratia dux Sleſie*, ueſtigia praedeceſſorum noſtrorum per *pietatis* opera recto tramite ſequi cupientes ſimiliterque ad cultum diuini ſeruicii noſtris etiam temporibus in eccleſia propagandum his literis ad noticiam tam poſterorum quam modernorum peruenire uolumus, quod ad honorem principaliter omnipotentis *Dei*, ſueque glorioſe *matris* beatiſſime *uirginis Marie*, in remedium animarum noſtre ac dilecte *coniugis* noſtre domine *Beatricis*, ſed & *progenitorum* noſtrorum *Cenobium* religioſorum uirorum in loco qui CRISSOW uulgariter appellatur de nouo *inſtaurantes*, eidem loco fiorem ymo fructum honoris & honeſtatis, diſcipline & religioſitatis decreuimus inſerere, ordinem, inquam CISTERCIENSEM, quem certe, ob eximie *puritatis* ſeu *caſtitatis* cuſtodiam,

Coenobium GRISSOW *pro ordine* CISTERCIENSI, *quem*

cantu, 9) initio, 10) antiphonis, 11) magnificat, 12) oratione, 13) benedictione, 14) miſſa coram cardinali, 15) cantu, 16) ſede, 17) locis, 18) horis, 19) paramentis, 20) cappellanis, 21) habitu, 22) agendis, 23) ceremoniis, 24) incenſando altari, 25) libro miſſae, 26) collectis, 27) epiſtola, 28) euangelio, 29) indulgentiis, 30) ſymbolo, 31) utenſilibus, 32) incenſatione in choro, 33) pace, 34) legendis, 35) benedictione, 36) ueſperis, 37) matutinis, 38) iisdem, 39) pro defuncto miſſa, 40) abſolutione, 41) ueſperis, 42) benedictione in die pacificationis, 43) quadrageſimae, 44) palmarum, 45) ſacra hebdomada, 46) ſuffraganeo, 47) paraſceue, 48) ſabbatho ſancto, 49) communione generali, 50) *tono*. Quilibet inde intelligit hunc librum, ſua utilitate praeſertim in ciuitatibus, loco cedere primo. Vtrumque aere noſtro redemimus ex *Stephani* BALVTII bibrario, qui illum propterea haſtae ſubiecit, ut plurium ſitim reſtingueret, coemendi libros notae praeſtantioris & difficilioris inuentu. TERTIVM addo CEREMONIALE EPISCOPORVM *iuſſu Clementis VIII.* editum *Romae 1600. fol. cum figuris 1 & dimidii alphab.* Sed cum hic liber in forma minori ſaepius etiam prodierit deinceps operae pretium non eſt, recenſendo illum tempus dare. Diſcant inde iureconſulti & uiri curiales a theologis, qui tantum otii ac operae ponunt in ſuis minutiis: cum primi ea uel inuideant luci uel ſegniores ſint ad ſcribendum.

morum-

morumque ac uirtutum quibus preſulgent inſignia, ſpeciali ſemper coluimus & colimus affectu, eiusdem noſtre plantacionis *filiacionem* domui fratrum de HEYNRICHOWO attribuentes, eo quod ipſius domus uenerande perſone ex preclara utique & graciosa dicti *ordinis* propagatione ortum noſcantur ducere generoſum. Vt autem prefata noſtra fundatio, ad comparandum meritum, quo in *eternitate* uiuatur, in ſui *ordinis* robore ſtabilis iugiter & inconuulſa permaneat, hereditates ac poſſeſſiones, quibus ipſum Dei *habitaculum* religionis ſancte ibidem primordium in preſenti donauimus hic ſuis *nominibus* expreſſis ad maiorem euidenciam duximus declarare. Predictis itaque fratribus & ſuo *clauſtro*, quod mutato nomine *gratiam ſancte Marie* nuncupari maluimus, ſubſcripta bona cum omnibus ſuis utilitatibus & prouentibus deſeruire debebunt, ſcilicet ipſe locus GRIZOW in ſuo circuitu *ducentos magnos* manſos continens, his tribus ſibi uillis adiunctis, id eſt *Gurthelersdorff*, ſoluente tertiam dimidiam marcam argenti, *Heinrichsdorff*, *Hermansdorff*. Item noua ciuitas *Lubauia* dicta, cum ſuo circuitu, omne *ius* plene habitura, quo cetere *ciuitates* in terra noſtra utuntur, iſtis uillis ei adiacentibus connumeratis, uidelicet *Blaſeisdorff* & *Katzbach* eidem contigua, que ambe ſex marcas argenti cenſualiter ſoluunt in inſtanti: item *Königshayn*, *Stubin*, *Dytherichsbach*, *Lyndenow*, *Grunow*: item *Blaſeisdorff* circa *Lanisbach*, que una cum ipſa ciuitate *Lubauia* quinque marcas ſoluent argenti: item *Sorotindorff*, que alio nomine *Pfaffindorff* uocatur cum *ſylua ſua*: item uilla *Czedir* ſoluens quinque marcas argenti, ALLODIIS tamen ex parte *ciuitatis Landiſ-*

extollit, *inſtaurat*, *filiatione de* HEYNRICHOW *matre.*

Nouum nomen clauſtri.

Regionis adſignatae deſcriptio.

dißhute ſibi appoſitis e uicino exceptis, que omnia & ſingula *aquis*, *piſcium capturis* & *clauſuris*, *ſiluis*, *pratis*, *molendinis circumferentialiter* per ſuos *limites* ex omni incluſis parte, prehabito CLAVSTRO in perpetuam *poſſeſſionem* damus, conferimus ac liberaliter elargimur, omnino *liberam* & abſoluta ab omnibus uidelicet *angariis* & *parangariis*, a *ſolucionibus*, *exactionibus*, *uecturis*, *extorſionibus* ceterisque omnibus *ſeruiciis* ſeu *grauaminibus*, quibuscunque cenſeantur nominibus, ſiue illa IVS POLONICALE ſeu THEVTONICALE contingere decernantur. Villas nihilominus memoratas, que iam ibidem circumquaque ſunt locate & que deinceps ab eisdem *fratribus* de nouo *locabuntur* ad ipſam ciuitatem *Lubauiam* uolumus omnes cum omni iure ex integro pertinere. IVDICIVM omne in cauſis tam *maioribus* quam *minoribus* his premiſſis de noſtra ſpeciali addentes gratia *iudicio ſanguinis* eis conceſſo ob hoc & nominetenus hic expreſſo. Sepe dicti ergo fratres uniuerſas cauſas per ſuos *iudices* in omnibus ſuis bonis & locis prenotatis, ſecundum quod tunc magis ſibi competere uidebitur, libere ex nunc iudicabunt, noſtris *iudicibus*, *procuratoribus* & *officialibus* in nullo ex hoc impedire noſtram ualentibus ſeu audentibus uoluntatem. Verumtamen de nouis uillis ſiue de bonis ibidem nouiter locatis, in quibus ſingulis certus nondum *cenſus* deſcriptus eſt, hoc fieri decreuimus, quod fratres ipſius *noſtri cenobii decem marcas* argenti percipient annuatim ibidem: item in *Wirkamsdorff* ſeptimum dimidium *fertonem* argenti: item de monte lapidum circa *Friburg* tredecim *marcas* argenti, quem uidelicet montem fratres prefati

Immunitas ab angariis iuris ſiue POLONICI *ſiue* TEVTONICALIS

IVRISDICTIO.

etiam CRIMINALIS.

CENSVS.

fati (1) ſingulis annis pro tanta ſumma uel maioris prout poterunt, pro eorum utilitate exponent *libere & abſolute, nullis noſtris aut ſucceſſorum noſtrorum quibuscunque officialibus modo aliquo ipſos impedire ualentibus ſiue audentibus* (2). Nullus etiam noſtrorum uel noſtrorum ſucceſſorum *officialium* porcionem aliquam in dicto *monte* ſibi uſurpare modo quocunque *preſumat.* Hoc adiicientes, quod conuentores ipſius MONTIS ut eo plenius CENSVM fratribus iam tactis perſoluere ualeant, poterunt per noſtram terram cum *duobus curribus* absque THELONII *ſolucione* libere pertranſire. Conferimus etiam prelibato clauſtro *uillas Richenow* & *Qwolisdorff* & in eis quinquaginta *maldratas* & unam, triplicis annone, ſcilicet *tritici*, *ſiliginis* & *auene* & ibidem in cenſu decem & ſeptem *marcas* argenti & unum *fertonem* (3): item *Bertholsdorff*, cum ſilua ſibi adiacente *cum omni iure quo eam* SCOBEZLAVS *ab antiquo poſſedit* (4), & ibidem in tritico duodecim *maldratas* ac duas manſuras, in *ſiligine* tantum & in auena tantum. In *cenſu* autem decem *marcas* argenti & dimidium fertonem & ſex *maldratas ordei apud uillicum.* Item *circa* STRELIN *mediam uillam Strigow cum duobus manſis alterius medie partis ad uillicum pertinentibus & in eo uiginti maldratas quadruplicis annone ſcilicet tritici, ordei, ſiliginis & auene, in tritico tres maldratas & tantum in ordeo: in ſiligine ſex mal-*

THELONIVM.

[1] in 2do & 3. Dipl. una cum officialibus noſtris.

[2] in 2do & 3. & 4. Dipl. haec uerba omiſſa & uice eorum addita noſtro libero de conſenſu.

[3] in 2do & 3. & 4. Dipl, addit. item circa Stregin uillam Gotſchalsdorff liberam ab omni ſeruicio ducali & in ea 17. marcas argenti preter unum fertonem.

[4] haec deſunt in 3. & 4to Diplom.

dratas & octo mensuras & in auena tantum, in CENSV *autem uiginti marcas argenti: item prata cum rubetis & ortis &* WANWOWICZ *quantum frui poterunt ex illis: premissas itaque uillas* RYCHENOW & QVOLISDORF, BERTHOLDISDORF & *Strigow omnino liberas & absolutas ab omnibus uidelicet* ANGARIIS & PARANGARIIS, *uecturis, araturis, uexationibus, extorsionibus, ceterisque omnibus* GRAVAMINIBVS *quibuscunque censeantur nominibus fratribus prelibatis damus, conferimus ac liberaliter elargimur in perpetuam possessionem: reseruantes solummodo in ipsis nobis & nostris successoribus iura nostra ducalia, exactiones duntaxat in pecuniis & annonis ducalibus cum pecunia monete, iudicium etiam sanguinis. Villici autem dictarum uillarum quamuis nobis & nostris successoribus seruire teneantur, sicuti nobis semper seruierunt ab antiquo; ipsi tamen respectum habere debent ad fratres dicti claustri, tanquam ad dominos eorum hereditarios & temporales & ab ipsis resignationes iudiciorum quamcunque aut quotiescunque fuerit opportunum suscipere tenebuntur, qui uillici tertium denarium, predicti uero fratres duos in penis siue emendis iudicialibus iure habebunt* (†). *Item claustro praedicto conferimus & largimur in uillis istis annonas de manso quolibet duas mensuras, unam scilicet mensuram tritici & tantum auene.* In parua Wyra tres maldratas tritici praeter duas mensuras & tantum auene, *habet enim quadraginta mansos, ex quibus prepositus habet duos, Bertoldus Lenman duos, uillicus duos & seruiunt triginta quatuor.* In magna Wyra duas maldratas tritici & tres mensuras, tantumque auene & *habet*

(†) Quae lineis subducta sunt in secundo Diplomate non habentur.

quadra-

quadraginta mansos, ex his Plebanus habet duos, Villicus sex, Ebirlinus unum, Gerdrudis unum, Richwinus duos & seruiunt uiginti octo: in TAMPADIL quinque mensuras tritici & tantum auene & *habet quinquaginta mansos, ex his* PLEBANVS *habet duos, Villicus quatuor, Prepositus unum & seruiunt quadraginta tres.* In BELA duas maldratas tritici & tres mensuras & tantum auene & *habet XXX. mansos, ex his uillicus habet tres & seruiunt uiginti septem.* In GRODIS circa *Swidenicz* duas maldratas ordei; in *Pfassindorff* duas maldratas ordei: item ibidem unam *maldratam* ordei preter duas mensuras. Quas uidelicet praetaxatas maldratas singuli debitores in singulis uillis sibi uicissim *hereditarie* succedentes iam dicto claustro certo tempore anni, propriis etiam uecturis in suum granarium presentabunt ineuitabiliter omni anno. Item prefato claustro & fratribus ibidem Deo famulantibus nostram uillam SCHRIBERDORF uulgariter nuncupatam circa ciuitatem Swydenicz sitam singulis annis in festo S. Michaelis archangeli octo maldratas & nouem scotos currentis monete soluentem censualiter, omnem etiam aliam utilitatem in ea ad nos pertinentem absolute & liberaliter damus in perpetuum possidendam: item hereditatem uulgariter *Sastirbuze* nominatam *Bertoldi Vjlle* contiguam sepe dicto clausto conferimus, cunctis semotis seruiciis, uecturis & angariis liberam & absolutam cum SVPREMO DOMINIO ET IVDICIO SANGVINIS *sicut prenarratum est de uillis circa monasterium & nominetenus expressum ex speciali nostro fauore ipsis concesso*: his prehabitis adiungimus & ista quod que ipsis fratribus in diuersis locis assignauimus, ita plene & ex omni cordis nostri preme-

diata dilectione conferimus, quod si aliquid non solum in istis uillis hic iam ultimo positis, sed & etiam in illis quas ad perpetuitatem possessionis eisdem appropriauimus in argento & annonis ceterisque utilitatibus processu temporis domino Deo opitulante accreuerit, hoc totum cedet & cedere debet fratrum nostrorum carissimorum usibus praedictorum. Libertates preterea quibus ipse reuerendus & Deo placidus Cisterciensis Ordo a sue sanctissime religionis originali principio *floruit*, gaudebat, *nunc* & gaudet, ab omnibus perturbationibus ac inquietudinibus illesas semper esse uolumus *inuiolabiliter* & intactas, ita quidem ut fratres dicti nostri cenobii de omnibus liberas has nostras donationes impugnantibus attemptantibus aut modo quocunque impedire laborantibus *Iudicio* ECCLESIASTICO aut SECVLARI *iure* se defendant. Nullius penitus inquam hominis *contrarietate* in hoc aliquatenus eis obsistente Tanta siquidem nostra gratiositate ac mentis liberalitate ideo iam sepe dictum nostrum claustrum in sui ordinis rigore ac uigore persistentes tanto ad celestia contemplanda liberiorem frequentius habeant animum, quo a terrenis tumultibus a negotiis & curis secularibus segregatum. Multorum id ipsum saluti non modicum peruenire sperantes ad nostri etiam meriti sed & progenitorum nostrorum continuum incrementum. Iste autem donationes *sollempnes* quamuis diuerso tempore per nos sint facte, ipsas tamen in *unum tandem redactas* integraliter nostri SIGILLI appensione roboramus in perpetuam & omnimodam firmitatem.

Sanctio aduersus uiolatores.

DIPLO-

DIPLOMA II.

Secundi diplomatis singularia.

IN 2do & 3. & 4to diplomate haec addita reperiuntur: ex nostra etiam donatione habent & habere debent fratres nostri ante prelibati Vineta & Hinnuleta iuxta ciuitatem nostram Lenberg, secundum propriam limitum suorum distinctionem illic factam, agris & pratis quibusdam ab antiquo tempore annexis prescriptam. Et aliud quoddam circa Hayn, nostram similiter ciuitatem, hinnuletum, in uilla que dicitur pomerium: copulantes carnium insuper 5. macella, unum uidelicet in Landishuta, ciuitate penes claustrum, unum in Hayn, item unum in lawr, it. 2. in Stregin, per se ipsa 40. lapides in sepo soluencia, ab omni penitus solucione & nos & prefatas ipsas nostras ciuitates aliquo modo contingente fratribus eiusdem nostri cenobii diuinis cultibus perhenniter domino Deo cooperante insistentibus omnimode reddimus absoluta. ACTA sunt hec in ipso nostre fundationis claustro, scilicet in *gracia sancte Marie* uirginis anno domini *millesimo*, *ducentesimo nonagesimo nono*, presente Ludewico de *Hakinborn*. Affuerunt & tunc temporis barones nostri, scilicet Bernhardus de *Strelin*, Wytiko de *Kyttelicz*, Benisko de *Libental*, Vlricus de *Lubin*, Otto de *Zoblus*, Petrus & *Fritzko*, fratres dicti de *Landiscron*, Apeczko de *Silicz*, castellanus in *Stregin*; *Reynsko* castellanus in *Hornsberg*, Apezko de *Vlok*; sed & plures alii fide digni. DATVM ibidem per manus domini Iohannis *Protbonotarii* nostri.

ACTVM 1299.

Testes.

DATVM.

DIPLOMA III.

Tertii diplomatis singularia.

Ius liberi mercatus indultum cœnobio.

IN *tertio* diplomate & 4to post uerba, *illesas semper esse uolumus & intactas*, loco sequentis §. haec habentur: *ita ut diuerse artes in omnibus & singulis officinis eiusdem nostre fundationis nomine per eos exerceantur:* fratres quoque uniuersi domino Deo seruientes ibidem ac seruituri plenum ius secundum quod ubique in suo ordine hactenus fieri consueuit libere habeant & quiete, ipsa uidelicet quelibet sua opera *uendendi* integraliter seu particulariter, tam in ipso *Claustro*, quam intra omnes dominii nostri terminos, prout ipsis melius uisum fuerit, nullius penitus contrarietate in hoc eis aliquatenus obsistente. Tanta siquidem &c. ACTA sunt haec in ipso nostre *fundationis Claustro*, scilicet in *gratia sancte Marie uirginis*, anno domini *millesimo ducentesimo nonagesimo secundo*, presente domino Iohanne *Wratisl.* episcopo uenerando, adfuerunt & tunc temporis barones nostri, scilicet Bernardus de *Strelin*, Wytiko de *Kittelicz*, Reniskow de *Lybintal*, Vlricus de *Lubin*, Otto de *Zoblus*, Petrus de *Friczko*, fratres dicti de *Landiscrone*, Apeczko de *Silicz*, castellanus in *Stregin*, Renisko castellanus in *Hornsberg*, sed & plures alii fide digni. DATVM ibidem per manus domini Iohannis Prothonotarii nostri.

Actum 1292.

DIPLOMA IV.

Quarti diplomatis singularia.

Singularia IV. diplomatis.

IN *quarto* diplomate finis sequens habetur: iste autem *donationes*, quamuis diuerso tempore per nos sint facte, ipsas tandem in unum redactas

dactas *figillorum* appenſione tam *illuſtris principis* Heynric fratris dilecti, incluti *ducis Sleſie* & domini *Wratislauie*, quam manu ipſius roboramus in perpetuam & omnimodam firmitatem. ACTA ſunt hec in ipſo fundationis noſtre *Clauſtro*, ſcilicet in gracia ſancte Marie uirginis, anno domini *milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecundo.* Preſente uenerabili patre domino Ioanne ſancte ſedis *Wratislauienſ.* epiſcopo, qui duobus diebus ibidem uidelicet in uigilia natiuitatis glorioſe uirginis Marie & ipſo die manum benediccionis ad *conſecrationem eccleſiae* & maiorum altarium miſit. Huic eciam noſtre deſcripcioni ac ordinacioni SIGILLVM ſuum apponens ad maius robur omnium premiſſorum. Affuerunt & tunc temporis barones noſtri, ſcilicet Bernhardus de *Strelin*, ut in precedente.

Plures donationes coactae in unum diploma.

Actum 1292.

DIPLOMA V.

Priuilegium BOLKONIS ſuper SASTROZAM an. CIↃ CC XCV.

IN *nomini domini amen.* Religionis, Deo grate, *nouella* adhuc *plantacio* ut radices conualeſcentie ad maiorem uirtutum expanſionem alcius figat, pie ſubuencionis ope rigari ſemper indiget ac foueri. Hinc eſt, quod *nos* BOLKO, dei gratia dux *Sleſie & dominus de Furſtenberg*, iſtarum tenore literarum uniuerſaliter tam futuris quam preſentibus notum eſſe uolumus, quod cum domino abbati in noſtra fundatione ſcilicet in *gratia ſancte Marie uirginis* ſuisque fratribus placuiſſet ibidem ſecum *regulariter* uiuentibus ut commutacionem una nobiscum facerent ex ſua, uidelicet parte cum hereditate *Yſerdorff*, quam ante eis contuleramus, ex noſtra autem parte cum here-

BOLKO, D. G. D. Sleſiae Furſtenberg 1295.

coenobio donat abbatiae de Yserdorff *praedium* SASTIRHVSEN;

hereditate *Saſtirhuze* uulgariter nuncupata, que *iure* legitime *empcionis* nuper ad nos deuenerat, eorum dignum duximus annuere uoluntati: *effectum* itaque *affectui* mancipantes, poſtquam idem dominus *abbas ſe de Yſerdorff*, per reſignationem in manus noſtras exuiſſet, in preſenti prenominatam hereditatem *Saſtirhuze*, iuxta uillam *Bertoldi*, que prius dicto *Clauſtro* deſeruit, ſitam, libere & abſolute ad perpetuam ipſius Clauſtri poſſeſſionem *reſignauimus* ex integro: uidelicet cum *agris*, *ortis*, *tribus molendinis*, *piſcium clauſuris*, *ſiluis*, *pratis*, *paſcuis*, *omnibusque aliis* ex qualibet parte incluſis, ſecundum quod ea *comes Scobeslaus* ab antiquo noſcitur poſſediſſe. Verum quia iuxta diligentem utriusque hereditatis eſtimacionem ſingula ſupputando compertum fuit, quod *Saſtirhuze* in ualore exceſſerit *Yſerdorff*, ad centum & quinquaginta marcas argenti, de hac pretaxata ſumma quinquaginta marcas, in quibus ex uoto quodam priuato dudum preſcripto *Clauſtro obligati* eramus, iam dicto *abbati* reſecauimus in inſtanti, proceſſu uero temporis de reliquis centum *marcis* fratres prefati Clauſtri penitus abſoluimus, hoc interpoſito: quod *ſeptem* in ſuo *monaſterio altaria* inſtaurabunt ſub honore ſanctorum hic ſubſcriptorum, uidelicet beate & glorioſe ſemper *uirginis Marie*, *omnium ſanctorum*, *Petri* & *Pauli* apoſtolorum, *Iohannis* euangeliſtae & *Iohannis baptiſtae*, *Matthie* apoſtoli, *Nicolai* epiſcopi & *Katherine* uirginis, eo quod ſpeciali ipſos reuerentia ſemper coluerimus & colamus. Horum ſiquidem *patrocinio* precipue innitentes, ſed & meritis ac precibus *collegii uniuerſitatis* fratrum eorundem *uitam monaſticam* in ſepe dicta noſtra plantacione ducentium in-

in honorem ARAE DIVORVM, *quos nominat.*

hiantes

hiantes ſperamus, quod eternam ab ipſo largiſluo fonte miſericordie *Dei* haurire debeamus, *conſolacionem* & *gratiam* inuenire in tempore oportuno. In huius rei perpetuam memoriam hoc ſcriptum noſtri ſigilli appenſione fecimus communiri. ACTA ſunt haec in *Schönaw*, anno domini *milleſimo*, *ducenteſimo nonogeſimo quinto.* Preſentibus his ſcilicet domino *Ludewico*, ſororio noſtro dicto de *Hakinborn*, Nicoſſio de *Wederow*, Heynrico de *Schilteberg*, Puſch de *Libintal*, Vſwano de *Prouin*, Heynrico Bohemo, Apeczkone de *Vlok* & aliis plaribus fide dignis. DATVM per manus Syfridi *Protbonotarii* noſtri in die ſancto Epiphanie, quo premiſſa omnia ſunt *confecta.*

Actum 1295.

Datumque uno die.

DIPLOMA VI.

Coenobium Griſſow acquirit oppidum SCHONENBVRG an. CIↃCCCXLIII.

ABbas *Nicolaus monaſterii gracie ſancte Marie*, quod uulgariter GRIZOW dicitur, ordinis *Ciſtercienſis* una cum domino Conrado Milite, dicto *Iunene* de CZIRNA emit a nobilibus uiris *Ierikone* de YSENBERG & PRSETH de *Gutinſteyn* ipſius ſororio, natione *Bohemis* pro ducentis octoginta marcis groſſorum Pragenſium polonici numeri, quarum abbas centum, dominus Conradus Iuuenis de Czirna, centum octoginta perſoluit, oppidum SCHONENBERG cum iure PATRONATVS *eccleſie*, uillisque omnibus ad idem opidum pertinentibus ab antiquo, uidelicet *Wiczdorff*, *Burkardisdorff*, *Blaſiansdorff*, *Caczbach*, *Ludolsdorff*, *Ludigewißdorff*, cum omnibus eciam ſiluis, rubetis, pratis, agris, ortis, paſcuis, hinnuletis,

Anno 1343. GRIZOW coenobium emit oppidum Schonenberg cum immunitate & exemtione a iudicio aulico & aliis iudiciis.

tis, molendinis, piſcinis, aquis, riuis & fluuiis & ſimpliciter cum omnibus utilitatibus atque fructibus, que de cunctis preſcriptis ſuper terram & ſubtus in metallorum mineris poterunt prouenire, ſicut opidum memoratum cum uillis premiſſis que omnibus in ſuis *greniciis* & *limitibus* metis & terminis circumferencialiter ſunt diſtincta, omnia ab omni cuiuscunque generis *ſeruicio libera a cenſibus*, *exaccionibus*, *peticionibus*, *collectis & monetali pecunia*, *uecturis*, *araturis*, *ſtacionibus*, *que* LEGER nocantur, ceterisque *angariis* & *parangariis* quocunque nomine nuncupentur. Cum omni eciam & pleno dominio ac SVPREMO IVDICIO, quod ſe ad MANVS & CAPITIS pleccionem seu penam extendit, item quod nec *iudex* curie noſtre, nec quisquam iudicum noſtrorum HEREDITARIORVM uel PROVINCIALIVM, nec camerarii noſtri ullam cauſam paruam uel magnam habent nec debent in premiſſis omnibus iudicare, nec iudicio *praeſidere* &c. Opidum uero *Schonenberg* ſepe dictum cum omnibus ad illud ut preſcribitur pertinentibus dictus dominus Conradus Iuuenis de *Cirna* & *coniunx* ipſius domina Margaretha debent, quoad uixerint, pleno iure & dominio poſſidere: ipſis autem defunctis cuncta preſcripta apud dictum *Clauſtrum* in GRIZOW pro *teſtamento* perpetuo dicti domini Iuuenis, eiusque coniugis memorate omnium amicorum ſeu *propinquorum* uel *heredum* impedimento ceſſante cum omnibus utilitatibus & dominiis ſupra poſitis inuiolabiliter in perpetuum remanebunt. Que
Actum 1343. omnia a duce BOLKONE confirmata ſunt in *Landishut* uigilia SS. undecim millium uirginum anno domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo
Teſtes. tertio, preſentibus noſtris fidelibus teſtibus ad

prae-

præmiſſa uocatis Tammone *Ryme*, Zandir de *Grunow*, *Marſchalco* noſtro, dominis *Reinczkoni Schaph*, Nicolao Henningi, *militibus*, Rulcone Byer, Iohanne *Aduocato* in Landishutta & Iohanne filio eius, Hertelyno *aduocato* de Hayn, Petro de *Czedelicz*, curie noſtre *notario*, multisque aliis.

DIPLOMA VII.

CAROLVS IV. imperator confirmat coenobio GRIZOVIENSI donationes, factas a BOLKONE, duce *Schweidnicenſi* & *Lauerenſi*, inſtauratque priuilegium ſimul a *Wenceslao* R. conceſſum, an. CIↃ CCC LV.

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis feliciter amen.* KAROLVS *quartus*, diuina fauente clementia Romanorum imperator, ſemper auguſtus & Bohemie rex: ad perpetuam rei memoriam nuper oblata maieſtati noſtre illuſtris BOLKONIS, ducis Sleſie, *domini Schwydeniczenſis* & Laurenſis, principis & ſororii noſtri dilecti peticio continebat, quatenus literas clare memorie illuſtris *Wenczeslai* quondam Bohemie regis, aui noſtri kariſſimi, quas ab eo progenitores dicti ducis obtinuiſſe noſcuntur, approbare, *ratificare*, *innouare* & *confirmare* auctoritate regia Bohemie & de ſolita benignitatis gracia dignaremur, quarum tenor ſequitur in hec uerba: *Nos* WENCZESLAVS, *dei gratia rex Bohemie & marchio Morauie* notum fieri uolumus uniuerſis tenorem preſencium inſpecturis: quod nos cariſſimo conſanguineo noſtro domino BOLKONI, *incluto duci Sleſie* & domino in *Lewenberg* petenti a nobis opidum noſtrum SCHÖNENBERG, in regno noſtro ſitum in *preuin-*

CAROLVS IV. confirmat priuilegia GRIZOVIENSI coenobio data.

A WENCESLAO rege 1289. firmat donationem Schoenenberg, *cum uillis, in*

prouincia GRECZ. *prouincia Greczensi*, cum uillis *Michelsdorff*, *Trautelibisdorff*, *Kyndesdorff* & *Koenigishayn* & pertinenciis ad dictum opidum spectantibus, eo iure quod habemus in ipsis conferimus & donamus per ipsum & heredes suos sicut proprias terras suas cum terminis iuxta decursum aquarum uersus terram praedicti ducis *Bolkonis* decurrentium *iure hereditario* possidentes, ita quod quidquid ab eisdem terminis uersus terram ducis Bolkonis se extenderit, debeat eciam possidere. In cuius rei testimonium presentes literas exinde fieri & sigillis nostris iussimus communiri. ACTVM in *Olmuncz* & *datum* his TESTIBVS presentibus Heynnecone de *Luchtenberg*, Heynecone de *Duba*, Burkardo de *Winterberg*, Mattheo de *Cirnahora*, *camerario Morauie*, Ramboldo de *Nymand*, BVRGGRAVIO de *Lapide*, Wichone de *Vppa*, Tassone de *Wisenburg*, Heynrico de *Brandis*, Hronone de *Nachad*, Syfrido de *Baruth*, Wytigone de *Turgow*, item Heynrico de *Baruth*, Rudigero de *Hugewicz*, Hannosone Epponis, Friczone de *Waldaw*, Apeczkone de *Sydelicz*, Reinzkone de *Libintal* & pluribus aliis fide dignis, anno domini *millesimo ducentesimo octogesimo nono*, decim. Kal. *Septembris*, per manus magistri *Welislay*, *prothonotarii regni nostri*, Pragensis, Olmucensis & *Wissegradensis* ecclesiarum canonici, indictione secunda. Nos igitur ad supra dicti principis & *sororii nostri* dilecti deuotam peticionis instantiam, praesertim cum iuste petentibus non sit denegandus assensus, animo deliberato, non per errorem aut improuide, sed sano, principum, baronum & procerum nostrorum accedente *consilio* supradictas literas in omnibus suis sentenciis, punctis & clausulis de uerbo ad uerbum prout ex-

Actum 1289

Testes.

Repetit Carolus IV.

cum regni consensu.

expressanter superius *benignitatis* clemencia *confirmamus* perpetuis temporibus ualituras, ea condicione *nichilominus*, quod distinccio metarum, que exprimuntur superius & specificacio limitum huiusmodi nobis, heredibus ac successoribus nostris Bohemie regibus & eiusdem regni *corone* in opido *Frankensteyn*, quod regni & corone Bohemie est uera & immediata *proprietas* & opido *Munsterberg*, quod a prefatis regno & *corona* Bohemie in *feudum dependet* & opidorum predictorum terris, districtibus, iurisdictionibus & pertinentiis, quibus eciam specialibus possint appellari uocabulis, nullum penitus debeant *dampnum* seu preiudicium generare. SIGNVM serenissimi principis ac domini, domini KAROLI QVARTI, Romanorum imperatoris inuictissimi & gloriosissimi Bohemie regis. TESTES huius rei sunt uenerabilis Arnestus sancte *Pragens.* ecclesie archiepiscopus, Ioannes *Olomucensis*, Albertus *Swerinensis* & Theodorus *Mindensis* ecclesiarum episcopi: illustres Conradus *Olsniczensis*, Wenczeslaus & Lodewicus *Ligniczensis*, Bolko *Falkenbergensis*, Bolko *Opuliensis* & Przemyslaus *Teschinensis*, duces spectabiles. Burkardus BVRGGRAVIVS *Magdeburgensis.* Magister curie nostre *Burkardus* & Iohannes *de Recz*, comites & *nobiles*: Hasto de *Swyerzeticz*, magister camere nostre & Stenco de *Sternberg*, iudex *regalis curie* per Bohemiam & alii quamplures nostri *principes*, nobiles & fideles presencium sub nostre *imperialis maiestatis sigillo* testimonio literarum. Datum *Wratislauie* anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, indictione XII. VII. Idus Ianuarii, regnorum nostrorum anno *tercio decimo*, imperii uero *quarto*.

saluo iure regni.

Sigillum.

Testes.

Burggrauius MAGDEBVRG.

Datum 1359.

DIPLOMA VIII.

BOLK. D. SCHWEIDNICENSIS testimoniales transactiones inter abbatem Grissouiensem & Nakonem de *Scalicz* super uenditis per tutores bonis & oppido Schonenberg CIↃ CCC LX.

BOLKO, D. SCHWIDEN. 1360.

IN *nomine domini amen.* *Nos* BOLKO, *dei gratia dux Slesie, dominus de Furstenberg & in Swydenicz* ad uniuersorum presentium & futurorum deferimus noticiam in his scriptis, quod cum nobiles uiri *Jeriko de* YSENBERG & PRSETH de GVTINSTEYN, ipsius sororius, natione *Bohemi, procuratores, tutores* & *prouisores Nackonis* de SCALICZ, iunioris, suorumque *uterinorum* omnium, plenam habentes *potestatem* bonorum omnium eorundem, mobilium & immobilium, *uendendi*, commutandi & alios in usus quoscunque diuertendi, opidum *Schönenberg* cum omnibus uillis, siluis, rubetis, pratis, pascuis & omnibus pertinentiis, totoque districtu terre nostre pleno iure & dominio per donationem perpetuam incliti domini WENCZESLAI quondam *regis* Bohemie felicis recordationis, temporibus illustris & gloriosi principis olym *ducis* BOLKONIS, aui nostri dilectissimi adiunctum eternaliter & absolute, quodque ad dictum *Nackonem* eiusque uterinos paterna & *hereditaria successione* fuerat deuolutum, religioso uiro domino Nicolao, abbati monasterii *gracie sancte Marie uirginis* in GRIZOW, una cum domino *Conrado* dicto iuuene de *Czirnen*, iusto *uendicionis* tytulo cum consensu pariter & assensu *Nackonis* predicti, eiusque fratris Wilhelmi & sororis, dicte Mabeca *Hochardi*, in uilla dicta *Slibe* morantis & omnium amicorum matu-

testatur, tutores pupilli oppidum uendidisse abbatiae.

ra deliberatione præhabita rite & racionabiliter uendidissent pro *ducentis octoginta marcis*, plenarie persolutis atque in usus beneplacitos eorundem conuersis, tandem cum dictum opidum domini Conradi iuuenis de *Czirnen* predicti ad dictum abbatem & monasterium iuxta *empcionis* condiciones & ordinem esset deuolutum annis pluribus & temporibus transactis premissis: *Nacko* cepit dicti monasterii *abbatem arrestare*, uendicionem premissam non abnegans, sed a predictis suis prouisoribus, *Jerikone* uidelicet & *Presch* de percepta pecunia minus sibi asserens satisfactum. Quare & dominus *abbas* premissus nostro de consilio & speciali fauore senioribus suis cunctis consencientibus nullo penitus iure compulsus aut aliquo modo coactus, sed spontanea & libera uoluntate pro etate bona insidias futurorum malorum precludere uolens cum eodem *Nackone* amicabilem fecit concordiam super numeratum solucionis precium, *decem marcas grossorum* sibi donando, quibus perceptis *Nacko* memoratus in nostra corporali constitutus presencia in bona mentis & corporis ualitudine & omnimoda uoluntate de maturo consilio suorum amicorum omnium & fauore & precipue cum uoluntate & mero assensu *sororie sue* predicte opido *Schonenberg* predicto cum omnibus suis pertinenciis, utilitatibus, fructibus & prouentibus uniuersis quibuscunque censeantur nominibus simpliciter abrenunciauit & absolute omnia promissa coram nobis tamquam *domino hereditario* dictorum bonorum abbati & eius monasterio prefato beneuole resignauit, condicionibus prenotate uendicionis que nostris *in literis* super eadem uendicione domino *abbati* sepe dicto eiusque monasterio

Quod iterum uindicauerit NAKO factus maior ennis.

Tandem transactum

ſterio per nos traditis continentur omnibus & ſingulis omnino conſenciens & ex toto promiſit eciam Nacko ſepe ruminatus pro ſe & ſuis heredibus uniuerſisque amicis natis & naſcendis *utriusque ſexus*, dicti monaſterii abbatem, qui pro tempore fuerit, pro dictis bonis nunquam in perpetuum impetere uel aliquid paruum uel magnum repetere quauis *accione*, auxilio *iuris* ſiue *literarum* quarumcunque *ſtatuti* aut eciam *conſuetudinis Bohemicalis* uel alterius cuiuscunque & qualicunque obſtaculo ſiue impedimento hoc nullatenus probibente, ambiguitate, occaſione & dolo quolibet procul moto. Vt autem hec abrenunciacio coram nobis rite ac racionabiliter facta, inconuulſa perpetue perſeueret, preſentes *literas* conſcribi noſtrique *ſigilli* maioris appenſione iuſſimus communiri. ACTVM & datum monaſterio preſcripto in domo abbatis, feria quarta proxima ante cenam domini, anno eiusdem milleſimo trecenteſimo ſexageſimo, preſentibus in teſtimonium uocatis Conrado de *Czirnen*, in Gegirdorff manente, Gunczelino eius filio. Reyncz-kone *Schoff*, Kunone de *Pankindorff*, Hartungo de *Solcz*, Nicolao de *Olauicz*, militibus, Goczkone Schoff, Menczlino Hanczſcone de *Nebilſchicz*, Gunczelino *Buchwalt*, Petro de *Czedelicz*, noſtro prothonotario & Petro de *Nebilſchicz* curie noſtre notario, multisque aliis fide dignis.

Datum 1360.

TESTES.

TRANSACTIONIS *formula cum abbatia.*

Ipſe Nacko de *Scalicz* & ipſe in ſcriptis liberationem abbati in die Paraſceue 1361. extradidit, cuius initium eiusmodi. Ego *Nacko*, filius Nackonis de SCALICZ, una cum *patruo* meo *Peczkone filio* Hermanni de *Scalicz* in his ſcriptis publice recognoſcimus & conſtare uolumus uniuerſis, quod conſtituti preſencialiter fuimus in domo

mo domini *abbatis* monasterii *Grissouiensis* in *coquina*, in presencia illustrissimi principis & domini BOLKONIS, *ducis Schwydeniczensis* & in presencia multorum nobilium, militum & seruorum, qui inter nos & predictum dominum abbatem & conuentum suum ex parte opidi SCHONENBERG nuncupati medium & uere *unionis concordiam* dictauerunt & fecerunt in hunc modum: licet ex DEBITO IVRIS dominus abbas & conuentus nichil nobis tenebantur, tamen ex *iussu* & *consilio* predicti domini ducis *Swydeniczensis* propter bonum *Pacis*, ne in posterum ipsum dominum *abbatem* & conuentum predicti monasterii *impeteremus*, *decem marcas* grossorum Pragensium numeri Polonici nobis dederunt & in integre persoluerunt. Igitur non compulsi, non coacti, sed in bona mente, ratione & uoluntate libera & que sequuntur. Diesem NACKO, als er ein Unglück mit seinem Pferde, auf welchem er nach obigen *Marcken* reiten wollen, so er vor 8. schock Groschen gekauft und umb 5. schock daran schaden gelitten, überkommen, hat der Erbare Mann Herr Niclos *Kestener*, Abt czu *Grizow*, auf dem Huze czu *Schwarczinwalde* durch Vermittelung Herrn *Bogisch* Krepphil, Herrn *Witiko Beme* des alden, Bartuschs *Erbvogt* czur Landishute und Nickels von *Ottindorff*, gegebin *sechs Marck* Progischer Grosschin Polnischer czal an synte Lorenczen Tage, noch Gotis geburt driczenhundirt Jar, in dem eyn und sebinczigistem Jare.

Historiola de casu Nakii 1371.

DIPLOMA IX.

WITTIKO miles testatur de uenditione trium uillarum, quas BOLKO D. do-

 naue-

nauerit coenobio Griſſouienſi CIↃ CCLXXXIX.

WITIKO miles 1289. teſtatur,

IN nomine domini, amen. Quoniam *generationem* preteriens & generationem ſuccedens humana tempora frequenter uariat & perturbat. Neceſſe eſt ut ea literarum apice perhennentur, iis memorie innoteſcere cupimus poſterorum. Nouerint ergo uniuerſi preſentes & poſteri hanc paginam inſpecturi. Quod nos WITIKO miles dictus de *Uza* ac omnes noſtri *heredes excellentiſſimo principi* domino BOLKONI, duci Sleſie & domino de *Lenberg*, animo libenti & bona noſtra uoluntate *uendidimus* tres noſtras uillas in ſuo dominio ſitas, uidelicet *Blaſeysdorff, Merkelinsdorff* & *uillam Caczbach* libere, perpetue & ſine occupacione optinendas pro quadam ſumma pecunie, quam pecuniam nobis omnibus horis & terminis ſtatutis *ſoluit* racionabiliter & complete, ita quod a nobis & a noſtris ſucceſſoribus nunquam unicus denarius eiusdem pecunie *repetetur*, quas eciam tres uillas has recta noſtra penitus uendicione & completa donauit pure propter *Deum* in ſubſidium *Clauſtro* ſuo dicto GRIZOW, quod Clauſtrum pia elemoſina ſua locauit & fundauit pro ſalute & remedio anime ſue & uxoris ſue domine Beatricis & omnium heredum ſuorum & quod ibidem perpetua memoria habeatur, quod manum porrexerint adiutricem In cuius *uendicionis* noſtre *teſtimonium* & robur perpetuo duraturum preſentes fieri & noſtro *ſigillo* iuſſimus communiri. ACTVM *Hirsberg*, anno domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo nono, primo Kalend. *Ianuarii*. TESTES ſunt hi dominus Heynemannus de *Baruth*, dominus Iohannes de *Swyn*, dominus Heinricus de *Predil*, dominus Heynricus

Duci BOLKONI ſe uend diſſe uillas,

quas ipſe dedit coenobio GRISSOW.

Actum 1289.

Teſtes

cus *Ryme*, Syfridus scriptor & alii multi claritate fidei comprobati.

DIPLOMA X.

BOLKO D. coenobio Grissouiensi donat uillam Bertholdisdorff CIↃ CCC LXVII.

IN *nomine domini amen. Nos* BOLKO, *dei gracia dux Slesie, dominus de* FVRSTINBERG, in SWIDENICZ & MARCHIO LVSACIE, nec non *Agnes* eadem gracia *ducissa* domina ibidem notum facimus tenore presencium uniuersis, quod ad laudem Dei omnipotentis & ad honorem intemerate genitricis sue *Marie*, nec non in remissionem *peccatorum* illustrissimi principis *patrui* nostri karissimi felicis recordationis domini *Heynrici*, olim ducis *Slesie* & domini *Jawrensis*, ipsius anime *testamentali remedio* ex inclinatione naturalis connexionis diligenti animo uolentes subuenire sperantes Dei gratia ipsam remediis oportunis a nexibus peccatorum absolui, iuxta illud *Machabæorum, sancta & salubris est cogitacio, pro defunctis exorare*, ut a peccatis soluantur, confidentes pro beneficiis anime sue impendendis & nos consequi uitam eternam. Vnde ex mera nostre liberalitatis munificencia, *hilari* uultu & mente de consensu domine *Agnetis* predicte *conthoralis* nostre karissime, omniumque *fidelium* procerum ac nobilium nostrorum sano & maturo *consilio* & *consensu* unanimi prehabito diligenter, uenerabili uiro domino NICOLAO dicto KESTENERI, abbati monasterii nuncupati *Grissouiensis*, ordinis CISTERTIENSIS *diocef. Wratislau.* & suis successoribus uniuersis, eciam predicti monasterii conuentibus fratribus presentibus & futuris, in uerum & per-

BOLKO, *dux Schwid.* & *marchio* LVSATIAE 1367.

in animae salutem, ex edicto MACHABEORVM,

coenobio GRISSOVV

donat BER-THOLDIS-DORFF, petuum *teftamentum*, totam noftram *uillam* BERTOLDISDORFF noftri *Trutenauienfis* diftrictus, omni iure & dominio, libertate, munificencia *ducali*, qua ipfe usque in prefens nichil nobis fiue fucceffсоribus noftris quibuscunque referuantes, *cum iuribus patronatus* cum *iure patronatus* & *fcultero*, ceterisque *iuribus* cum omnibus eciam filuis, rubetis, nemoribus, uirgultis, lignis, pratis, ortis, pafcuis, graminibus, hinnuletis, molendinis, pifcinis, aquis, riuis, fluuiis, pifcaturis, aquarumque decurfibus, uenationibus, aucupationibus, agris cultis & incultis, montibus & planis, emolumentis omnibus & aliis fingulis uniuerfis, in quibuscunque eciam rebus confiftunt, feu quibuscunque nominibus inuentis & inueniendis folent nuncupari, cum omnibus exactionibus pecunialibus, *cenfibus*, *redditibus*, *folucionibus*, *contributionibus* fpeciali nomine & Berna, *precariis dacionibus*, *fleuris*, *collectis*, *ftacionibus*, *uecturis*, *angariis* & *parangariis*, honoribus uidelicet, *fcapulis* & *pullis*. Omnibus eciam utilitatibus aliis, ufufructibus, obuencionibus, ceterisque *pertinenciis* uniuerfis, quibuscunque nominibus poffunt appellari, prout dicta uilla in fuis *metis* & GRENICIIS circumferencialiter eft diftincta. Omni quoque iure, *iurisdiccione*, dominio, prout eandem uillam poffedimus, quam eciam a nobili uiro Neblas de *Scalicz*, milite noftro fideli noftra pecunia comparauimus. Cum omni eciam *iure ducali* & pleno *dominio infimo* ac *fupremo iudicio*, quod fe ad *manus* & *capitis* pleccionem feu penam extendit, ita quod nec *iudex curie noftre*, nec quisquam iudicum noftrorum *hereditariorum* uel *prouincialium*, nec *camerarii noftri* ullam caufam paruam uel magnam habent nec debent in premiffis omnibus iudicare.

Marginalia: *cenfibus*, *fleuris*, *angariis*, *grenzen*. *iure ducali*. *Exemtio a iudicio curiae*.

re. Adiicientes, quod *incole* & inhabitatores, *rustici* & uillani predicte uille nusquam alibi *iuri* parere debent, nec alibi trahi uel citari quam coram abbatem *Grisouiensem* seu *aduocato* per abbatem *constituto* & si secus per quempiam attemptatum fuerit, irritum decernimus & inane & citatio facta nullius debet esse efficacie uel momenti. Predictam itaque uillam *Bertholdisdorff* cum omnibus & singulis præ expressis omni iure pleno, *dominio ducali*, quemadmodum *principali munificentia* possedimus, ante dicto *abbati* & suo monasterio libere & absolute possidendam in similem hereditariam possessionem perpetuis temporibus possidendam, omnibus seruiciis, grauaminibus, *stacionibus*, *Bernis*, *angariis & parangariis*, *precariis*, *donationibus*, *honoribus* nec non omnibus singulis & uniuersis seruiciis & grauaminibus quibuscunque nominibus censeantur, que per nunc uel in futurum *excogitari* possunt, dicta bona eximentes *testamentaliter donamus*, tradimus, conferimus & testimonio presencium incorporamus. Iure eciam *ecclesiastico* tenendam, habendam, possidendam, utifruendam & in usus suos placidos conuertendam, pacifice & quiete, præ omnibus nostris successoribus prout melius & utilius uidebitur expedire: renunciantes eciam libere & expresse pro *nobis* ac *heredibus amicis* & *posteris* nostris uniuersis in perpetuum omni impeticioni, accioni omnique grauamini, omnibusque *iuribus* & *consuetudinibus* seu molestiis quomodocunque seu quandocunque in bonis prescriptis possent nobis & nostris successoribus competere, uel per que *abbas* & *conuentus* in quieta possessione dictorum bonorum seu hereditatum possent aliquatenus impediri. Volumus eciam

Ius de non evocando.

aliaque plura singularia.

 ut

ut nullus noſtrorum *officialium* facultatem aliquam *iurisdictionis* exercendi habere debeat uilla ſeu bonis in premiſſis. Quod ſi quis contrarium attemptare preſumpſerit Clauſtro de Grizow in opprobrium, per que in dictorum bonorum poſſeſſione pacifica poſſent quomodolibet impediri, talia preſencium tenore caſſamus, annullamus, adnichilamus, deſtruimus & nullius eſſe uolumus roboris & uigoris, uniuerſis calumpniatoribus perpetuum ſilencium preſentibus imponentes. Harum *teſtimonio literarum*, quibus noſtrum maius ſigillum ex certa noſtra ſcientia inferius eſt appenſum. *Datum 1367.* Datum Brunne, anno domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſeptimo, die quarta decima menſis Februarii. *Teſtes.* Preſentibus noſtris fidelibus nobili Bothone de *Yleburg*, Bernhardo de *Czedelicz*, Burggrauio noſtro in *Lebn*, Coppone de *Czedelicz*, Petro de *Czedelicz*, dicto de *Mayenwalde*, Gunczelino de *Swyn*, Wytkone Bohemo iuniori, militibus. Et Petro de *Czedelicz* noſtro Prothonotario, qui preſencia a nobis habuit in commiſſo.

DIPLOMA XI.

Confirmatio KAROLI IV. imperatoris ſuper *Bertoldi* uillam CIↃ CCC LXVII.

CAROL. IV. R. R. KAROLVS *quartus*, *diuina fauente clemencia*, *Romanorum imperator*, *ſemper auguſtus* & *Bohemie rex*. Notum facimus tenore preſencium uniuerſis, quod conſtitutus in noſtre celſitudinis preſencia illuſtris BOLKO, dux Sleſie, dominus *Swydenicenſ.* & marchio *Luſacie*, princeps *donationē* & ſororius noſter cariſſimus, nobis cum debita inſtancia ſupplicauit, quatenus ſuarum precum intu-

intuitu donationem uille *Bartoldisdorff*, Trutenauiensis districtus, quam ob salutem & remedium anime illustris Heynrici, olym ducis Slesie & domini *Jawrensis*, patrui sui, recolende memorie, abbati & conuentui, nec non monasterio Grizouiensi, Cisterciensis ordinis, Wratislau. dyocesis, nomine ueri testamenti fecisse dignoscitur, gratam & ratam habere & eam confirmare, auctoritate regia graciosius dignaremur. Nos igitur prefati sororii nostri racionabiliter precibus annuentes, prefatam donacionem & testamenti assignationem in omnibus punctis, clausulis & articulis suis, prout eam suis ac inclite Agnetis, consortis sue literis fecisse dignoscitur, approbamus, ratificamus & auctoritate regia Bohemie confirmamus. Appropriantes & incorporantes prefatis abbati, conuentui & monasterio predicto supra dictam uillam cum omnibus suis pertinenciis, prout per prefatum ducem *Swydeniczensem* & eius *consortem predictam* ipsis data existit & suis literis roborata: presencium sub imperialis nostre maiestatis sigillo testimonio literarum. *Datum* PRAGE, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo Indictione quinta, X. Kal. Marcii, regnorum nostrorum anno uicesimo primo, imperii uero duodecimo.

confirmat *factam coenobio* GRISSOV.

Datum 1367.

DIPLOMA XII.

Confirmatio similis WENCESLAI regis CIↃ CCC LXVII.

WENCZESLAVS, *Dei gratia rex Bohemie, Brandenburgensis & Lusacie marchio.* Notum facimus tenore presencium uniuersis, quod constitutus in nostra presencia illustris *Bolko*, dux Slesie, dominus *Swydeniczensis* & marchio Lusa-

WENCESLAVS rex Boh.

uino patre Lusacie, patruus noster cariſſimus, nobis cum debita inſtancia ſupplicauit, quatenus ſuarum precum intuitu, donationem uille *Bertoldisdorff*, *Trutenauienſis* diſtrictus, quam ob ſalutem & remedium anime illuſtris *Heinrici*, olym ducis Sleſie & domini *Jawrenſis*, patrui ſui recolende memorie, abbati, conuentui nec non monaſterio GRISOVIENSI, *Ciſtercienſis ordinis*, Wratisl. dyoceſis, nomine *ueri teſtamenti* feciſſe dinoſcitur, gratam & ratam habere & eam confirmare *auctoritate regia* gracioſius dignaremur. Nos igitur prefati *patrui* noſtri racionabilibus precibus &c. ut ſuperius in omnibus. Preſencium noſtro maiori ſigillo ſub appenſo teſtimonio literarum. Datum Prage anno domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo, indiccione V. X. Kalend. Marcii, regni noſtri anno tercio.

confirmat donationem eandem.

Datum 1367.

DIPLOMA XIII.

Litterae contractus, quo *Albertus* de *Swathomewicz* cedit Neblaſio de *Scalicz* uillam, *Pertholticz*, reſtituendam definito ſpatio. an. CIↃ CCC LXIII.

Neblas de SCALICZ *tenetur* uillam, *ſibi pro debitis ab Alberto ceſſam ad XVI. annos,*

NOs NEBLAS, *dictus de* SCALICZ, uolumus conſtare uniuerſis preſentibus & futuris ad quos preſens ſcriptum peruenerit, quod Albertus de *Swathomewicz filiaſter* noſter cariſſimus condeſcendit nobis uillam *Pertoltiz* dictam in debito, quo tenebatur *Marquardo* fratri ſuo *uterino*, pro uera ſua porcione & ipſam pecuniam Albertus prenominatus ad nos promiſit &, ad alios amicos. Ex tunc nos *Neblas* predictus de maturo *conſilio* amicorum noſtrorum parate utique fecimus, generoſe & caritatiue ad ſepe dictum *Albertum*

tum & ad heredes ſuos legittimos profitemur, recognoſcentes quod ſepe dicta uilla *Pertolticz* eſt predicti Alberti & heredum ſuorum patrimonium: tandem quod nos *Neblas* una cum heredibus noſtris legittimis prelibatam uillam in poſſeſſione habere & tenere a feſto & die beate Marie uirginis aſſumpcionis proxime affuturo cum omnibus iuribus & utilitatibus uniuerſis, id quod ad predictam pertineret & dinoſcuntur usque ad euolutionem *ſedecim annorum.* Itaque quod prefatam uillam poſſumus *uendere* & obligare, tali iure, quo nos poſſidemus & tenemus homini & perſone cuicunque nobis placuerit, ſine & absque predicti Alberti & heredum ſuorum impedimento. Cum uero anni predicti *ſedecim* exſpirauerint, tunc nos pretactus *Neblas* promittimus prefato *Alberto* & heredibus ſuis nec non ad manus nobilium & ſtrenuorum uirorum, uidelicet Iohannis de *Scubrow*, *Czienkoni* de *Zampach*, dicto de *Botinſteyn*, Henczelino & *Pote*, fratribus de *Turgow*, Herſſoni de *Peczka* & Herſſoni de *Siegue*, cum per predictos moniti & requiſiti fuerimus, de preſcripta uilla *Pertolticz* condeſcendere debemus ac promittimus & tenemur. Quod ſi non fecerimus ut predicitur, ex tunc ſtatim predictus *Albertus* una cum liberis ſuis ac predictis ad quos promittitur, habent plenam & omnimodam poteſtatem ac poſſunt ſe *intromittere* de uilla prenominata ſine omni noſtra *contradictione* & locucione. Si uero nos *Neblas* uel heredes noſtri aut ille qui in poſſeſſione predicte uille fuerit erga premiſſa predicta quid contradixerint, tunc nos *Neblas* recognoſcimus, quia contra fidem ſuam & honorem ſuum loqueretur. Et quicunque de pleno conſenſu & uoluntate predicti *Alberti*

reſtituere, definito ſpatio, nach ablauff.

berti & heredum suorum, seu predictorum, quibus promittitur, presens scriptum habuerit, sibi ius monicionis & intromissionis de supra dictis competit eorundem. In quorum euidens testimonium SIGILLVM nostrum principale & nobilium uirorum sigilla subscriptorum, in testimonium rogatorum, uidelicet *Szeme* de *Dobruska*, Iohannis de *Botinsteyn*, Diiczconis & Iohannis fratrum de *Wesselicz* & Wenczeslai dicti de *Brem*, alias *Czidilma*, presentibus duximus appendenda. DATVM & actum in *Criczin*, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, proxima feria VI. ante diem B. Marie uirginis assumpcionis.

SIGILLA. *Testes.* DATVM 1363.

DIPLOMA XVI.

Monasterium *Grissouiense* acquirit plenum ius in *Bertolticz* CIↃ CCC LXXXVI.

EGo ALBERTVS *de Swatomewicz* dictus de *Wissinburg*, recognosco tenore presencium uniuersis, quod omne ius meum quod habui super uilla *Bertolticz*, nichil pro me & heredibus meis reseruando uendidi honorabilibus & religiosis uiris dominis abbati & conuentui *monasterio* in *Grissow* pro certa pecunie quantitate, michi per ipsos plenarie persoluta & promitto una cum filiis meis *Alssone* & *Marquardo* ibidem ipsam ab eis numquam impetere. Et si eandem uillam impeteremus ex tunc fatemur presentibus, quia hoc faceremus & ipsam impeteremus contra nostram fidem pariter & honorem. In cuius rei *testimonium sigilla* nostra presentibus sunt appensa. *Datum* PRAGE anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, feria quinta in crastino sancti Iacobi apostoli.

ALBERTVS *de* Swatomewicz *uillam* Bertolticz *uendit monasterio* Grissouiensi. *Sigilla.* 1386.

DIPLO-

DIPLOMA XV.

Confirmatio Burggrauii CIↃ CCC LXXVIII.

KUner, Purckgrefe zu Trutenow hat verreicht den Erbarn Herrn Heinrich, Apte des Clostirs czu Grissow unde den Brüders des Conuentus desselbin Klosters, Paulus, Niclos Sachinkeichen Son und syner Brüder Gütir, dy sy habin gehabt in deme Dorfe czu Albirdorff, mit dem Dinste des Scholteysin doselbist. Beschen noch Gotis geburt driczen hundirt Jar in dem achtin und zebinczigestim Jare an dem driczenden Tage des mondin Januarii.

Burggrauius confirmat donationem factam monasterio.

ACTVM 1378.

DIPLOMA XVI.

Extractus litterarum *consensus*, de contractu emti uenditi in Albirdorff CIↃ CCC LXXIX.

VLrich Swab, Obirabtman czu Trutenow hat verreychit dem Erbarn unde Geistlichen Manne Herrn Heynrichin, deme Apte von Grizow unde der ganczen Sammenunge doselbist zwe Hubin Ackers czinshaftigis Gutis, dy do gelegin synt in dem Gerichte czu Albirdorff mit allen und iczlichen yren czugehörunge, als sy von aldirs in eynem reynen und lochin gelegin sint, dy Opecz von Hayn ynen vorkowft hat. *Geschen und gegebin* noch Christi geburt driczenhundirt Jar, darnoch in deme newnden und sebinczigisten Jare.

Praefectus Trutenoutensis confirmat emtionem bonorum in Albirdorff.

DATVM. 1379.

DIPLOMA XVII.

BERNHARDI ducis priuilegium super *siluam* inter *monasterium* & *Kunradiswalde* CIↃ CCC XXIV.

In

Prooemium curiale. Bernhardus *dux Slesiae, testatur: super lite inter* monasterium & Heydenricum de Predil *transactum esse sequentem in modum.*

IN nomini domini amen. Vt rei geste habeatur ubilibet firmior certitudo, nos BERNHARDVS, dei gracia dux *Slesie* & dominus de *Furstinberg*, notum fieri tenore presencium publice uolumus uniuersis presentibus & futuris, quod honorabilis uir dominus *Heynricus*, abbas monasterii in *Grizouia* ex una, nec non *Heydenricus de Predil*, fidelis noster parte ex altera coram nobis presencialiter constituti, cum inter eos hinc inde super quadam *silua* sita inter *monasterium* predictum & uillam *Conradiswalde* lis uersa dudum fuisset, tandem ad eam peruenerunt racionabilem unionem, ita duntaxat, quod *Heydenricus de Predil* predictus renunciauit bona uoluntate omni iuri suo, quod in predicta silua habuit, aut habere potuit. Dedit quoque & *cessit* domino abbati & monasterio predictis, ut sepe dictam siluam debeant sine contradictione qualibet in *perpetuum possidere*. E contra uero dominus Heynricus, *abbas* prenotatus uice & nomine *monasterii in Grizouia* sepe dicti dedit & assignauit Heydenrico de Predil sepe dicto *quatuor marcarum redditus annui* censsus in Gerhardi uilla sita prope *Swydenicz*, adiunctis aliis *iuribus*, que sepe dictum monasterium in uilla eadem dinoscitur *habuisse*, ea condicione adiecta, ut sepe dictus Heydenricus & uxor eius Vtha nomine debeant prenominatos quatuor marcarum redditus & alia iura uille predicte tantummodo ad uite sue tempora possidere: Heydenrico uero & Vtha defunctis uoluerunt & disposuerunt ut sepe dictus census & iura alia debeant ad honorem Dei & in animarum suarum remedium nomine testamenti ad sepe dictum monasterium in Grizouia redire & in perpetuum pertinere. Quam unionem gratam & ratam haben-

tes

tes, precibus utriusque partis fauorabiliter inclinati approbamus, ratificamus & confirmamus, presencium nostrarum certitudine sub nostro sigillo literarum. ACTVM & DATVM *Monstirberg*, anno domini millesimo trecentesimo uicesimo quarto, quinta feria proxima ante festum Palmarum, presentibus his testibus *Terkone de Ronaw*, *Tymone de Ronaw*, *Johanne & Kokelone de Czernen*, *Kunczkone de Richenbach*, *Heynemanno de Petirswalde*, militibus, *Iohanne de Kommeren*, curie nostre *Notario* & aliis claritate fidei probatis. *Sigillum.* *Datum 1324.* Testes.

Notandum.

Cum de gadibus silue longe lites inter HEYNRICVM *abbatem* & HEYDENRICVM de PREDIL exorte fuissent, *sopite* sunt presente nobili uiro *Theodorico* de *Predil* dicto, fratre *Heydenrici*, confirmando *quatuor marcarum redditus* in uilla *Gerhartzdorff*, aliaque iura, que socer *Heydenrici* dominus *Ioachimus de Pezen* olim & *monasterium* predictum ibidem habebant ad *tempus uite Heydenrici coniugisque sue* domine Vthe, ea condicione; ut insuper dominus *Heynricus*, *abbas* & suus conuentus promiserit *Heydenrico* sepe dicto & uxori sue domine *Vthe stamen albi panni claustralis* ualens unam *sexagenam grossorum denariorum regalium* singulis annis ad tempora uite illorum presentare circa diem *Palmarum*. ACTVM & DATVM in Claustro *Grizow*, anno domini millesimo trecentesimo uicesimo quarto, in octaua Laurencii martiris. *Mediante Theodorico de Predil, lis inter Heydenricum & abbatem componitur.* Actum & Datum 1324.

Quietantia.

A qua *impeticione* & de *pecunia*, quam dicto de *Predil*, dominus *abbas* & *conuentus* dare promiserunt, *absolutos* dimisit in *Landubutta* in *cu-* *Formula quietantiae.*

ria monachorum in die translacionis ſancti *Martini*, anno domini milleſimo trecenteſimo uiceſimo ſeptimo.

DIPLOMA XVIII.

Priuilegium BOLKONIS ſuper *iudicium* in *Libauia* CIↃCCCLX.

BOLKO, *dux Sileſiae*

IN *nomine domini amen.* Glorioſus Deus, qui corda ſuorum fidelium ſpiritus ſancti gracia illuſtrat, ipſorum interdum mentes, ut pietatis opera uigilanter exerceant, roris ſui perfundit dulcedine & reddit eos ad bonum quodlibet apciores. Nos itaque BOLKO, dei gratia *dux* SLESIE, *dominus de* FVRSTINBERG *& in* SWIDENICZ, ad uniuerſorum tam preſencium quam futurorum huius pagine teſtimonio deuenire uolumus nocionem, quod ipſius ſancti ſpiritus gracia ſuccenſi ſuauiter & aſperſi pio cum affectu deſideramus pro cultus diuini glorioſo augmento *teſtamentum* perpetuum ad honorem & laudem omnipotentis dei & ſanctiſſime genitricis eiusdem, ymo eciam, ut ſalus noſtra augeatur, quam auctore domino ſperamus in futurum, *in noſtreque & progenitorum noſtrorum animarum ſalutare remedium* diſponere efficaciter & *ordinare* decreuimus, quod eciam poſt uite noſtre tempora irreuocabiliter pro omnibus noſtris ſucceſſoribus ualeat permanere, de maturo noſtrorum fidelium & ſeniorum tam militum quam clientum *conſilio*, illuſtris eciam principis ac domine, domine Agnetis, duciſſe Sleſie & domine Swydnicenſis conſortis & conthoralis noſtre kariſſime interueniente *conſenſu* pariter & aſſenſu, uenerabili ac religioſo uiro, domino NICOLAO KESTENERI, dicto, *abbati monaſterii*

per modum teſtamenti, *legat monaſterio* Griſſouienſi

sterii nostri Grissouiensis, ordinis Cisterciensis, Wratisl. dyocest. deuoto nostro & sincere dilecto, quem una cum suo cenobio & conuentu propter specialem gratiam, quam ad eos gerimus, prosequi semper uolumus, summo cum effectu sibi ac omnibus & singulis suis successoribus dicti monasterii abbatibus nec non toti conuentui, cunctisque fratribus eiusdem ibidem pro nunc existentibus seu eciam superuenientibus temporibus perpetuis successuris, apud quos, deliberatione bona præhabita, nostram *eligere decreuimus sepulturam:* SCVLTECIAM seu *aduocaciam*, *iudiciumque* supremum & infimum, *super collum*, *caput* & *manus*, quod in opido LIBAVIA habere dinoscimur, cum omnibus suis appendiis & pertinenciis, nichil penitus excluso & excepto, eo eciam *dominio* & forma, quibus nos ipsi habuimus, tenuimus & possedimus, habemus, tenemus & possidemus & prout eciam iudicium limitatum est in omnibus suis *metis*, *terminis*, *gradibus* & *grenicibus* circumferencialiter & distinctum & nichilominus cum suis *emolumentis*, *utilitatibus*, *usufructibus* & *obuencionibus*, *honoribus*, *molendinis*, *aquis*, *aquarumue decursibus*, *piscaturis*, *agris* cultis & incultis, *ortis & ortulanis*, *siluis*, *lignis*, *rubetis*, *riuis*, *riuulis*, *pratis*, *pascuis*, *edificiis*que ligneis & muratis, *constructis* & *construendis*, ac eciam cum omnibus rebus *mobilibus* & *immobilibus*, *pecudibus* & *pecoribus*, pro nunc ibidem existentibus *acquisitis* & *acquirendis*, sicuti eciam ipsa bona iudicii supradicti stare & ire uulgariter nuncupantur & in quibuscunque rebus consistunt, nomine ueri & in uerum ac perpetuum & *irreuocabile* TESTAMENTVM donauimus, tradidimus, assignauimus, legauimus, donamus, legamus, assignamus & ap-

in quo uult sepeliri.

bona & iura, hic enumerata.

propriamus, irrefragabiliter per presentes libertates ipsam Sculteciam, Aduocaciam, Iudiciumque
inprimis SCVLTETIAM. supremum & infimum cum suis redditibus & pertinenciis uniuersis, expressatis superius in antea, a qualibet seruitute, uolentes ut soli *monasterio* & suis *abbatibus* & toti *conuentui* plena ab omni *exaccione*, *collecta*, *contributione*, *talliis*, *precariis*, *uecturis*, *steuris* & aliis quibuscunque *grauaminibus* deseruiant libertate. Ac eciam ex corde cupientes ut ipse *Scultecia*, *Aduocacia* seu *Iudicium supremum* & *infimum* cum suis *redditibus* & *pertinenciis uniuersis* per reuerendum in Christo patrem ac dominum PRICZLAVM, *episcopum Wratisl.* & *dyocesanum incorporetur ipsi monasterio* perpetuo deinceps tamquam alia bona monasterii ecclesiastica & redditus ipsius monasterii *censeantur* & per omnia *ecclesiastica gaudeant libertate*. Harum testimonio literarum.
Actum & Datum 1360. ACTVM & DATVM *Lubauie* in die omnium sanctorum, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo. Presentibus fidelibus nostris *Kunone* de PANKENDORFF, *Frederico* de PECHWINKEL, *Heyncone* de SYDLICZ, *Bernhardo* de CZEDELICZ *in Lehn manente* (1), *Coppone* de CZEDELICZ (2), *Ionone* de CORDEBOG, *Heinlino* de CZIRLA, *Petro* de CZEDELICZ nostro (3) Prothonotario & ALLEXIO (4) curie nostre Notario, *testibus* præmissorum.
Testes.

(1) in Germ. Diplomate additur: Bernhart von dem Furstenstein.

(2) in Germ. dictus Herr Jon vom Swyn, additurque Rudiger Wiltberg.

(3) Landschreiber.

(4) Hofeschriber.

Notabile hoc Diploma quoque est propter enumeratas pertinentias Sculteciae.

DIPLO-

DIPLOMA XIX.

AGNES, ducissa *Silesiae*, uidua BOLKONIS, *confirmat* donationem priorem. CIↃ CCCLXIX.

NOs AGNES, Dei gracia *ducissa* SLESIE, *domina de* FVRSTINBERG, in SWIDENICZ & in IAWR, notum facimus tenore presencium uniuersis, quod quamuis illustris *princeps* & dominus, *dominus* BOLKO, quondam *dux* SLESIE, *dominus de* FVRSTINBERG, *in* SWIDENICZ *&* *Marchio* LVSACIE, *conthoralis & dominus noster precordialissimus*, cuius anima sit beata, uenerabili & religioso uiro fratri *Nicolao* dicto KESTENER, *abbati monasterii Grizouiensis*, *capellano suo & nostro sincere dilecto* propter diuersa & multipharia *seruicia*, quibus dicto domino nostro duci & eciam nobis crebrius studuit complacere & omnibus suis successoribus abbatibus predicti monasterii nec non toti conuentui ibidem *ob remedium anime ipsius & nostre*, imo eciam omnium *nostrorum progenitorum & successorum* ad *Sculteciam* & *iudicium supremum & infimum*, uidelicet ad *capitis pleccionem* & *membri mutilationem* se extendens in opido LÖBBOW, cum allodio pecoribus seu pecudibus ac aliis rebus mobilibus & immobilibus inibi existentibus uniuersis, cum *curia* similiter ibidem situata, murata & lapidea, cum omnibus *structuris* & *edificiis* ligneis & lapideis, nichil penitus ibidem excludendo, nomine ueri & perpetui TESTAMENTI dederit, donauerit, legauerit & appropriauerit absque omni eciam seruitutis onere ipsi *monasterio* predicto plena libertate *incorporauit*, prout litera priuilegialis dicti domini nostri ducis desuper confecta hoc ostendit clarius & demonstrat. Ita

AGNES, *ducissa* Silesiae, *donationem*, *monasterio* Grissouiensi *factam*

quod

quod post obitum suum & mortem ad *monasterium* prefatum pertinere debeant, sicut eciam de iure ad premissum monasterium peruenerunt, deuoluta sunt & pertinent cum effectu. Dictus tamen *frater Nicolaus* KESTENER, *abbas* una cum suo *conuentu* consideratis & inspectis nostris promocionibus & beneficiis pluribus sibi & ipsi monasterio impensis & adhuc futuris temporibus deo propicio uberius inpendendis, nobis ad peticionis nostre instanciam de prenotatis omnibus, *aduocacia*, *allodio*, *curia* cum singulis *usufructibus* suis supra scriptis habendis & possidendis ad uite nostre tempora duntaxat ex speciali fauore & indulgencia fauent efficaciter & fauebunt, sic tamen quod singula pretacta ad dictum abbatem, ipsius successores & ad ipsum monasterium prescriptum pre omnibus successoribus nostris debeant perpetuis temporibus *irretractabiliter deuolui & pertinere* ac contradictione seu impedimento non obstantibus quorumlibet apud sepe dictum *monasterium pertinere*. In cuius rei testimonium presentes nostri SIGILLI maioris munimine dedimus roboratas. DATVM *Grizouie* feria secunda proxima post Dominicam qua in dei ecclesia Misericordia domini decantatur. Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono. *Presentibus* fidelibus ac strenuis nobis dilectis, nobili uiro domino *Iohanne de* HAKENBORN, *Heynrico* de REDERN, *Reinczkone* SCHOFF, militibus, *Han* de LOGOW, *Nicolao* BOLCZE, *Nicolao* de SACHINKIRCHE, *Petsczcone Wasirrabe* de CZIRLE & ALLEXIO nostro *notario*, qui presencia habuit in commisso.

a Bolkone, confirmat, per omnia

Datum

1369.

Testes.

DIPLOMA XX.

Litterae de uilla *Treutlinsdorff*, monasterio

sterio *Grissouiensi* donata a *Bolkone*, D. *Silesiae*. CIↃCCCLXIV.

IN *nomine domini amen.* Nos BOLKO, dei gracia *dux* SLESIE, *dominus de* FVRSTENBERG, SWYDENICZ *&* *Marchio* LVSACIE, ad uniuersorum tam prelencium quam futurorum huius pagine testimonio cupimus deuenire notionem, quod diuine ammonicionis instinctu cultum diuinum augere deuocius cupientes illustris principis AGNETIS, *ducisse* SLESIE *&* *domine* SWYDNICZENSIS, *consortis nostre carissime*, cunctorumque nostrorum fidelium *procerum ac nobilium* sano ac maturo *consilio* una cum ipsis prehabito diligenter, TESTAMENTVM PERPETVVM *in remissionem nostrorum peccaminum animeque nostre ac omnium progenitorum nostrorum animarum ob salutem* condere & *disponere* decreuimus, ymo condimus, *disponimus* presencium sub uigore & ex mera nostre liberalitatis munificentia nec non gracia & fauore speciali, quibus uenerabilem uirum dominum *Nicolaum*, dictum KESTENER, *abbatem nostri monasterii* GRISSOVIENSIS, *Cisterciensis ordinis*, *Capellanum nostrum deuotum* nobisque sincere dilectum, una cum suo *conuentu*, propter quamplurima & diuersa utilia & *fidelia seruicia* sua nobis & *nostre conthorali* predicte assidue & *hilariter exhibita* & adhuc successuris temporibus uberius exhibenda pleno prosequi cum effectu ipsi domino *abbati* premisso & suis successoribus nec non ipsius monasterii & conuentus fratribus presentibus & futuris uniuersis nomine ueri & in uerum TESTAMENTVM *uillam* nostram totam dictam TRVTLIBISDORFF, districtus nostri *Landishutenensis*, cum *Allodio*, *Sculteto* & *iure patronatus*, plenoque *iure ducali*, uidelicet, supremo & infimo, ceterisque *iuribus*, *appendiis*

BOLLO, *dux* Silesiae

in salutem animae,

monasterio Grissouiensi

uillam Trutlibisdorff *cum allodiis*,

& pertinenciis uniuersis, nil penitus excluso & excepto & nominatim prout ipsa uilla a longis & multis retroactis temporibus in omnibus suis *metis*, *terminis*, *gadibus* & *greniciis* circumferencialiter limitata est & distincta. Sicuti eciam ipsa uilla ad nos iusto empcionis interueniente titulo a fideli nostro *Heydenrico* de PREDIL peruenit, apud quem dictam uillam nostra comparauimus pecunia parata, & nichilominus eciam cum omnibus *exactionibus pecunialibus & annonalibus*, *censibus*, *redditibus*, *solucionibus*, *contribucionibus*, *Berna*, *precariis*, *dationibus*, *collectis*, *steuris*, *stacionibus*, *uecturis*, *angariis & parangariis*, *honoribus*, uidelicet *scapulis*, *pullis* & omne uti antiquitus consuetum extitit & seruatum, omnibusque eciam aliis *utilitatibus*, *usufructibus*, *obuencionibus*, *siluis*, *nemoribus*, *rubetis*, *uirgultis*, *lignis*, *pratis*, *pascuis*, *graminibus*, *piscaturis*, *aquis*, *aquarumue decursibus*, *uenationibus*, *aucupationibus*, *agris cultis & incultis*, *montibus & planis*, *emolumentisque* omnibus & singulis aliis in quibuscunque eciam rebus consistunt & quibuscunque nominibus *inuentis* & *inueniendis* solent nuncupari & specialiter eciam prout ipsam villam nos ipse habuimus, possidemus & possedimus pro presenti duntaxat post uite nostre tempora cum omni libertate & absque omni seruitutis onere habendam, tenendam, possidendam, utifruendam & in usus suos placidos pacifice & quiete pro omnibus nostris successoribus conuertendam, prout ipsis melius & utilius uidebitur, quomodolibet expedire, donamus, tradimus & conferimus per presentes. *Incorporamus* eciam *uillam* predictam cum *allodio*, *sculteto*, *iure patronatus*, *aliisque pertinenciis* ut premittitur uniuersis dicto *monasterio* cum omni

sculteto & iure patronatus aliisque,

donat;

mni *liberalitate & immunitate*, prout alia bona ipsius monasterii a nostris progenitoribus incorporata & appropriata euidencius dinoscuntur. Adiicientes eciam & habere omnino uolentes ut *uille* premisse *incole*, *inhabitationes*, *rustici & uillarii* nusquam alibi, quam coram monasterii *abbate* seu *aduocato* per abbatem constituto *iuri parere* debent, nec alibi *trahi* debent quomodolibet seu *citari* & si secus per quempiam attemptatum fuerit, irritum decernimus fo estum & inane. Volumus eciam ut nullus nostrorum officialium facultatem aliquam iurisdictionis alicuius exercendi habere debeat uilla seu bonis in premissis harum testimonio literarum, quibus SIGILLVM nostrum *maius* ex certa *nostra* scientia & de speciali nostro mandato est appensum in certitudinem & euidenciam firmiorem. DATVM Lubouie anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, uicesima die mensis Augusti. Presentibus nobilibus *Albertho* de HAKENBORN, *Vlrico* de BOBIRSTEYN, *Petzoldo* de BESCHOW, *Reinzkone* SCHOFF nostro Marschalko, *Heynrico* de CZIRNEN, militibus: *Peschone* dicto FRISEN, magistro coquine, *Peczoldo* FRISEN & *Petro* de CZEDELICZ, curie nostre Prothonotario, qui presentem literam a nobis recepit in commisso & aliis quampluribus fide dignis testibus ad premissa.

Exemtio a iudicio prouinciali.

Sigillum.

DATVM 1364.

Testes.

DIPLOMA XXI.

Nobilis de TANNYNBERG uendit monasterio GRISSOVIENSI uillam *Kindesdorff*; quem contractum confirmat BOLKO, dux Silesiae. CIↃ CCC II.

IN *nomine domini*, *amen*. Quae aguntur in

BOLKO, *dux* Silesiae, *testatur, nobilem de* Tannynberg, *consentientibus 1) uxore, 2) pueris, 3) fratribus, uillam* Kyndesdorff *uendidisse monasterio* Grissouiensi.

tempore, simul cum tempore a memoria hominum euanescunt, si non literis seu testibus fuerint solidata: nos igitur BOLKO, dei gracia *dux* SLESIE, *dominus de* FVRSTENBERG uniuersis quibus uarie deseruit, tam presentibus quam futuris uolumus esse notum, quod constitutus in nostra presencia fidelis noster *Friczko de* TANNYNBERG, sanus corpore & mente, diligenti *deliberatione prehabita*, de *consensu uxoris sue*, *filiorum*, *fratrum* & consilio aliorum amicorum suorum, fatebatur se religioso uiro domino HEYNRICO, *abbati* in GRIZOVIA & suis fratribus *uillam* suam desertam nomine KYNDESDORFF, non longe a monasterio in nostro dominio situatam cum omnibus *gadibus* suis, omni *iure* & *dominio*, sicut ab ipso per multos annos est possessa, *uendidisse*, iusto *uendicionis titulo pro quatuordecim marcis grossorum Polonici ponderis*, eandem uillam prefato *abbati* & suis posteris beneuole resignauit *iure hereditario* temporibus perpetuis possidendam. Insuper propter maius robur id quod premissum est memorari & confirmare nostra litera utraque pars deuotis nos precibus exorauit: seruicia igitur amborum intuentes peticioni eorum inclinauimus pias aures. Ne igitur huiusmodi empcionem & resignacionem coram nobis factam FRICZKO seu quisquam suorum inposterum infringere ualeat, presentem paginam super hoc confectam antedicto abbati suisque fratribus dedimus nostri

Sigillum. *sigilli* munimine roboratam. ACTVM & DATVM

Actum & Datum 1302. in *Landishuta*, in die sancte Trinitatis. Anno natiuitatis domini millesimo trecentesimo secundo.

Testes. Presentibus nostris fidelibus *Heynrico* BVCHWALT, *Conrado* de CZIRNA, militibus, *Heydenrico* de BECZOW, *Bartusche* de BEZOW, *Petro* de CZIRLA

LA & domino TYCZKONE, Prothonotario nostro, qui hec habuit in commisso.

DIPLOMA XXII.

Confirmatio contractus emtionis uenditionis super uilla *Heinrichsdorff* CIↄ CCCL.

IN *nomine domini, amen. Nos* BOLKO, Dei gratia *dux* SLESIE, *dominus de* FVRSTENBERG *&* *in* SWYDENICZ ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam uolumus deuenire, quod in nostra constitutus presentia HENSCHLINVS, aduocatus hereditarius in *Landishuta* sanus mente bonaque corporis ualetudine, usus eciam suorum amicorum ac liberorum consilio, *uendidit* rite & racionabiliter uera sub uendicionis forma uenerabilibus uiris domino NICOLAO, *abbati* conuentuique monasterii nostri *gracie sancte Marie*, quod uulgariter GRIZOW nuncupatur, *uillam* suam HEYNRICHSDORFF, districtus nostri *Landishutensis*, totam & totalem, excepto solo allodio plebani ibidem, suis cum pertinenciis omni eo iure, usufructu, utilitate & dominio, quibus ipse HENSCHLINVS eam habuit hactenus & possedit, cum *pratis, rubetis, aucupio, piscatura & aliis* quibuscunque *circumstantiis*, prout eciam dicta uilla in suis *greniciis, metis & gadibus* circumferencialiter est distincta & nominatim *liberam ab omni seruicio, exactionibus, angariis, peticionibus, parangariis, uecturis, seu* quibuscunque aliis huiusmodi *uexacionibus* quocunque censeantur nomine, *excepto duntaxat iure nostro superiori*, pro *septuaginta marcis grossorum Pragensium, Polonicalis numeri ac pagamenti* sibi actu solutas totaliter

BOLKO *dux Silesiae, testatur: Henschlinum uendidisse monasterio Grissouiensi, uillam Heinrichsdorff.*

liberis ipsius desuper se abrenunciantibus. ter & pagatas. De qua eciam *uilla* & omnibus eius, ut prescribitur, pertinenciis liberi ac *nati Henschlini* predicti uoluntarie *abrenunciantes* se totaliter excluserunt. Nos igitur deuocionem predictorum aduertentes & eorum precibus benignius annuentes, dictis domino NICOLAO, *abbati* & *conuentui gracie sancte Marie uillam* prenotatam cum omnibus & singulis, ut prescribitur & nominatam liberam de nostri principatus munificentia contulimus habendam & a nobis & omnibus nostris successoribus commode & pacifice perpetuis temporibus libere possidendam. In cuius rei robur certitudinemque firmiorem presentes nostri SIGILLI *maioris* de nostra certa sciencia robore iussimus communiri. DATVM *Landishute* in die Epyphanie domini, anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo. Presentibus fidelibus nostris *Reynoldo* de CZIRNEN, milite, *Heydenrico* de PREDIL, *Syffrido* de CZEDELICZ, *Rudlino* BYER, *Gunczelino* BVCHWALT, *Henselino* BARTVSII, GVNCZELINO nostro Prothonotario & *Petro* de CZEDELICZ, qui presencia habuit in commisso & aliis quam pluribus fide dignis ad premissa.

Sigillum. Datum 1350. *Testes.*

DIPLOMA XXIII.

Instrumentum emtionis uenditionis, priuata autoritate confectum. CIↃ CCCL.

IOANNES, *aduocatus* Landishutiensis, *uendit*

NOuerint uniuersi presencium noticiam habituri, *me* IOHANNEM, *aduocatum hereditarium* in *Landishute* & NICOLAVM *filium meum*, incolumes corporibus nec non compotes mentis omni prehabito maturo *consilio* amicorum, publice

ce ſcriptis in his profiteri, *uillam* noſtram *Heynrichsdorff* nominatam prope *Landishut uendidiſſe* cum omni *cenſu*, *iure & dominio*, que in ea habebamus poſſidendo, uiro bone religionis domino *Nicolao* KESTENERI, *abbati in Grizow*, conuentui toti ibidem *pro LXX. marc. Polonici pagamenti*, quarum *quinquaginta* iam percepimus perſolutas, reliquas uero *XX.* in feſto ſancti *Michaelis* proxime affuturo perſoluendas. Quam uendicionem ratam & gratam & inuariabilem tenere ſpondemus, bona fide abſque dolo, una cum patruo meo dilecto *compromittente*, *domino* ALBERTO, *eadem bona exbrigando ab omni impeticione*, *usque ad finem anni & diei uendicionis more conſueto & obſeruato.* In huius uendicionis teſtimonio harum literarum communitarum *ſigillorum* noſtrorum appenſione. Preſentibus conſulibus uidelicet *Vrowino* & *Girlaco* de GRECZ, domino *Petro* KISKONE, domino THOMA, predicatore in *Hayn* & ſcriptore preſentis litere, aliisque *multis fide dignis.* Anno domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo, iubileo in uigilia uigilie aſcenſionis domini noſtri Ieſu Chriſti.

monaſterio Griſſouienſi *uillam Heinrichsdorff.*

exbrigare.

SIGILLA.

Teſtes.

Datum 1350.

DIPLOMA XXIV.

Inſtrumentum ſuper *prata Heinrichsdorffenſia*, donata monaſterio *Griſſouienſi* ab AGNETE duciſſa CIƆ CCCLXXXV.

WIr AGNES von Gotis gnadin *Herczogynne in* SCHLESIEN, *Vrowe von* FVRSTINBERG, *czur* SWYDENICZ *und czum* IAWR, bekennen offintlich mit dyſem Briefe, daz wir *mit rate unſer getrawen* mit wol *vor bedachtem mute* von ſünderlich Gunſt unde von unſern Fürſtlichin Gnadin gege-

AGNES *duciſſa Sileſiae.*

monasterium Grissouiense *inauguerat bonis & iuribus enumeratis.*

gegebin, gelegin und gelanget habin, geben, lien und langen och mit crafft dyses briefes deme *wirdigen unde unsrem besundern liebin andachtigen Herin* IOHANSE BOWMSHABE, *Apte des Clostirs unde Stiffte czu* GRIZOW, deme Clostir unde der ganczen Sammenunge doselbist dy iczunt syn unde czu komfticlich werdin, *unsere Wesen czu Grozin* HEYNRICHSDORFF in deme *Weichbilde czu Grozin Heynrichsdorff*, in deme *Weichbilde* czur *Landishute* gelegin, als dy in allen yren *reynen* und *greniczen* gelegin synt, mit allin sulchin *rechten, nuczcze, genyesse* unde *fruchtbarkeyt*, und in al der *maze*, alz dy von aldirs gelegin ist und legt und alz wir dy selber gehat habin, ewiclich gemachsam und ungehindert czu habin, czu besiczczen, czu *vorkowfen*, czu *vorseczczin*, zu *vorwechsiln*, und an yren nucz, alz in das allerfüglichste wirt syn, czu wendin. *Sigillum.* Mit urkund dyses briefes vorsygelt mit unserm anhangendin *Ingesigel. Gegebin czu Grizow* nach Christs Geburt driczenhundirt Jar, dornoch in dem funff und achczigesten Jare am nehesten Sontage noch dem Obirsten (*) Tage. *Datum 1385.* Dobey synt geweſt unser getrawen, *Testes.* Her *Nickel* vom Czinsberge, Her *Heynrich* von Czirnen, Her *Vlrich* Swab, *Günther* von Ronow, *Heynrich* und *Reincz* von der Czirle, und *N.* Lobeschicz unser *Schriber*.

DIPLOMA XXV.

BOLKONIS super mediam partem uille *Ludwigesdorff* CIↃCCCXXXII.

IN *nomine domini, amen.* Cunctorum perit memoria, nisi testium & literarum admini-

(*) quis ille supremus dies? Num *Obirsten* quasi contracte *Ostern*?

culo

culo perhennentur. Nos igitur BOLKO, dei gracia *dux* SLESIE, *dominus de* FVRSTINBERG *& in* SWIDENICZ, uniuerſis tam preſentibus quam futuris uolumus eſſe notum, quod conſtitutus in noſtra preſencia IERVSIVS, *filius Budimeri* felicis memorie, dicti de SCALICZ, ſana mentis ualetudine, diligenti *deliberatione & conſilio* ſuorum amicorum prehabitis, religioſo uiro domino HEYNRICO, abbati in *Grizouia* & ſuis fratribus ſua bona, uidelicet mediam partem *uille* LVDEWIGSDORFF cum *ſilua* ſibi adiacente uerſus dictum Clauſtrum ſitam cum omni *iure & dominio* ſicut ab auo & patre ſuo hactenus ſunt poſſeſſa, ſe *uendidiſſe pro ſedecim marcis groſſorum Pragenſium Polonici ponderis*, de quibus ſe pagatum eſſe rite & racionabiliter recognoſcens predicta bona prefato abbati & ſuis poſteris beneuole reſignauit. Nos uero propter maius robur memorari & confirmare noſtra litera, utraque pars inſtanter multiplicatis interceſſoribus exorauit. Ne igitur huiusmodi empcionem & reſignacionem coram nobis factam *Ieruſius* ſeu quisquam ſuorum amicorum in poſterum infringere ualeat, preſentem paginam ſuper hoc confectam, ante dicto abbati ſuisque fratribus dedimus noſtri SIGILLI munimine roboratam. *Actum & datum in Landishuta*, in octaua Epyphanie, anno natiuitatis domini M CCC XXXII. Preſentibus noſtris fidelibus *Heynrico* Buchwalt, milite, *Martino* & *Petro* de Swenkinuelt, *Barthuſchone* de Bezow, *Melocone*, *Mathia* de Brunow & domino Tyczcone noſtro Prothonotario, qui preſencia habuit in commiſſo.

Bolkonis, *quo teſtatur:* *nobilem de* SCALICZ *mediam partem uillae* LVDWIGSDORF *uendidiſſe monaſterio* Griſſouienſi.

Sigillum.

Actum & Datum 1332.

Teſtes.

DIPLO-

DIPLOMA XXVI.

Confirmatio WENCESLAI regis Bohemiae super *Buchwalt*, *Czepansdorff*, *Oppow* &c. CIↃ CCC XCIX.

WENCESLAVS *confirmat instrumentum emtionis uenditionis, iam ante autoritate publica Agnetis, confectum,*

WIR WENCZCLOW von Gotis gnadin *Römyscher König*, czu allin czeiten Mehrer des Riches und *König zu Behemen* bekennen und thun kunt offintlich mit dysem Briefe allin den dy en sehn adir hörin lesin, daz wir von wegin des ersamen und geystlichin *Apthes* unde *Conuentes* des *Closters* czu GRIZOW unsir Libin andachtigen gebeten synt mit demutigem Flezze daz wir yn und yrim Clostir eyn *Priuilegium* und Hantvestin das yn die hochgeborne AGNES, etwen *Hertzoginne czur* SWYDENICZ und czum IAWR, unsre liebe *Mume und Furstynne* obir etliche *yre Güter* gegebin hat, dy do gelegin synt in deme *Wichbilde czur Landishute*, czu vornewen, czu bestetigen, czu befesten unde czu confirmiren gnediclichen geruhten. Derselbe Brieff hernoch von Worte czu Worte geschrebin steht und also lawtet:

Wir AGNES, von Gotis gnadin *Herczoginne in Slesien*, *Vrowe von Fürstinberg*, *czur Swydenicz und zum Iawr*, bekennen offintlich mit dysem Brieffe, daz vor uns komen synt unsere getrawen *Hanns Schonevogel* und *Kuncze Hunder*, Gebrüdere etwan Hern *Heniken* Söne von *Seidelicz*, bey gutir vornunfft und gesundime Liebe, und habin *mit wolbedachten Mute* unbetwungen und mit rate yrre Vriinde bekant, daz sy recht und redelich *vorkowft* habin deme Erwirdigen in Gote Vatemunde Hern, Hern *Heynrich*, genant von PROBISTHAYN *Apte* des Clostirs *Grizow*, yre hernoch geschrebene *Güter und Dörffer*, vornemelich den *Buchwalt*, *Czepansdorff*, *Oppow und Kunczendorff*

super bona, hic recensita,

in

in unserm *Landisbutischem Wychb lde* gelegin, czu habin, czu halden unde ewiclich czu besiczczen *mit yren Erbczinsen in Pfennigen und in Getraydis weyse*, und mit allin sulchen *Rechten, Erungen, Renten, Nucczoczeugessen, Fruchtbarkeyten unde Wrden, mit Ackern unde ungearn, mit bergin, unde mit gründen, mit allin Welden, pöschin, haynen, holcze und rütechte*, dy der egenanten Gebrüdern Vater und och sy selbir neben de egenanten Gütern und Dorfer bis do her gehabit habin mit *Wezen, Weyden, Wassirn, Wassirlewften, und Vischrien, mit Scholtissen, Richtern, Leuten und Gebawern, und mit allen andern yren czugehörungen*, mit welchen Wortin das czu nennen sy, *keynes uzgenommen*, und mit sulchir *vollir Vriheyt* und in al der masse, alz das allis dy egenanten Gebrüdir Hannus und Kuncze und och yre Eldirn unde Vorvaren gehabit, und von alder czeit bys doher besessin habin, unde alzo dyselbin Güter und Dörfer, Welde unde Pösche mit allen yren czugehörungen, in allyn yren *reynen* unde *greniczen* legin und von aldirs gelegin haben: dorczu och uns uff den vorgenanten Gütern unde Dörfern mit volle unde vryen Fürstlichen *Herschefften, Obirsten unde Nedirsten Rechten unde Gerichten*, unde mit allin *yren bussin*, und andern yren *czugehoerungen, wy man das pfleget czu nennen*, alz wir das allis obir dy selbin Fürstlichen Herschaften, obirsten und niderften Rechte und Gerichte der vorgenanten Güter und Dörfer, unde yrer czugehörungen von Altsessin unde Erbsessin wol vernomen, unde gehört habin, unde des volkömelich syn underwyst. Och ist vor uns komen dy Erbar VROWE MARITE, *unsere Hovemeysterinne*; unde der obgenantin Gebrü-

quae nobiles de Seideliz uendiderunt monasterio Grissouiensi.

Mater nobilium de Seidelız *renunciat* suo iuri.

brüdere, *Hannus und Kunczen Muter*, dy dy obgeschrebene Güter unde Dörfer czu *Leyngedinge* gehabt hat, und hat sich des *mit vroelichem Antlicze und mit lachendem Munde vorczihende*, dy obgenanten Güter und Dörfer mit denselbin yren Sönen in unsere Hende *williclichen uffgelassen.* Czu deme selbin kowfe unde czu der Ufflassunge haben wir och *von Fürstlinlicher Mochte* unsern Fürstlichen Willen und Gunst gegebin, und daz dy Brüder czu *Grizow* czu Gotis Dynste und unserm ewigen Gedechtnisse seyn desto fleysiclicher geneyget, so haben wir och von Furstenlicher mochte deme obgenantin *Erwürdigen Vater* Hern HEYNRICHE *Apte* des egenanten Clostirs *Grizow*, synem Covent unde yren Nachkomen dy czukünfticlich syn werden, dy oftgenanten *Güter und Doerfer, den Buchwalt, Czepansdorff, Oppow unde Kunczendorff* mit allen yren obgeschrebin *czugehoerungen, Früchten und Nuczczen* mit vollen *fürstlichen Herschaften*, mit *obirsten unde nedirsten Rechtin und Gerichten*, mit allin vorgenantin *Weldin, Püschen, Rütechte* und sunderlich mit allir sulchir *Friheyt*, mit allin sulchin *wirden, czugehoerungen*, und alle der masse und *meynunge* alze obingeschrebin steet, gelegin und gelanget, ewiclich, gemachlich, gerueclich unde ungehindert czu habin, czu besiczczen, czu vorkowfen, czu vorseczczin, czu verwechsiln, czu vorwandiln, und an yren nucz, alz yn das allerfüglichst wirt syn, czu wenden. Mit Urkund dys Briefes vorsygelt, mit unserm anhangendin
SIGILLVM. INGESIGEL. GEGEBIN czur *Swydenicz*, noch Christs
Datum 1378. geburt *driczenhundirt Jar, dornoch in dem acht und sebenczigsten Jare*, am nechsten Dinstage noch
TESTES. Synte *Ulrichstage*, des synt *geczüge* unsere getrawen

trawen Her *Reincz Schoff*, Her *Lycze* Wegiste von Czedelicz, Her Hannus von Czirnen, Her Heyneman von Schönenveld, Heynrich Wiltberg, unser Marschalk Kuneman von Seydelicz und Hannus von Slewicz unser Lantschreiber, deme dyser Briff wart bevoln. Des haben wir mit wolbedachtem Mute und mit gutem rate, und rechtir gewissen durch sunderlicher bethe unde andachtikeyt willen des vorgenanten Aptes und Conventes, unde besundir dorumme, daz sy deme almechtigen Gote destirbas gerueclich dynen mögen, das vorgenante *Privilegium*, *Handfeste* und *Briefe* gnediclich *vornewet*, *bestetiget*, *befestet* unde *confirmiret*, vornewen, bestetigen, befesten und confirmyren den *von Bemyscher Koeniclicher Machte, und als ein Herczog in Slesia*, in craft dys brifis, und mynen, seczen und wollin, daz derselbe briff in allen synen Puncten, Meynungen und Begreyfungen als her dorvor von Wort czu Wort geschrebin steet, und sy den recht unde redelich herbracht und irworben habin, stete, ganez und unvorruckt blybe und gehaldin werden sol von allermenniclichen ungehindert. Mit Urkund dys Brifes vorsygelt, mit *unser Koeniclicher Mayestad Ingesigel.* GEGEBIN czu *Prag*, noch Christs Geburt driczenhundirt und dornoch in deme newnden und newnzigesten Jaren, des Donnerstags vor dem Palmtage in der Vasten, unsers Reiches des Behmischen in dem sechs und drisigesten, und des Römischen in dem dry und zwenczigesten Jahren.

Confirmatio.

Sigillum.

Datum 1399.

DIPLOMA XXVII.

Monasterium *Grissouiense* confert HEINRI-

co *Buchwalt* uillam incultam *Koenigshayn*, ſub iure meliorandi, ad dies uitae CIↃCCCXXVIII.

BOLKONIS, *teſtantis*: *monaſterium* Griſſouienſe Heinrico Buchwaldtio *ceſſiſſe uillam* KOENIGSHAYN, *ad dies uitae, idque ſub lege meliorandi*.

IN *nomine domini amen*. Omnis actio humana ſubito tranſit a memoria, ſi non fuerit literis ac teſtibus ſolidata. *Nos* igitur BOLKO, dei gracia *dux* SLESIE *& dominus in* SWIDENICZ, notum fieri tenore preſencium uolumus uniuerſis preſentibus & futuris, quod religioſus uir dominus HEYNRICVS, *abbas monaſterii gracie ſancte Marie*, quod uulgariter GRIZOW nuncupatur, *ordinis Ciſtercienſis* & *Heynricus* dictus BVCHWALD, fidelis noſter, coram nobis conſtituti humiliter petiuerunt ipſis audienciam dari & uerba atque contractus eorum noſtris literis confirmari. Prefatus itaque dominus HEYNRICVS *abbas* de *conſenſu* ſui *conuentus* dedit & contulit dicto *Heynrico* BVCHWALT *uillam* nomine *Koenigsbayn*, prope Lubauiam ſitam & longo iam tempore deſolatam, cum omnibus circumferenciis & gadibus ſeruiciis & aliis iuribus que predictum monaſterium in uilla eadem dinoſcitur habuiſſe. Iudicio ſanguinis excepto, quod fieri debet in Lubauia atque geri. Ea uero condicione adiecta, ut dictus HEYNRICVS *uillam nominatam* locare & *inſtaurare* debeat prout poterit in preſenti & tantummodo *ad uite ſue tempora poſſidere*. Ipſo uero *defuncto uilla* ſepe dicta ad honorem dei & *remedium anime* ſue nomine TESTAMENTI ſicut inuenta fuerit cum omnibus que per ſuam induſtriam ibidem comparauerit uel contraxerit *ad* dictum *monaſterium in quo ſuam elegit ſepulturam* redibit & *ſine* omni *impeticione uxoris ſue* uel *puerorum* ſuorum in perpetuum permanebit. Quam unionem gratam & ratam habentes precibus utriusque partis fauo-

fauorabiliter inclinati approbamus, *ratificamus & confirmamus* presencium nostrarum sub SIGILLO nostro certitudine literarum. ACTVM & DATVM in *Landishute*, anno domini millesimo trecentesimo uicesimo octauo, in die Ascensionis domini. Presentibus his domino IOHANNE, iudice curie nostre, *Cunrado* de CZIRNA, fratre suo *Gelfrado* de STERCZE, *Rudigero* de WILTBERG, *Bartuschow* de BEZOW, *Henczkone* de LIBENOW, IOHANNE aduocato in *Landishute*, domino TYCZCONE Prothonothario nostro & aliis pluribus fide dignis.

Sigillum.

Actum & Datum 1328. *Testes.*

DIPLOMA XXVII.

Confirmatio emtionis *uenditionis* uillae *Voglingsdorff*, data monasterio *Grissouiensi* CIↃ CCC XCVII.

IN *nomine Domini*, *amen.* Ordo rationis expostulat, ut gesta hominum memoria digna sempiterne, ac testium caucione solerter debeant premuniri. Hinc est quod *Nos* BOLKO, dei gracia *dux* SLESIE *& dominus de* FVRSTENBERG, his in scriptis uniuersis innotescimus, quod cum *Rudigerus* dictus de HVGEWICZ, miles noster, quandam suam *uillam* communiter VOGLINSDORFF nuncupatam ciuitati Landishute adiacentem, singulis annis *sex marcas* & *nouem scotos* plene soluentem in censu, siue eciam magis processu temporis propter noualia, domino THEODORICO, *abbati gracie sancte Marie* suoque conuentui *iure hereditario uendidisset* pro quadam *certa summa pecunie* de *consensu* omnium *puerorum suorum*, dictus dominus *abbas* eandem pecunie summam sicut promisit ad singulos *terminos* ad hoc *prefixos* prius nominato RVDIGERO ex integro *persoluit*, secun-

BOLKO, *dux* Silesiae, *fatetur: militem de* Hugewiz *uendidisse monasterio* Grissouiensi *uillam* Voglinsdorff, *sine oneribus.*

dum quod ſepe dictus RVDIGERVS fuerit proteſtatus tunc in noſtra preſencia conſtitutus. Huic itaque hereditario contractui facilem *prebuimus aſſenſum*, eo quod iam premiſſus RVDIGERVS *ſuique pueri* ſeruicium, de quo ipſa uilla dudum erant nobis mancipati, ad alia ſua bona in noſtro dominio habita tranſtulerunt. Ita quod hac translatione ſiue ordinatione mediante preſcriptum Clauſtrum reddimus abſolutum de tali ſeruicio, reſpectum de hoc habentes ad ipſum *Rudigerum* & ad pueros eius, ſecundum quod ipſi unanimiter fieri decreuerunt. In huius rei perpetem memoriam preſens ſcriptum noſtri *Sigilli* appenſione dignum duximus confirmari. ACTA ſunt hec in *Landshuta*, anno domini milleſimo ducenteſimo nonogeſimo ſeptimo, in die ſancte Petronille uirginis. Preſentibus his, uidelicet *Reniskone* & *Stephano*, fratribus dictis de Swenkinveld, *Ludwico* Lite, *Peczoldo* de Schuchendorff, *Petro* Libenow, *Iohanne* aduocato de Paczkow, *Nicolao* aduocato de Iauer, cum aliis pluribus fide dignis. *Datum* in *Landshuta* per manus Syffridi Prothonotarii noſtri.

Quae imponuntur bonis aliis. *Sigillum.* *Actum 1297.* *Teſtes.* *Datum.*

DIPLOMA XXVIII.

Inſtrumentum *emtionis-uenditionis* ſuper quibusdam *noualibus* CIↃ CCC LXXIII.

Conradus BVCHWALD noualia *quaedam*

IN *nomine domini, amen.* Vt omnis dubietatis ſcrupulus de re certa funditus reſecetur, expedit modum & formam geſte rei literis & teſtibus perennari. Hinc eſt, quod ego CONRADVS BVCHWALT, filius olim *Gunczelini Buchwalt* ad uniuerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam cupio deuenire, quod *Noualia* quedam, *gades* uille *Czedir* ſub domino abbate Grizonienſi ſitu-

si situate immediate contingencia, que paterna deuolutione ad me legitime & hereditarie sunt deuoluta, rite & rationabiliter iustis uendicionis & empcionis interuenientibus titulis *uendidi* uenerabili & religioso uiro domino NICOLAO *abbati* totique conuentui *monasterii* GRIZOVIENSIS, *hereditarie* & perpetue possidenda, que prius *Guncze-lino* dicto *Molberg*, pro DECEM MARCIS paratorum *denariorum* tali uendidi condicione, ut quandocunque pro simili pecunia ea possem *reemere* liberam & plenam *reemendi potestatem* habuissem. Tali eciam condicione ipse *Gunczelinus Molberg* ea uendidit *Nicolao Ottindorff* pro decem marcis Polonici pagamenti. Nunc uero consilio amicorum meorum prehabito non coactus nec deceptus, nec per errorem seductus, sed deliberatione adhibita diligenti predicta *Noualia* pleno iure & dominio, quo auus meus dominus *Heynricus Buchwald* & pater meus *Gunczelinus Buchwald*, bone memorie eadem habuerunt & possederunt, utque ego ipse usque in presentem diem ea tenui & possedi rite & rationabiliter ut premittitur *uendidi* uenerabili & deuoto uiro domino NICOLAO *abbati* monasterii *Grizouiensis* eiusque conuentui supradictis, cum omnibus utilitatibus, fructibus, usufructibus, redditibus, censibus & specialiter cum *censu denariorum*, cum censu *auene* & *pullorum*, omnibusque aliis pertinenciis, quibuscunque censeantur nominibus cum plena libertate, absque omni onere seruitutis, cum *metis*, *terminis* & *greniciis* uniuersis, prout auus meus & pater meus supradictus & ego post eos dicta Noualia possedimus & tenuimus, perpetuis temporibus hereditarie possidenda pro quatuordecim marcis paratorum denariorum, de quibus Nicolaus Ot-

uendit monasterio Grissouiensi, *perpetuo iure possidenda*, *cum* accessoriis *quibuslibet*.

tindorff percepit decem, quas prius dedit Gunczelino Molberg & Gunczelinus Molberg, dedit michi, in prima empcione supradicta, residuas uero quatuor marcas ego *percepi*. De quibus eciam dominum abbatem & conuentum memoratos liberos pronuncio & *quietos*. Promitto quoque ipsis domino abbati & conuentui sepe dictis bona fide absque omni dolo, quod sepedicta *Noualia*, nunquam per me, nunquam per amicos, nec per consanguineos, nec per procuratores, nec per alios quoscunque *repetere* uel impetere uolo nec debeo. Nec ipsos dominum abbatem & conuentum supradictos aliquo modo, uerbo uel facto, consilio uel auxilio pro eisdem *arrestare* seu impedire. Sed ipsi dominus abbas & conuentus monasterii memorati prefata bona pacifice & quiete sicut alia bona sua perpetue & hereditarie possidere & habere debent nullo penitus contradicente aut prohibente. In cuius rei euidenciam & certitudinem firmiorem presentem literam ipsis domino & conuentui monasterii Grizouiensis dedi mei appensione *sigilli* roboratam. *Actum & datum* in LAND SHVTA, proximo sabbato post diem sancti Andree apostoli, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo tercio. Presentibus *Nicolao* de Ottindorff, *Girlaco* de Grecz, *Rudelino* Boumschabe, *Cunrado* Leibenicht, *Cunlino* Lippoldi, *Henzelino* dicto de Genczh, & aliis pluribus fide dignis.

arrestare.

Sigillum. Actum & Datum 1373.

Testibus.

DIPLOMA XXIX.

Emtio & *uenditio* nemorum, dictorum HEYNE, confirmata a ducissa *Silesiae*, AGNETE CIↃCCC LXXIII.

In

IN nomine domini, amen. Nos AGNES, dei gracia ducissa SLESIE, domina de FVRSTENBERG in SWYDENICZ & in IAWR, recognoscimus tenore presencium uniuersis, quod ad nostram ueniens presenciam fidelis noster Nicolaus OTTINDORFF, mente & corpore sanus, animo uendidit deliberato uenerabili in Christo patri ac nobis dilecto domino Nicolao dicto KESTENER, abbati monasterii gracie sancte Marie & ipsius conuentui rubeta seu nemora, uulgariter HEYNE nuncupata, retro uillam Czedir, & inter eandem uillam & castrum Swarczinwalde in districtu Landishutensi sita & iacentia, ipsis eadem omnibus eisdem iure, modo, utilitatibus dominio & libertatibus prout pridem Gunczelinus de Molberg & dictus Nicolaus Ottindorff ipsa per se habuerunt & possederunt, ueluti quod antiquitus in singulis suis metis & greniciis distincta & limitata sunt, iacuerunt & iacent in nostris manibus resignando. Nosque de principatus nostri munificencia dictis uendicioni & emptioni benignum prebentes assensum prefatis uenerabili in Christo patri domino Nicolao dicto KESTENER monasterii gracie sancte Marie & ipsius successoribus abbatibus necnon conuentui, qui pro tempore fuerint, predicta rubeta seu nemora, inter uillam Czedir & castrum Swarczinwalde iacentia omnibus eisdem iure, modo, utilitatibus, fructibus, dominio & libertatibus prout superius expressum est per presentes conferimus perpetuo & pacifice habenda, possidenda, uendenda, obliganda, alienanda, permutanda & in usus ipsorum placidos, prout ipsis melius expedire uidebitur, conuertenda, harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. DATVM Swidenicz, anno domini millesi-

AGNES, ducissa Silesiae testatur: Nicolaum OTTINDORF uendidisse nemora, dicta HEYNE, monasterio Grissouiensi.

Sigillum. Datum 1373

lesimo trecentesimo septuagesimo tercio. Presentibus fidelibus nostris di'ectis *Renezkone* Schoff, milite, *Nicolao* Sachenkirche, *Gunthero* de Ronow, *Hermanno* de Seydelicz & *Iohanne* de Slewicz, curie nostre notario, qui presencia habuit in commisso & aliis pluribus fide dignis testibus ad premissa.

Testes.

DIPLOMA XXX.

Confirmatio contractus, priori similis CIϽ CCCLXXVII.

AGNETIS, *ducissae* Silesiae, *testantis*: *monasterium* Grissouiense noualia *quaedam*

NOS AGNES, dei gracia *ducissa* SLESIE, domina de FVRSTINBERG, in SWYDENICZ & in IAWR, ad uniuersorum presencium & futurorum noticiam presentibus uolumus deuenire, quod HEYNRICVS *maior* & HEYNRICVS *iunior*, filii *Heynrici* dicti *Buchwalt* olim residentis in *Czedir* in bona mentis & corporis ualetudine, in nostra constituti presencia, non coacti, non fraude nec errore decepti, sed matura deliberatione diligenter adhibita, libera uoce fatebantur, se rite & rationabiliter *uendidisse* iustis uendicionis & empcionis titulis interiectis uenerabili uiro domino *Heynrico Probisthayn*, abbati *monasterii Grizouiensis* & suo conuentui omnia *noualia* que uulgariter HAYNE dicuntur, retro uillam Czedir, in qua Heynricus Buchwalt senior manebat, que noualia ad hereditatem illam in Czedir ab antiquo pertinuerunt, que eciam ad ipsos Heynricum maiorem & Heynricum iuniorem prefatos paterna deuolucione sunt legitime & *hereditarie* diterminata cum omnibus *utilitatibus*, *fructibus*, *redditibus*, *censibus*, *solucionibus*, *pecunialibus*, *aliisque pertinenciis* uniuersis in quibuscunque rebus consistunt & quibuscunque nominibus censeantur & simpli-

ſimpliciter eo *modo* & *iure*, *dominio* & *libertate*, nichil excluſo penitus & excepto, prout ipſa noualia a prima exſtirpatione ſua in ſuis *metis* & *gadibus* circumferencialiter ſunt diſtincta, utque prefatus Heynricus Buchwalt ſenior multis tranſactis temporibus tenuit ac poſſedit & poſt ſupradicti ſui filii hucusque tenuerunt ac poſſederunt. Ipſa inſuper *Noualia* cum eorum utilitatibus ſupradictis in manus noſtras libere *reſignarunt*, nobis debita cum inſtancia ſupplicando, quatenus dictam empcionem & uendicionem de conſweta benignitate ratam & gratam habere dignaremur. Quorum precibus inclinati *uendicionem* & *empcionem* preſcriptam *ratam habentes* & *gratam* ſepe dicta Noualia cum omnibus eorum fructibus, utilitatibus, emolumentis, iuribus, libertatibus & dominiis ſupra ſcriptis, aliisque ſuis pertinenciis uniuerſis nominatis & nominandis ipſi domino HEYNRICO, *abbati* monaſterii Griſouienſis & ſuo conuentui, nec non & eorum ſucceſſoribus uniuerſis ex mera noſtre liberalitatis munificentia & gracia ſpeciali preſentibus, conferimus, tradimus, *aſſcribimus* & *appropriamus* perpetuis temporibus pacifice poſſidenda, uendenda, obliganda, exponenda, commutanda & in uſus ſuos neceſſarios & beneplacitos libere conuertenda, prout ipſis utilius uiſum fuerit, uel uidebitur expedire. Harum teſtimonio literarum, quibus maius noſtrum *ſigillum* ex certa noſtra ſcientia preſentibus eſt appenſum. DATVM *Swydenicz*, anno domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, feria tercia proxima ante diem ſancti Viti. Preſentibus fidelibus noſtris, *Nicolao* de Czeisberg, *Hermanno* de Czeteras, militibus, *Gunthero* de Ronow & *Heynrico* Wiltberg, *Vlrico* Swob, *Tham-*

titulo EMTIONIS *ſibi acquiſiuiſſe*,

Sigilla.

DATVM 1377.

Teſtes.

Thammone de Lasano & domino *Petro* de Nebilschicz nostre curie *Prothonotario*, qui presencia habuit in commisso, ac aliis pluribus testibus ad premissa.

DIPLOMA XXXI.

Confirmatio contractus emtorum noualium CIↃCCCLXXV.

AGNES, D. Silesiae *testatur*: Molbergium *quaedam* noualia *cum pertinentiis*, *uendidisse monasterio* Grissouiensi.

NOs AGNES, dei gracia *ducissa* SLESIE, *domina de* FVRTENBERG in SWYDENICZ & in IAWR, harum serie literarum notum esse uolumus presentibus & posteris uniuersis, quod fidelis noster CONRADVS MOLBERG, filius *Gunczelini Molberg* sanus corpore & compos rationis in nostra constitutus presencia, non illectus, nec errore deceptus sed prouida deliberatione diligenter premissa, *quasdam noualium partes*, uidelicet *quartum dimidium* Nouale que proprie HAYNE nuncupantur, retro uillam *Czedir*, in nostro *Landishutensi* sitas districtu, libera uoce fatebatur se rite & rationabiliter *uendidisse* iustis uendicionis & empcionis titulis interiectis uenerabili domino HEYNRICO PROBISTHAIN, *abbati* monasterii *Grizouiensis* & suo conuentui cum omnibus *utilitatibus*, *fructibus*, *reditibus*, *censibus*, *solucionibus*, specialiter cum *auena* & *pullis*, *honoribus*, *seruiciis* & cum *araturis* nominatim aliisque pertinenciis uniuersis in quibuscunque eciam rebus consistunt & quibuscunque nominibus & uocabulis censeantur & simpliciter eo *modo*, *iure*, *libertate* & *dominio*, nichil excluso penitus & excepto, prout ipsa noualia a prima exstirpatione sua in suis metis & gadibus circumferencialiter sunt distincta, utque *Conradus Molberg* a multis retroactis temporibus eadem possedit. Ipsas

pſas inſuper *Noualium partes* in manus noſtras libere *reſignauit*, inſtanter rogitans, quatenus *uendicionem & empcionem* easdem de inclita benignitate *ratam & gratam habere* dignaremur. Cuius precibus fauorabiliter annuentes uendicionem & empcionem preſcriptas *ratam habemus & gratam.* Supradictas noualium partes cum omnibus eorum fructibus, utilitatibus, iuribus, libertatibus & dominiis ſupraſcriptis aliisque pertinenciis uniuerſis nominatis uel nominandis ipſi domino HEYNRICO, *abbati* monaſterii *Grizouienſis* & ſuo conuentui ſupradictis, eorum ſucceſſoribus uniuerſis ex *mera principatus noſtri munificentia & gracia ſpeciali* preſentibus, conferimus, tradimus, *appropriamus & donamus* perpetuis temporibus pacifice & quiete poſſidendas, uendendas, obligandas, commutandas & in uſus ſuos placidos, prout expedire uidebitur, commutandas. Harum, quibus noſtrum maius *ſigillum* ex certa noſtra ſcientia preſentibus eſt appenſum, teſtimonio literarum. DATVM *Swydenicz* anno domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quinto, in die beate Cecilie uirginis. Preſentibus fidelibus noſtris *Reineczkone* Schoff, milite, *Kunnemanno* de Seydelicz, *Nicolao* de Sachinkirche, domino *Petro* de Nebilſchicz noſtro *Prothonotario* & *Iohanne* de Slewicz, curie noſtre notario, ac aliis pluribus fide dignis teſtibus ad premiſſa. *Sigillum.* Datum 1375. *Teſtes.*

DIPLOMA XXXII.

Eiusdem cum priori argumenti CIↃ CCC LXXV.

NOS AGNES, dei gracia *duciſſa* SLESIE, domina in FVRSTENBERG, in SWYDENICZ & in IAWR, ad AGNETE, D. Sileſiae

consensum *suum declarante*, Conradus BVCHWALD *uendit monasterio* Grissouiensi *quaedam* noualia, *qui* contractus *firmatur*

ad uniuersorum presencium & futurorum noticiam uolumus deuenire, quod *Conradus Buchwalt* noster fidelis in bona mentis & corporis ualetudine in nostra constitutus presencia, non coactus, non fraude, nec errore deceptus, sed matura deliberacione diligenter adhibita libera uoce fatebatur se rite & racionabiliter uendidisse iustis uendicionis & empcionis titulis interiectis uenerabili uiro domino, HEYNRIGO PROBISTHAYN, *abbati* monasterii *Grizouiensis* & suo conuentui quinque *partes noualium*, quae uulgariter HAYNE dicuntur, retro uillam *Czedir* in nostro *Landishutensi* sitas districtu, quas quidem *Noualium partes* idem *Conradus Buchwalt* a suo patruo dicto *Knappe Buchwalt* iusto empcionis titulo comparauit, cum omnibus utilitatibus, fructibus, redditibus, censibus, solucionibus tam pecunialibus quam annonalibus specialiter cum auena & pullis, honoribus, araturis, seruiciis aliisque pertinenciis uniuersis, in quibuscunque eciam rebus consistunt & quibuscunque nominibus & uocabulis censeantur & simpliciter eo modo & iure, dominio & libertate, nichil excluso penitus & excepto, prout ipsa noualia, a prima exstirpacione sua in suis *metis* & *gadibus* circumferencialiter sunt distincta, utque prefatus Conradus eadem multis transactis temporibus tenuit & possedit. Ipsas insuper noualium partes cum eorum utilitatibus supradictis in manus nostras libere *resignauit*, nobis debita cum instancia supplicando, quatenus dictam uendicionem & empcionem de consueta benignate ratam & gratam habere dignaremur. Cuius precibus inclinate uendicionem & empcionem prescriptam ratam habentes & gratam sepe dictas noualium partes, cum omnibus eorum fructibus,

ctibus, utilitatibus, emolimentis, iuribus, libertatibus & dominiis fupra fcriptis aliisque pertinenciis uniuerfis nominatis uel nominandis ipfi domino Heynrico, abbati monafterii Grizouienfis & fuo conuentui, nec non & eorum fucceforibus uniuerfis ex mera noftre liberalitatis *munificentia & gratia fpeciali* prefentibus *conferimus, tradimus, affcribimus* & *appropriamus* perpetuis temporibus pacifice poffidendas, uendendas, obligandas, exponendas, commutandas & in ufus fuos neceffarios & beneplacitos libere conuertendas, prout ipfis utilius uifum fuerit uel uidebitur expedire. Harum teftimonio literarum, quibus maius noftrum *figillum* ex certa noftra fcientia eft appenfum. Datum Swydenicz, anno domini millefimo trecentefimo feptuagefimo quinto, feria VI. in ebdomada Penthecoftes. Prefentibus fidelibus nobis dilectis: *Heynrico* de Kettelicz, *Nicolao* de Sachinkirche, *Waffirrabe* de Czirla, *Kunnemanno* de Seydelicz, *Henrico* Wiltberg, *Heynrico* de Czirla & *Iohanne* Slewicz, noftre curie *Notario*, qui prefencia habuit in commiffo.

SIGILLO. Datum 1375. *Teftes.*

DIPLOMA XXXIII.

IOANNIS BRIMONIS, quo, iudex *commisfarius*, ius dicit partibus CIↃ CCC LXXV.

IOANNES BRYMONIS, canonicus Wratislauienfis, *iudex commiffarialis decreti*,

IN *nomine domini, amen.* Dudum *reuerendus in Chrifto pater & dominus nofter, dominus* PRICZLAVS, dei gracia *epifcopus Wratislau.* caufam fiue caufas *appellacionis*, que uertitur inter partes fubfcriptas, *nobis* IOHANNI BRYMONIS, *canonico Wratisl.* fuis patentibus literis committendam duxit, huiusmodi fub tenore: PRICZLAVS, dei gracia

dati sibi ab episcopo Wratislau. Priczlao; gracia *episcopus Wratisl.* executor gracie per sedem apostolicam in forma pauperum facte ANDREAE NICOLAI STEYNKELER, *clerico nostre dyocef.* ad promissionem, collationem, seu quamuis aliam dispositionem uenerabilium uidelicet abbatis & conuentus monasterii in Grissow dicte nostre dyocef. per *sanctissimum in Christo patrem dominum, dominum* GREGORIVM, diuina prouidencia *papam undecimum* specialiter deputatus, *honorabili uiro domino* IOHANNI BRYMONIS, *Canonico Wratisl. fratri nobis in Christo dilecto salutem in domino.* Et mandatis nostris, ymmo uerius apostolicis firmiter & humiliter obedientes, *uacante* dudum *Ecclesia* parochiali in antiquo *Grizow* per liberam *resignacionem* religiosi fratris *Heynrici*, ultimi ipsius *ecclesie Rectorum* & *ministri* memorati, *abbas & conuentus in Grizow*, infra tempus iuris nobis *religiosum fratrem* PETRVM de IAWR, *Professum eiusdem monasterii* legittime *presentarunt* ad ecclesiam supradictam, quem & nos ad eorundem presentacionem *inuestiuimus ecclesia de eadem*, mandantes eum *induci* per certum *executorem* in *possessionem* ipsius iurium & pertinenciarum eius, auctoritate nostra, *corporalem.* Demum prefatus *Andreas* clericus pretendens sibi ius competere in ecclesiâ ipsa uirtute gracie apostolice sibi ut premittitur facte, dictam ecclesiam eiusdem gracie uigore nihilominus acceptauit, procurans dictum fratrem *Petrum* per certum subexecutorem *amoueri*, ut sub excommunicacionis pena infra tempus determinatum sibi cederet de ecclesia memorata, propter quod dictus frater *Petrus* se asserens aggrauatum nostram audienciam *appellauit.* Volentes igitur quemlibet in iure suo confouere uestre discretioni committimus pre-

presentibus & mandamus, quatenus dictis partibus & his, qui uocandi fuerint, coram nobis legitime euocatis *caussam* APPELLATIONIS *huiusmodi* cum suis emergentibus, incidentibus & connexis singulis *audiatis* ipsamque, prout iustum fuerit, auctoritate nostra, ymmo uerius apostolica siue canonica terminetis, facientes; quicquid decreueritis dicta auctoritate a partibus hinc inde per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. *Testes* autem, qui nominati fuerint, si se gracia, odio uel timore *subtraxerint*, simili *censura* dicta auctoritate cogatis perhibere testimonium ueritati. DATVM *Othomichow*, Kal. Marcii, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, nostro sub appenso *sigillo*. 1375. Quarum quidem literarum uigore & auctoritate praefatum ANDREAM, *clericum*, ad certos diem, horam & locum per nostras literas *citatione* duximus euocandum. *in praefixo termino,* Comparentibus itaque coram nobis, dum ad reddendum iura iudicio pro tribunali sedebamus, discretis uiris, magistro *Leonardo de* FRANKENSTAYN, *Aduocato Consistorii Wratislauiensis*, *Syndico & Procuratore* PRIORIS, SVBPRIORIS, CELLERARII totiusque conuentus *monasteriensis Grizouiensis* & fratris *Petri de Iawr* & nomine procuratorio & Sindicatus eorundem ex una, nec non *Andrea*, clerico principali predicto pro se parte ex altera; oblatoque quodam libello seu peticione quadam, pro parte *appellancium* predictorum in scriptis huiusmodi sub tenore: coram *uobis* honorabili uiro domino IOHANNE BRIMONIS, *Canonico ecclesie* WRATISL. iudice siue COMMISSARIO *cause* & *partibus* infra scriptis per *reuerendum in Christo patrem & dominum*, dominum PRICZLAVM, *episcopum Wratisl.* principalem *executorem*

Sententia pro tribunali ferenda.

gracie Andree clerico nato *Nicolai Steynkeler* a ſede apoſtolica facto ſpecialiter deputata, *proponit* procurator & ſindicus & nomine procuratorio & ſindicatus religioſorum uirorum *prioris*, *ſupprioris*, *cellerarii* tociusque conuentus monaſterii in *Griſſow*, *Ciſtercienſis ordinis*, *VVratul. dioceſ.* uerorum patronorum eccleſie parochialis in antiquo Griſſow, que alias Creſſobor nuncupatur, preſentancium & fratris *Petri de Lawr* ad dictam eccleſiam in antiquo Griſſow, ipſorum preſentati, eiusdem ordinis profeſſi contra eundem *Andream* natum *Nicolai Steynkeler* & contra quamlibet perſonam pro eo legitime interueniente in iudicio cum QVERELA & dicit: quod licet eidem *Andree* nullum ius acceptandi eccleſiam parochialem in antiquo Griſſow ex gracia a ſede predicta de beneficio ad collationem uenerabilium uirorum abbatis & conuentus monaſterii in Griſſow predicti ſpectante ſibi facta competebat. Ipſe tamen *Andreas* friuole & contra ius commune, uirtute dicte ſue pretenſe gracie; ipſam eccleſiam in antiquo GRISSOW, ut aſſeritur, acceptauit ac ipſum fratrem *Petrum* ad eandem eccleſiam in antiquo *Grizow* per patronos dicto domino noſtro epiſcopo *VVratisl.* legittime infra tempus iuris preſentatum & per ipſum inſtitutum & inueſtitum, per quendam *Nicolaum Proſchwicz*, plebanum eccleſie parrochialis in *Pozerin*, aſſerentem eidem *Andree* nato *Nicolai Steynkeler* a domino noſtro GREGORIO, *papa undecimo* in forma pauperum, graciam eſſe factam de aliquo beneficio cum cura uel ſine cura ſpectante ad collacionem abbatis & conuentus monaſterienſis in *Grizow* ſupradicti monaſterii procurauit indebite & iniuſte & eidem Andree impetranti, ut infra ſex die-

Griſſow ſeu Greſſobor.

actione propoſita

& argumentis utriusque partis

dierum terminum a tempore fibi facte monicionis continuo computandum cederet de ecclefia fupradicta, alioquin contra ipfum proceffus fufpenfionis, excommunicacionis, aggrauacionis & interdicti dictus dominus *Nicolaus Profchwicz* predicta requificione *Andree* nati *Nicolai Steynkeler* & comminacione proceffum predictorum & contra ipfas ad reuerendum in Chrifto patrem dominum PRICZLAVM *epifcopum VVratisl.* predictum principalem executorem gracie ipfius *Andree* nati *Nicolai Steinkeler*, pro parte dictorum prioris, fupprioris, cellerarii tociusque conuentus monafterienfis in *Grizow* predicti prefentancium & fratris *Petri de Iawr* ad dictam ecclefiam in antiquo *Grizow* ipforum prefentati in fcriptis extitit appellatum apoftolique petiti. Cum itaque uobis domino *Iohanni Brymonis*, Canonico *VVratisl.* dicta CAVSSA APPELLATIONIS cum emergentibus, incidentibus & connexis iure canonico decidenda & terminanda fit commiffa, petit dictus procurator & findicus & nomine procuratorio & findicatus quo fupra per uos & ueftra *fentenciam diffinitiuam* pronunciari, declarari & decerni dictum *Andream Nicolai Steynkeler*, uirtute gracie a fede apoftolica, ut predicitur, facte, nullum ius ad ecclefiam in antiquo *Grizow* predictam acceptandi compeciiffe, ipfumque *Andream* beneficium quod fibi de iure non competit nec competebat acceptaffe, prefatumque fratrem *Petrum* ad requificionem ipfius *Andree Steynkeler* pro dominum *Nicolaum Profchwicz* prefcriptum ut de dicta ecclefia in antiquo *Grizow* cederet fuiffe monitum indebite & iniufte, ac pro parte dictorum *prioris*, *fubprioris*, *cellerarii* tociusque conuentus monafterii predicti, prefentan-

Ordo proceffus 1375.

Ratio processus 1375.

tes & fratris *Petri* eorum presentati, a dicta monicione & processuum comminacione bene est iuste appellatum, memoratumque *Andream Steykeler*, cui nullum ius competit ad ecclesiam in antiquo *Grizow* supradictam, excludendum fore & excludi, sibique supra ipsa ecclesia *silencium perpetuum imponendum* fore & imponi debere, uestra *sentencia* mediante & alias *in* & *de* & *super* premissis fieri, quod est rationis & iuris, premissa & quodlibet premissorum petit dictus sindicus & procurator & nomine quo supra, *modo*, *forma*, *causa* & *iure melioribus*, *quibus potest*, cum litis expensis iam factis & de in posterum fiendis protestatur iuris beneficiis, *addendi*, *corrigendi*, *minuendi & ceteris iuris beneficiis in omnibus sibi saluis*. Cuius copia *parti appellate* decreta, circumquaque terminum ad faciendum, quod iuris contra ipsam eidem statuentes. Quo quidem termino ueniente, nobis iterum ad reddendum iura iudicio pro tribunali sedente prescriptis partibus, uidelicet magistro *Leonardo*, nomine procuratorio, quo supra & *Andrea* clerico principali pro se ibidem in iudicio comparentibus. Pro *parte* uero *appellancium* quedam declaratio *libelli* sine petitionis prescripte oblata extitit huiusmodi sub tenore: specificando & addendo ad libellum pridem pro parte religiosorum uirorum, dominorum prioris, subprioris, cellerarii tociusque conuentus monasterii in *Grizow* presentantium & fratris *Petri de Iawr*, ad ecclesiam parrochialem in antiquo *Grizow* ipsorum presentati, oblatum, procurator & sindicus & nomine procuratorio & sindicatus eorundem dicit: quod propter causas proscriptas nullum ius acceptandi ecclesiam in antiquo *Grizow* predictam *Andree*

nato

nato *Nicolao Steynkeler* competit, tum quia dicta ecclesia in antiquo *Grizow* tanto tempore uidelicet quadraginta annis & ultra a pluribus successiue monachis & religiosis ordinis & monasterii predictorum institutis in ipsa rectoribus fuit continue & pacifice gubernata, ut prescriptio legittima sit completa contra clericos seculares, tum quia dictus *Andreas* ipsam ecclesiam in antiquo *Grizow* infra unius mensis spacium a noticia *uocacionis* ipsius acceptare non curauit, qua sic oblata prefatus magister *Leonardus* nomine quo supra partem aduersam, scil. *Andream* clericum prefatum ad respondendum libello predicto per nos compelli certumque terminum ad hoc faciendum assignari. Ex aduerso uero prefatus *Andreas* dixit, hoc fieri non debere, sed ipsum a dicta ecclesia in antiquo *Grizow* & eius acceptacione, tanquam indebite & improuide acceptata, excludi sibique ius aliud beneficium ecclesiasticum, sibi uirtute gracie sue per sedem apostolicam in forma pauperum seu communi facte de iure debitum acceptandi per nos, auctoritate qua fungimur in hac parte, reseruari. *Nos* igitur IOHANNES BRYMONIS, *iudex* prefatus, pro tribunali sedentes & habentes sub oculis solum deum, per ea que uidimus, intelleximus, didicimus & cognouimus, *pronunciamus*, decernimus ut eciam declaramus *Andream* clericum ecclesiam parrochialem in antiquo Grizow supradictam si & in quantum sibi de iure debebatur, uirtute gracie sue prefate acceptasse & sibi prouideri procurasse de eadem; eique nullum *ius* in ipsa *ecclesia* in antiquo *Grizow competere*, prout hoc eciam dictus *Andreas* coram nobis in iudicio propria *confessione* edocuit, presertim ex eo, quod prefata eccle-

hinc inde prolatis probeque cognitis;

fert SENTENTIAM:

ecclesia per religiosos predictos abbatem & eius conuentum domino episcopo Wratisl. predicto ad ipsam ecclesiam presentatos a quadraginta annis & ultra & citra fuit & est solita gubernari. Quapropter predictum *Andream se* humiliter ab ipsa ecclesia *excludi petentem* & ius, aliud beneficium, quod sibi de iure debeatur, acceptandi, reseruari, in nomine domini, ab eadem ecclesia & eius improuida acceptatione & prouisione *excludimus, sibique ius* ad beneficium ei de iure debitum acceptandi *reseruamus* finaliter in his scriptis Lecta & lata & in his scriptis pronunciata est haec nostra sentencia per *nos* IOHANNEM BRYMONIS *iudicem* supradictum, sub anno natiuitatis
1375. domini millesimo trecentesimo septuagesimo
Indictione; quinto, INDICCIONE XIII. die decima septima mensis
die; Marcii, hora terciarum uel quasi in curia decanatus ecclesie Wratislau. Presentibus scienti-
testibus. ficis & discretis uiris, magistro *Nenkero* de NENKERSDORFF, *Franczkone* de NOVO FORO, *Nicolao* de PACZKOW, *Petro Clos* de BREGA, aduocatis consistorii Wratislau. testibus ad premissa uocatis & rogatis. In cuius rei fidem & testimonium omnium premissorum presentem nostram sentenciam per Conradum de Teppilwade, notarium publicum infra scriptum presentisque cause scribam scribi & publicari mandauimus nostrique
Sigillo. *sigilli* appensione munimine roborari.

DIPLOMA XXXIV.

Litterae *consensus*, de *censu annuo* emto a GVNTHERO de MOLBERG CIↃ CCC LXXII.

AGNES, D. Silesiae, WIr AGNES von Gotis gnadin *Herczogynne* in

in SLES EN, Vrowe VON FVRSTINBERG czur SWYDENICZ und czum IAWR, bekennen offintlich mit dysem Brife allin den, dy en sehn, hörin adir lesin, daz vor uns komen ist *unser getrawer* CONRAD BVCHWALT in gesundikeyt synis Lybes, und hat mit wol vorbedochtem mute unde mit rate syner Vründe *unserm getrawen* GVNTHER *von* MOLBERG *eyn Schog geldis jerlichis Czinses* in deme Dorfe CZEDIR genant in deme Wichbilde czur *Landishute* recht und redelich *vorkowft* und hat ym das mit allim so getanen Rechte, Nucze, Zeugesse, Fruchtbarkeyt und Herschafft, als her das selbir gehabt und besessin hat, in unsere Hende willicliche uffgelassen. Czu demselbin kowfe und czu der Uffalssunge habe wir unsern *Fürstlichen Willen* unde *Gunst* gegebin, unde habin deme obgenantin Günther und synen Erbin das vorgeschrebene schok Geldis in allir masse alz obin geschrebin steht gelegin unde gelanget, ewiclich, gemachsam unde ungehindert czu habin unde czu besiczczen, czu vorkowfen, czu vorseczen, czu vorwechseln, czu vorwandiln, und an yren Nucz, alz en das allir bequemyst wirt syn, czu wendin. Czu Urkunt dys Brifes vorsygelt mit unsirm anhangenden *Ingesygel.* GEGEBIN CZU *Monowe*, noch Crists geburt driczenhundirt Jar, dornoch in deme andern und sebinczigestim Jare, am Donrstage noch Synte Mertyns tag. Des synt *geczug* unsere lybin getrewen, Herr *Nickel Bolcz*, unser Hofemeyster, Herr *Beuysch Schoff* und Herr *Petir von Nebilschicz*, unsir Lantschriber, deme dyser Briff wart bevoln.

consentit in contractum, quo Conradus Buchwald. vendit Gunthero a Molberg censum annuum.

DATVM 1372.

Testes.

DIPLOMA XXXV.

Consensus AGNETIS, *D. Silesiae*, de uilla

la *Wittichendorff*, emta a monaſterio GRISSOVIENSI CIϽ CCC LXXI.

AGNES D. Sileſiae, *teſtatur*: Ioannem de Seydelicz *uillam* WITTCHINDORFF

NOs AGNES, dei gracia *duciſſa* SLESIE, domina de FVRSTINBERG in SWYDENICZ & in IAWR, recognoſcimus tenore preſencium uniuerſis, quod ad noſtram ueniens preſenciam fidelis noſter *Johannes* de SEYDELICZ, alias de CRACZKOW, ſanus mente & corpore, non coactus nec compulſus, ſed bona deliberatione & maturo conſilio ſecum & amicis ſuis prohabitis, ſe recognouit rite & rationabiliter *uendidiſſe uenerabili in Chriſto patri & domino*, domino HEYNRICO dicto de PROBISTHAYN, *abbati monaſterii gracie ſancte Marie* uulgariter GRIZOVV nuncupati. *Villam* ſeu bona ſua omnia VVITCHINDORFF dicta, in diſtrictu noſtro Landishutenſi ſita, cum *ſculteto, taberna* & *molendino* ibidem, cum *agris*, *nemoribus*, *rubetis*, *pratis*, *graminibus*, *paſcuis*, *aquis*, *piſcaturis & aquarum decurſibus ac aliis* omnibus & ſingulis eiusdem uille *pertinenciis*, quibuscunque cenſeantur nominibus expreſſis uel non expreſſis, nullis penitus excluſis, prout ipſa bona in omnibus ſuis *metis*, *gadibus & greniciis* circumferencialiter & antiquitus diſtincta ſunt & iacent, omnibusque eisdem *iure*, *dominio*, *cenſibus*, *redditibus*, *fructibus*, *prouentibus*, *obuencionibus*, *emolimentis*, *preſiacionibus*, *uecturis*, *araturis* ac aliis omnibus ac ſingulis *utilitatibus*, *honoribus & ſeruiciis*, prout hec omnia & ſingula predictus IOHANNES perſonaliter hucusque habuit & poſſedit. Inſuper aduenit noſtram preſenciam *Agnes*, *uxor* dicti *Iohannis* legittima, qui prefata bona in Witchendorff nomine *dotalicii* hactenus habere dinoſcebatur, ipſis expreſſe *renuncians* uultu hilari oreque ridente eadem bona una cum dicto eius mari-

cum omnibus iuribus, *praecipue* 1) ſculteto; 2) taberna; 3) molendino; *monaſterio* GRISSOVIENSI *uendidiſſe*;

marito in nostris manibus coniunctim & uoluntarie resignarunt. Nos itaque de mera liberalitatis nostre munificencia dictum *contractum* uendicionis, renunciacionis, resignacionis & empcionis huiusmodi *ratum habentes & gratum*, prescriptam villam seu bona sepe dicta Wytchindorff cum omnibus & singulis suis pertinenciis superius expressatis omnibusque eisdem iure, dominio, modo & forma, ut suprascriptum, specialiter eo adiecto, quod *ius patronatus* ecclesie ibidem prefata bona sequi debeat dicto domino Heynrico abbati, ipsiusque conuentui & eorundem successoribus qui per tempore fuerint, contulimus, per presentesque conferimus, perpetue & pacifice habenda, tenenda, possidenda, uendenda, obliganda, permutanda & in usus eorum beneplacitos conuertenda. Alia autem consueta *iura ducalia* nobis & nostris successoribus in & super ipsis bonis specialiter *reseruando*. Harum quibus *sigillum* nostrum appensum est testimonio literarum. DATVM *Strydenicz*, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, feria sexta proxima post diem festi sancti Nicolai. Presentibus fidelibus nostris, *Reynczkone* SCHOFF, *Koppone* de CZEDELICZ, *Heydenrico* de TSCHERTICZ, militibus, *Heynrico* de WILTBERG, *Kunemanno* longo de SEIDEL:CZ, *Hankone* PROBISTHAYN *fratre abbatis* predicti, *Johanne de* CZEGENBERG & *Iohanne* de SLEWICZ, curie nostre notario.

uxore iuri dotalitii *renunciante;*

concesso iure patronatus,

iuribus *tamen* ducalibus *saluis.*

Datum 1376.

Testes.

DIPLOMA XXXVI.

Litterae de *latifundiis*, monasterio *Cresauboriensi* donatis a BOLESLAO, D. *Silesiae* CIↃCCLVI.

BOLESLAI, D. Silesiae, *praemisso* PROOEMIO, *testantur se, pro* loco *in uita aeterna facilius* consequendo; *legasse ac irreuocabiliter* donasse *monasterio* CRESAV-BORIENSI *myriadem lasfundiorum.*

IN *nomine domini, amen.* Quoniam, experiencia teste, omnes morimur & quasi aque dilabimur; ne gesta mortalium celebri & perpetua memoria semper digna fluxu & mutabilitate queant in obliuionem adduci; opere precium est, ea, que huiuscemodi sunt, instrumentis publicis cum expressione testium roborari. Hinc est, que nos *Boleslaus*, dei gracia *dux* SLESIE pro nostra & nostrorum *incolumitate* & *delictorum nostrorum* apud patrem misericordiarum deum *uenia* obtinenda, *monasterio* de CRESOWBOR, ordinis sancti Benedicti *ducentos mansos Franconicos* liberaliter contulimus, ab utraque parte proximos eidem, cum *pratis mediis*, insuper adiectis ipsis monasterio *triginta mansis* VALENTINI, *canonici VVratislauiensis*, notarii nostri, cum tamen eundem iuxta communem humani officii finem contigerit ex hac uita migrare, saluis tamen iuribus ducalibus qui similiter in bonis aliorum claustrorum nobis consueuimus reseruare. Igitur ne hanc donationem nostram legittime celebratam ab aliquo successorum nostrorum contingat in posterum aliquatenus perturbari, presentem kartham *sigilli* nostri caractere duximus muniendam. Testes huius rei sunt *uenerabilis mater nostra* ANNA maior, *ducissa* SLESIE, HYNRICVS illustris *dux*, *frater* noster, *uenerabilis in Christo pater*, dominus THOMAS, *episcopus VVratislau.* dominus BOGVSLAVS, *prepositus ibidem*, dominus VALENTINVS *canonicus VVratislau.* dominus RAMVOLDVS *cancellarius Glogouiensis*, *fratres* HERBOLDVS de Oraine Minorum & alii quam plures. ACTVM *VVratislauie* in domo fratrum Minorum, anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto

Testis *est* generis communis

Actum & Datum 1256.

to, indiccione XIIII. DATVM per manum LVDEWICI *Phifici Capellani noſtri.*

DIPLOMA XXXVII.

Confirmatio *donationis*, factae monaſterio *Creſſubotienſi* CIƆ CC LIV.

BOLESLAVS, D. Sileſiae, confirmat donationum, monaſterio Creſſuboriensi factam a parente donatque ulterius.

IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, amen. Plerumque ea que legittime facta ſunt, uetuſtate, qui mater obliuionis eſt, interueniente in dubium deducerentur, niſi confeccione inſtrumentorum & inſpeccione poſterorum perpetuata monſtrentur. Innoteſcat itaque uniuerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis, quod *nos* BOLESLAVS, dei gracia *dux* SLESIE, cupientes predeceſſorum noſtrorum facta & donaciones obſeruare & maxime inclute recordacionis patris noſtri ducis *Heynrici*, quam *donacionem* fecit de ſiluis in CRESOWBOR, fratribus ordinis ſancti Benedicti de Opatwicz, confirmamus & *confirmando donamus* cum pratis & aquis ibidem ſitis, addimus eciam pro animabus predeceſſorum & remedio peccatorum noſtrorum eiisdem fratricus quasdam ſiluas ex alia parte Sanderin ſitas uerſus Bohemiam, circa fluuios, qui fluuii propriis nominibus nuncupantur, *Dupyzba & Swydnig*, in eo loco ubi intrant aquam POBIR ad *ducentos manſos Franconicos*, iure Teutonico locandos, in quibus manſis & eciam in CRESOWBOR *iudicium*, uidelicet iudicium ſanguinis & uecturam ad expedicionem nobis & noſtris ſucceſſoribus *reſeruamus*, ſecundum curſum & conſuetudinem aliarum uillarum, quas in terra noſtra uiri religioſi poſſident & clauſtrales. Volumus eciam, quod inter prefatos manſos, ubi nobis placuerit & domino

mino abbati de *Oppatwicz* nec non & fratribus ſepe dictis uiſum fuerit Clauſtrum & honorem dei & beati *Laurencii* edificabitur cum auxilio noſtro & aliorum proborum uirorum. Quod Clauſtrum immediate ad noſtram iurisdictionem & defenſionem in temporalibus pertinebit & in ſpiritualibus ad patrem noſtrum dominum epiſcopum *VVratislauienſem*. Et ut haec donatio rata & inconuulſa permaneat in futurum, preſens ſcriptum ſuper hoc fecimus conſcribi & appenſione *ſigilli* noſtri inſigniri. DATVM in *Legnicz* per manum domini *Valentini*, notarii. Anno incarnationis domini milleſimo, ducenteſimo quinquageſimo quarto, octauo Idus Februarii.

Datum 1254.

DIPLOMA XXXVIII.

Pontificia confirmatio *Priuilegiorum* GRIZOVIENSIVM CIↃ CCC ------

IOANNES XXII. pontifex R. *priuilegia monaſterii* Griſſouienſis *confirmat.*

IOHANNES, *epiſcopus*, *ſeruus ſeruorum dei*, dilectis filiis, *abbati monaſterii de gracia ſancte Marie eiusque fratribus*, preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis in perpetuum. Religioſam uitam eligentibus, apoſtolicum conuenit adeſſe praeſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus uel eos a propoſito reuocet, aut robur, quod abſit, ſacre religionis infringatur. Ea propter dilecti in domino filii, ueſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & *monaſterium de gracia ſancte Marie*, *VVratislau. dyoc.* in quo diuino mancipati eſtis obſequio, ſub *B. Petri* & noſtra *protectione* ſuſcipimus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut *ordo monaſticus*, qui ſecundum deum & *B. Benedicti regulam atque inſtitutionem Ciſtercien-*

cienſium fratrum a uobis poſt Concilium generale ſuſceptam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona idem monaſterium in prouinciarum diuerſarum locis iuſte & canonice poſſidet, aut in futuro, conceſſione pontificum, largicione regum & principum, oblacione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, parante domino, poterit adipiſci, firma uobis, ueſtrisq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipſum in quo prefatum *monaſterium* ſitum eſt, cum *domibus*, *officinis* ac omnibus *pertinenciis* ſuis, *ducentos magnos manſos* terrarum in circuitu ipſius monaſterii. Et *Gurtelersdorff* & de *Hermansdorff* terras ſitas iuxta eosdem manſos, cum omnibus iuribus & pertinenciis ſuis. Terram dictam, *Lubauiam*, in *Blaſeisdorff* & *Caczbach*, terris ſibi contiguis, cum annuis *cenſibus ſex marcarum argenti*, uobis annis ſingulis perſoluendis, ac omnibus *iuribus* & *pertinenciis* ſuis, de *Kunygiſhayn*, de *Stobin*, de *Dytherichsbach*, de *Lyndenow* & *Grunow*, de *Blaſeisdorff* circa *Janisbach*, de *Sorotindorff*, que alio nomine uocatur *Pfaffindorff*, de *Czedir* cum *allodiis* ſibi coniunctis ex parte ciuitatis *Landishute*. Terras cum omnibus conſuetis annuis *cenſibus*, *clauſuris*, *ſiluis*, *pratis*, *aquis aquarumque decurſibus & molendinis*, per ſuos limites ex omni parte incluſis ac omnibus *iuribus & pertinenciis* ſuis. In *VVirkansdorff* ſex *fertones* cum *dimidio argenti*. De *monte lapidum* circa *Vryburg tredecim marcas argenti* cum duobus *curribus ſine theoloneo* libere transeuntibus. De *Richenow* & de *Qualisdorff* terras cum *quinquaginta malderatis* & *una triplicis annone*, *tritici*, *ſiliginis* & *auena*

Singulis recenſitis bonis & iuribus.

auena ac censu annuo *decem & septem marcarum* & uno *fertone argenti*, ac omnibus iuribus & pertinenciis earundem. Terram *Gotschalsdorff*, circa *Stregin*, cum annuo censu *decem & septem marcarum* minus uno fertone argenti. Terram de *Bertoldisdorff* cam *silua* sibi adiacente, ac *censu annuo duodecim malderatarum tritici & duarum mensurarum siliginis & duarum auene & sex malderatas ordei & decem marcarum & dimidii fertonis argenti.* Et de *uilla noua* & de *Ernisdorff* circa *Reychenbach* terras cum mansis tribus eisdem adiacentibus eum annuo censu *uiginti quinque marcarum & duobus fertonibus cum dimidio argenti*, de remanenciis agrorum dictarum terrarum *decem fertones cum dimidio argenti & trium malderatarum & trium mansurarum, tritici & totidem siliginis & totidem auene ac omnibus iuribus & pertinenciis suis.* In uilla *Soboth tres malderatas, cum dimidia tritici & totidem auene.* In PARVA VVYRA *tres malderatas minus duabus mensuris tritici & tantumdem auene.* In MAGNA VVYRA *duas malderatas & duas mensuras tritici & tantundem auene.* In TAMPADIL *quinque mensuras tritici & totidem auene.* In SYFRIDOVV *duas malderatas ordei.* In PFAFFINDORFF *tres malderatas* minus duabus mensuris *ordei.* In SCHIROVV prope HAYNOVV *quatuor malderatas ordei* cum omnibus deportationibus earundem ac iuribus & pertinenciis suis. In mansis autem de ANTIQVA VVERSONOVVE, *septem marcas cum dimidia argenti.* In scriptorum VILLA prope SVVIDNICZ *nouem marcas & nouem scotos argenti.* In mansis in BOVVCINDORFF prope SVVYDNICZ *nouem marcas argenti.* In VOGELINDORFF prope *Landishutam sex marcas cum dimidia & dimidio fertone argen-*

Ferto.

Maldrata, malder.

Wyra, *wehrung.*

argenti. In mansis & pratis in Strigovv *quinquaginta marcas argenti.* In mansis de uilla SVVENCZ prope FRIDEBERG *quatuor marcas argenti.* In Theolonio uero in Lemberg *sex*, in Bomslauia *sex*, in Suidnicia *sex*, in Reychenbach *quatuor*, in Frankensteyn *octo marcas argenti*, quas in eis *nomine census* habetis & percipitis annis singulis, cum omnibus iuribus & pertinenciis suis, *uineta* quoque & *hinnuleta*, que habetis in LEMBERG & circa HAYN in uilla, que dr. POMERIVM cum quibusdam *agris & pratis* eis annexis. Quinque uero *macella carnium*, que habetis unum in LANDISHVTE, unum in HAYN, aliud in IAWR & duo in STREGIN, a quibus *quadraginta lapides sepi nomine census* habetis & percipitis *annuatim*, duo éciam *macella* cum dimidio carnium in SWYDNICC & aliud in MVNSTIRBERG cum omnibus iuribus & pertinenciis suis & ius patronatus que habetis in ecclesia Gerhardi uilla cum utilitatibus & pertinenciis suis, cum *pratis, uineis, terris, nemoribus, usuagiis & pascuis in bosco & plano, in aquis & molendinis, in uiis & semitis*, ac omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane noualium uestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de ortis, uirgultis & piscacionibus uestris, uel de nutrimentis animalium uestrorum, *nullus* a uobis *decimas exigere uel extorquere presumat.* Liceat uobis quoque clericos uel laicos liberos & absolutos e *seculo fugientes* ad conuersionem *recipere ac* eos absque contradiccione aliqua *retinere.* Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in monastro uestro professionem phas sit sine sui abbatis licencia de eodem loco discedere, discendentem uero absque communium literarum

uestra-

Hinnuleta, Haine.

Bosco, Busch.

Immunitas a decimatione IVS ASYLI.

ueſtrarum caucione nullus audeat retinere. Quod ſi quis forte retinere preſumpſerit, licitum uobis ſit, in ipſos monachos uel conuerſos regularem ſentenciam promulgare. Illud diſtrictius inhibentes, ne terras ſeu quodlibet beneficium eccleſie ueſtre collatum liceat alicui perſonaliter dari, ſiue alio modo alienari absque conſenſu tocius capituli, uel maioris aut ſanioris partis ipſius. Si que uero donaciones aut alienaciones aliter, quam dictum eſt, facte fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Ad haec eciam prohibemus, ne aliquis monachus ſeu conuerſus, ſub profeſſione ueſtre domus aſtrictus, ſine conſenſu ac licencia abbatis & maioris partis capituli ueſtri pro aliquo fideiubeat, uel ab aliquo pecuniam mutuo recipiat, ultra ſummam capituli ueſtri prouidencia conſtitutam, niſi propter manifeſtam domus ueſtre utilitatem; quod ſi forte facere preſumpſerit, non teneatur conuentus pro his aliquatenus reſpondere. Licitum preterea ſit uobis in *cauſis propriis* ſiue ciuilem ſiue criminalem contineant queſtionem, *fratrum ueſtrorum teſtimoniis uti*, ne pro defectu teſtium ius ueſtrum in aliquo ualeat deperire. Inſuper auctoritate apoſtolica inhibemus, ne ullus epiſcopus uel quelibet alia perſona ad ſynodos uel conuentus forenſes uos ire uel *iudicio ſeculari* de ueſtra propria ſubſtancia uel poſſeſſionibus ueſtris ſubiacere compellat, nec ad domus ueſtras, cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi, uel aliquos conuentus publicos conuocandi, uenire preſumat, nec regularem electionem abbatis ueſtri impediat, aut de inſtituendo uel remouendo eo, qui pro tempore fuerit, contra *ſtatuta Ciſtercienſis ordinis* ſe aliquatenus intromittat. Si uero epiſcopus in cuius parro-

Sanior pars

Fideiuſſio interdicta.

Teſtimonium *monachi* pro *ſuo* monaſterio *ualet.*

Exemtio a iudicio ſeculari.

parrochia domus ueſtra fundata eſt, cum humilitate ac deuocione, qua conuenit, requiſitus, ſubſtitutum abbatem benedicere & alia, que ad officium epiſcopale pertinent, uobis conferre renuerit, licitum ſit eidem abbati, ſi tamen ſacerdos fuerit, proprios nouicios benedicere & alia, que ad officium ſuum pertinent, exercere & uobis, omnia ab alio epiſcopo percipere, que a ueſtro fuerint indebite denegata. Illud adiicientes, ut in recipiendis profeſſionibus, quae a benedictis uel a benedicendis abbatibus exhibentur, ea ſint epiſcopi forma & expreſſione contenti, que ab origine ordinis noſcitur inſtituta, ut ſcil. abbates epiſcopo, ſaluo ordine ſuo, profiteri debeant & contra ſtatuta ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. Pro *conſecrationibus* uero altarium uel eccleſiarum, ſiue pro *oleo ſancto*, uel quolibet alio eccleſiaſtico *Sacramento* nullus a uobis, ſub obtentu conſuetudinis uel alio modo, quicquam audeat *extorquere*. Sed hec omnia gratis uobis epiſcopus dyoceſanus impendat. Alioquin liceat uobis, quemcunque malueritis, catholicum epiſcopum adire, graciam & communionem apoſtolice ſedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate uobis, quod poſtulatis, impendat. Quod ſi ſedes dyoceſani epiſcopi forte uacauerit, interim omnia eccleſiaſtica ſacramenta a uicinis epiſcopis accipere libere & abſque contradictione poſſitis. Sic tamen, ut ex hoc inpoſterum proprio epiſcopo nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum proprii epiſcopi copiam non habetis, ſi quem epiſcopum Romane ſedis, ut diximus, graciam & communionem habentem & de quo plenam noticiam habeatis, per uos tranſire contigerit, ab eo benedi-

Diſpenſatio ſacramentorum gratuita

ab epiſcopo ſiat conſecratio.

ctiones uasorum & uestium, consecrationes altarium, ordinaciones monachorum, auctoritate apostolice sedis recipere ualeatis. Porro si episcopi uel aliarum ecclesiarum rectores in monasterium uestrum, uel personas inibi constitutas, suspensionis uel excommunicationis uel interdicti sententiam promulgauerint; sicut eciam si contra censuarios uestros, pro eo, quod decimas, sicut dictum est, non persoluitis, siue aliqua occasione eorum, que ab apostolica benignitate uobis indulta sunt, seu benefactores uestros, pro eo quod aliqua uobis beneficia uel obsequia ex caritate prestiterint, uel ad laborandum adiuuerint in illis diebus, in quibus uos laboratis & alii feriantur, eandem sentenciam protulerint; ipsam, tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam, decernimus irritandam. Nec litere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis & contra indulta apostolicorum Priuilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat uobis nichilominus in uestro monasterio, exclusis excommunicatis & interdictis, diuina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati uestre paterna inposterum sollicitudine prouidere uolentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum *nullus* rapinam seu furtum facere, ignem apponere, *sanguinem fundere*, *hominem temere capere uel interficere*, *seu uiolentiam audeat exercere.* Preterea omnes libertates & immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini uestro concessas, nec non & libertates & exempciones secularium exactionum, a regibus & principibus uel aliis christi fidelibus rationabiliter uobis

Priuilegia aduersus episcopos.

Immunitas ab EXCOMMUNICATIONE terrae.

Ius ASYLI, *cetera.*

bis indultas, auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere; minuere, seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed ea omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentacione concessa sunt, usibus omnimodis prefutura, salua sedis apostolice auctoritate. Si quis igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a sacratissimo corpore & sanguine dei & domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ulcioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bone actionis precipiant & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

CONFIRMATIO, *addita* sanctione poenali.

Sine anno & die.

Autor huius bullae est Iohannes XXII. qui ab an. 1316. ad annum 1334. sedit.

DIPLOMA XXXIX.

Bolkonis consensus de contractu *precariae*, inito inter *Conradum de Czirnen* & monasterium *Grissouiense* CIƆ CCCXLIX.

IN *nomine domini, amen. Nos* BOLKO, dei gracia *dux* SLESIE, *dominus de* FVRSTINBERG & in SWIDNICZ. Ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam uolumus deuenire,

BOLKO, D. Silesiae, *consentit in contra-*

 quod

ctum PRECARIAE, *quo Conradus de* CZIRNEN *pro uilla* Pfaffindorff, *ad dies uitae a monasterio* Grissouiensi *concessa, assignat ei annuum* censum *trium* marcarum.

quod constitutus coram nobis fidelis noster dilectus *Conradus* de CZIRNEN, dictus iuuenis, *Castellanus noster in* HAYN, incertitudinem huius uite considerans cupiensque diem ulcionis extreme misericordie operibus preuenire, ad omnipotentis dei laudem atque intemerate genitricis ipsius decus & gloriam, nec non pro suorum atque progenitorum suorum remissione peccaminum in bona mentis & corporis ualetudine & ex mera & libera uoluntate, usus eciam amicorum suorum consilio dedit, tradidit nostrisque manibus libere resignauit in TESTAMENTVM PERPETVVM religiosis uiris domino Nicolao, abbati & *monasterio* ordinis Cisterciensis in *Grissow* prope Landishute *tres marcas annui census* currentis monete in uilla Hoendorff, districtus nostri Haynensis, de agris & bonis, in quibus Iohannes dictus Hawenschilt & Tylo, cognomine Obil, nunc morantur & resident singulis annis post mortem suam tollendas, medietatem uidelicet in festo S. Michaelis archangeli & residuum in festo S. Walpurgis, ab omnibus seruiciis, exactionibus, peticionibus & angariis, quocunque uocentur nomine, liberas, iugiter sufferendas. Quam quidem resignationem nos gratam habentes atque ratam, prenarrato domino abbati nec non ipsius conuentui dictas tres marcas annui census de speciali nostri gracia contulimus, perpetuis temporibus libere ac pacifice possidendas. Fatebatur eciam coram nobis predictus *Conradus* de CZIRNEN, dictus iuuenis, quod in *uilla* dicti monasterii Grissow, que PFAFFINDORF dicitur, Landishutensis districtus, quam dominus abbas & conuentus predicti, de speciali amicicia *ad uite sue tempora* contulerunt, nullus heredum, seu successorum siue amicorum uel eciam pro-

propinquorum aut fratrum suorum ius aliquod habent, nec habere debent, nec possunt occasione quacunque. Sed protinus ipso defuncto eadem uilla cum omnibus ad eam spectantibus ad prefatum monasterium Grissow sine contradictione & omnis impedimenti obstaculo reuertetur. In cuius rei testimonium & certitudinem pleniorem presentes dari mandauimus, nostro maiori sub sigillo diligencius roboratas. DATVM & ACTVM in *Swidnicz*, in die S. Dyonisii, anno domini MCCCXLIX. Presentibus fidelibus nostris dominis *Vlrico* SCHAFF *Cunrado* de CZIRNEN, filio quondam *Groffonis* & *Iohanne* de LAZAN, militibus *Nicolao* de SYFFRYDO, *Kunemanno* de SIDELICZ, *Gunthero* de KONOW & CVNCZLINO nostro *Prothonotario* & aliis pluribus fide dignis.

Actum & da um 1349.

Testes.

DIPLOMA XL.

Confirmatio *abbatissae* TREBNITZENSIS super parte hereditatis emta CIƆ CCC XXIII.

IN *nomine domini*, *amen.* Sapientum docuit auctoritas, ut negocia, que in statu solido stare debent ydoneis testibus & literarum inscripcionibus eternentur. *Nos* igitur *dominica* CONSTANCIA, *abbatissa in Trebnicz*, presentibus publice profitemur & uniuersis hanc chartam intuentibus cupimus esse notum, quod fidelis noster TAMMO *Scultetus* in PROBSTHAIN, uille ecclesie nostre, de nostro fauore & consensu conuentus nostri *quandam partem hereditatis*, ad iudicium suum pertinentem, super quam felicis memorie *Heynricus de Probisthayn*, ciuis famosus *aurei montis* adhuc uiuens, de *uniuersitate omnium*, quos

CONSTANTIA, abbatissa in TREBNITZ, testatur: Tamonem quaedam bona possidere, onerata censibus annuis, praestandis monasterio Grissouiensi,

 genu-

genuit, in remedium anime sue suorumque salutem *duas marcas annui census* dominis & fratribus in *Grizouia*, *ordinis Cistercienfis* libere precipiendas *legauit*, erga Elisabeth Sculteriffam in Peregrini uilla, filiam predicti Heynrici, cui defuncto patre pars prehabita sorte cessit, de consilio amicorum utrorumque rite *suis denariis comparauit* atque a nobis precibus multipharìis peciit resignari. Nos itaque sanctum desiderium defuncti *Heynrici* & diutina seruicia *Thammonis* suorumque oculo iusticie intuentes, preces eius audiuimus & prefata bona sibi resignauimus, sub hac forma. Ita quod prefatus TAMMO suique successores bona illa uobis & omnibus ibidem obsequia querentibus deseruire tenebitur, atque annis singulis dominis ac fratribus iam dictis *in festo B. Michaelis duas marcas* absolute soluere sit astrictus & hoc tam diu, quousque sepe dictus Tammo uel sui sequentes dominis & fratribus prenominatis *uiginti marcas grossorum* simul & semel numerauerint in *aureo monte* presentibus consulibus & scabinis. In cuius rei testimonium presens scriptum fratribus supra positis contulimus, nostri *sigilli* munimine roboratum. DATVM & ACTVM in aureo monte, anno domini M CCCXXIII. in die B. *Agathe* uirginis. Presentibus his domino NICOLAO *plebano in Probisthayn*, REYNARDO *sculteto in Peregrini uilla*, THOMA de SALBVRG, CVNADO AGNETIS, PETRO de PROBISTHAYN & aliis quam pluribus *fide dignis*.

donec exsoluatur ipsa sors.

Sigillum.

Datum & Actum 1323.

Testes.

DIPLOMA XLI.

Litterae *consensus* de XII. marcis, tollendis ex teloneis CIↃCCCXLVI.

In

IN *nomine domini*, *amen*. Quia racioni consonum est, natos suorum pia promouere facta parentum. *Nos* igitur HEYNRICVS, dei gracia *dux* SLESIE, *dominus de* FVRSTINBERG *&* *in* IAWR, scire uolumus uniuersos uiuentes & uicturos, quod *donationem testamentariam* per predilectum patrem nostrum felicis recordacionis, illustrem principem & dominum ducem *Bolkonem*, nec non fideles nostros dominum *Ticzkonem* & *Apeczkonem*, fratres u erinos dictos de CZEDLICZ, religiosis uiris & fratribus domino abbati & suo *conuentui* in GRISSOW, fundacione nostra, sollempniter factam, uidelicet *uiginti & duas marcas denariorum usualis monete*, quas iam dictos fratres & uiros a prima fundacione monasterii nostri prefati in ciuitatibus nostris *Lemberg* & *Boomslauia* de Theoloneo singulis annis habere & percipere comperimus *gratam & firmam habentes* ipsis prenotatas pecunias ex fauorabili gracia nostra appropriamus, *donamus* & perpetue tanquam ueris heredibus *ratificamus & confirmamus*, uolentes, quod quecunque in prohabitis nostris ciuitatibus *Lemberg* scil. & *Boomslauia* theoloneum emerit, habuerit, seu congregauerit prenominatis uiris religiosis ac fratribus in GRISSOW sepedictis pecunias *uiginti & duas marcas* diuisim ad singula quatuor tempora sexta dimidia marca, dimissis cunctis, quibus in dicto Theoloneo partem dedimus uel uendidimus exclusiue ac indilate, annis omnibus ac perpetuis temporibus dare tenebitur & debet, eciamsi non magis quam prescripte uiginti due marce de ipso theoloneo cedi posset uel deriuari. Et ne aliquis successorum nostrorum hanc nostram confirmacionem infringere, immutare, uel ausu temerario con-

HEINRICVS, D. Silesiae, *donationem parentis, factam monasterio Grissouiensi, confirmat, ut percipiat singulis annis ex telonco summam XXII. marcas.*

tradicere presumat, ipsis presentes literas dedimus, maioris nostri *sigilli* appensione roboratas. DATVM in *Bomslauia*, anno domini MCCCXLVI. in crastino Epiphanie. Presentibus fidelibus nostris domino *Apeczkone* de RAKOWICZ, domino *Friderico* de PECHWINKEL, militibus, *Conrado* de CZEDLICZ, *Syffrido* de RVSINDORFF, *Wittkone* de SACCO, *Pezkone*, *Runge* & *Bernardo* de WALDOW, *Prothonotario* nostro, testibus ad premissa.

Datum 1346. Testes.

DIPLOMA XLII.

Quo BOLESLAVS D. Silesiae, *Hermannum* inuestit curia mactatoria *Goldbergensi* CIƆ CCCXI.

BOLESLAVS D. Silesiae, *uendit* HERMANNO curiam mactatoriam *Kuttelhof.*

IN *nomine domini, amen.* BOLESLAVS, dei gracia *dux* SLESIE *& dominus* WRATISLAV *& de* LIGNICZ, ad uniuersorum noticiam uolumus deuenire, quod de consilio fratrum nostrorum *Heynrici & Vladislai*, rite & racionabiliter *uendidimus fartorium* seu *curiam mactatoriam* in AVREO MONTE, in ciuitate uel extra ciuitatem, ubicunque expedire uidebitur, edificandum cum omni *usufructu & utilitate*, qui inde proueniunt & prouenire possunt & cum omni *iure & dominio*, sicut dictum *fartonem* habuimus & tenuimus, HERMANNO *scriptori* & suis omnibus successoribus conferentes, illud *iure hereditario* libere, perpetue possidere. In cuius rei testimonium presentem paginam nostro sigillo dedimus communitam. Actum & datum in *Lignicz*, sabbatho proximo ante dominicam Oculi, anno domini millesimo trecentesimo undecimo. Presentibus nostris fidelibus testibus infra scriptis, *Schamborio de Schiltberg*, *Alberto Barth*, *Heynrico de Landistron*, *Stephano de Parthowicz*, *Iohanne de Schiltberg*,

Actum 1311.

Testis.

berg, *Alberto Bauaro de Waltersdorff*, *Paulo*, nostro *Notario* & aliis multis.

DIPLOMA XLIII.

Literae consensus de *mactatorio Goldbergensi*, legato Monasterio CIↃCCCXIV.

IN *nomine domini*, *amen.* *Nos* BOLESLAVS, dei gracia *dux* SLESIE *dominusque* LIGNICENSIS. Cupientes ex animo personas dedicatas & loca, in quibus deo & eius matri uirgini Marie iugiter famulantur, pro uiribus promouere, ad uniuersorum tam presencium quam futurorum uolumus noticiam deuenire, quod in nostra constitutus presencia ALBERTVS BAVARVS atque HERMANNVS eius notarius, *mactatorium*, quod uulgariter KOTTILHOFF dicitur, in ciuitate nostra AVREO MONTE nuncupata, quod a nobis & erga nos rite & racionabiliter cum omni iure & dominio, quo ad nos & predecessores nostros pertinebat, dudum comparauerant & a nobis resignatum cum *pleno iure & dominio* pluribus annis tenuerunt iure hereditario, *spiritu ducti pietatis*, pro testamento, *in remedium animarum* suorum predecessorum, nec non proprie salutis intuitu, *monasterio sancte Marie in* GRISSOW, *ordinis Cistercienfis*, cum pleno dominio & iure, quibus primo nos & exinde ipsi tenuerunt, liberaliter donauerunt, ad ipsum *monasterium* perpetue pertinendum, cum singulis prouentibus & utilitatibus, qui exinde nunc & in posterum potuerunt peruenire. Ipsi quoque ALBERTVS & HERMANNVS coram nobis presentes idem *mactatorium* libere pariter resignantes peticrunt cum instancia, quod ipsum prefato monasterio cum iuribus & dominio pre-

BOLESLAVS D. Silesiae, *testatur*: mactatorium, *dictum* *Kuttelhoff*, *in* AVREO MONTE, *legatum monasterio* Grissouicnsi,

habitis conferre dignaremur. Nos ipſorum recepta reſignatione gratanti animo ipſum mactatorium cum pleno iure, dominio & utilitatibus prehabitis, preſentibus & futuris & quod nulli liceat aliud mactatorium quouis modo in preiudicium iſtius conſtruere, monaſterio prefati ſancte Marie in Griſſow, Ciſtercienſis ordinis, ad manus fratris NICOLAI quondam *abbatis* ibidem & tunc *prioris* & HEYNRICI *Camerarii*, preſentis, nomine *monaſterii*, *abbatis* & *conuentus* ipſius, contulimus iure hereditario in perpetuum poſſidendum & in uſus ſuos prolubitu conuertendum. Volentes, ut, ſi neceſſe fuerit in poſterum, ut ipſi, abbas, qui pro tempore fuerit & conuentus, aliud mactatorium ſecundum aut plura ſi utilitas ipſorum fuerit, licite poſſint & nullus alius in eorum preiudicium aedificare ſiue dampnum. In cuius rei teſtimonium preſentes fieri & *ſigillo* noſtro fecimus communiri. *Datum* in Rochlicz anno domini milleſimo trecenteſimo quarto decimo, VIII. Idus Aprilis. Teſtes huius ſunt *Guntherus de Bebirſteyn*, *Albertus Barth*, *Vincentius de Schilberg*, *Gelfradus de Rechenberg*, *Guntherus de Rechenberg*, *Hoyerus de Priticz*, *Nenkerus de Swabisdorff & Gerhardus*, Notarius.

quo gaudeat priuatiue.

DATVM 1314.

DIPLOMA XLIV.

Litterae inueſtiturae de ſupremo iudicio in TYNCZ, conceſſo monaſterio *Griſſouienſi* CIↃ CCC LXII.

IN *nomine domini*, *amen*. Quia hoc nobis ſuadet innata benignitas, ut dedicatarum perſonarum commodis ampliandis eo ſollercius debeamus intendere, quo uolumus, ut eum, per quem prin-

WENCESLAVS, D. Sileſiae, *in ſalutem animarum*,

principamur in terris, pro nobis intimius interpellent & sic bona opera seminare in terris, ut mercedem eternam metere ualeamus in celis. Igitur *nos* WENCZESLAVS *primus*, dei gracia *dux* SLESIE *& dominus* LIGNICZENSIS, premissa diligencius attendentes, in nostrorum ac conthoralis nostre & progenitorum nostrorum animarum perpetuum remedium & salutem, *uenerabili & religioso uiro, domino* NICOLAO, *abbati & conuentui monasterii Grizouiensis* eorumque successoribus de innata nobis magnificentia & gracia speciali, accedente ad hoc beneuolo consensu & assensu sere nissime conthoralis nostre, domine ANNE, *ducisse* LIGNICENSIS, nec non filiorum nostrorum carissimorum ducum & heredum nostrorum uidelicet *Ruperti*, *Wenczeslai*, *Boleslai & Heynrici*, nostrorumque nobilium & feodalium fidelium consilio, beneplacito & consensu *omne ius & dominium ac iudicium supremum & infimum*, magnum & paruum, quod ad nos & nostros heredes, presentes ac legittimos successores nostros seu heredes in presenti pertinet & pertinere posset quomodolibet in futuro, *damus*, *concedimus*, *appropriamus*, *incorporamus & asscribimus* cum plenaria & omnimoda libertate in *uilla* dicta TYNCZ. Ipsamque *uillam* cum *allodio* & *piscina* ac *iure patronatus* ad eam pertinentibus possidendam & tenendam hereditarie & perpetue per presentes ex *speciali liberalitate & gracia* annuentes, ut predicti, abbas & conuentus, qui sunt ac pro tempore fuerint, eorumque monasterium *Grisouiense* prefatam uillam TYNCZ in *allodio*, *piscina*, *iure patronatus*, omnibusque *iuribus*, honoribus, *iurisdictionibus* & suis pertinenciis uniuersis, ut bona monastica seu ecclesiastica in antea perpetuis tempori-

monasterio Grissouiensi, con. edit supremum & infimum iudicium in uilla TYNCZ, cum iure patronatus, consensu serenissimae conthoralis, *item allodio; piscina, reliquis.*

Exemtio a iurisdictione seculari. poribus teneant & possideant & eis fruantur ecclesiastica libertate: dicta bona a nostra iurisdictione, potestate & iudicio seculari eximentes. Sic quod ipsi abbas & conuentus nomine suo & sui monasterii contra uiolentes ac iniuriatores suos possint & debeant, si & quociens opus fuerit, procedere ecclesiasticam per censuram, quibus abbati & conuentui eciam adesse uolumus nostre magnificencie presidio & brachio seculari per nos & heredes ac successores nostros, quociens & quando requisiti fuerimus uel ipsi fuerint requisiti. *Sigillum.* In cuius rei testimonium presentes dari iussimus nostri sigilli maioris munimine diligencius roboratas. *Datum 1362.* Actum & datum *Lignicz*, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, in die B. Ambrosii confessoris *Testes.* Presentibus fidelibus nostris dominis *Heynrico de Landiscron*, *Iohanne de Chotewicz*, *Niczkone Olao*, *Ottone Buzewoy*, militibus *Heinczkone Absacz*, *Iohanne de Slewicz*, *Nicolao de Pyskersdorff*, domino *Nicolao*, decano Ligniczensi & *Nicolaus de Schelndorff*, nostre curie notario, qui presentes habuit in commissis & aliis multis testibus fide dignis.

DIPLOMA XLV.

Litterae consensus de uilla TYNCZ, emta a monasterio *Grissouiensi* CIↃ CCCLXII.

WENCZESLAVS, D. Silesiae, fatetur: IN *nomine domini*, *amen. Nos* WENCZESLAVS primus, dei gracia *dux* SLESIE *& dominus* LIGNICENSIS, notum esse uolumus uniuersis & singulis presentes literas inspecturis seu eciam audituris, quod constituti coram nobis fideles & dilecti

lecti nostri BERNHARDVS & NICOLAVS (*), fratres germani dicti de CZEDLICZ, milites, *burggrauii seu castellani in Lehn*, recognouerunt maturo consilio prehabito ac diligencia diligenti ex certa sciencia publice & expresse se de *consensu suarum conthoralium* omniumque heredum & amicorum suorum accedente beneplacito & consensu uoluntateque unanimi & concordi, se totam *uillam*, TINTZ uulgariter nuncupatam, prope uillam *Roym* sitam in *Ligniczensi* districtu, cum omnibus suis *iuribus*, *utilitatibus*, *honoribus*, *iurisdictionibus*, *censibus*, *fructibus*, *redditibus & obuencionibus* uniuersis & singulis, quibuscunque nominibus censeantur ac *media piscina eiusque utilitatibus ac iure patronatus*, ad dictam uillam TYNCZ & memoratos dominos Bernhardum & Nicolaum germanos predictos pertinentes, *uenerabili & religioso uiro domino* NICOLAO, *abbati & conuentui monasterii* GRISSOVIENSIS *ordinis Cisterciensis*, *Wratisl. dioces.* per *trecentis marcis grossorum Pragensium Wratislau. numeri* & consueti, rite & racionabiliter iusto uendicionis titulo *uendidisse* in parata & *numerata pecunia*, per ipsos uenditores & quemlibet eorum habitis & receptis, prout se iidem uenditores dictas pecunias se habuisse & recepisse publice & uoluntarie sunt confessi, dictam *uillam* TYNCZ possidendam & tenendam cum prefata piscina, iure patronatus perpetuis temporibus per supradictos abbatem & conuentum emptores prefatos cum pleno iure & dominio, prout dicti uenditores hactenus possiderunt. Dicti eciam milites BERNHARDVS & NICOLAVS, conthorales suas seu uxores legittimas, uidelicet dominus BERN-

milites de CZEDLICZ *uillam* TINZ *monasterio* Grissouiensi, *pro* parata *pecunia uendidisse*

(*), uulgariter dictus Grunehaubt, testante inuestitura Germanica ducis Wenceslai, D. de Lignicz Vigil. S. crucis 1353.

HAR-

idque cum consensu uxorum,

iuri atque exceptioni dotalitii *renunciantium.*

HARDVS conthoralem suam ANNAM, ut & dominus NICOLAVS suam conthoralem AGNETHEM, ad nostram presenciam adduxerunt, que uultu hilari & ridente animo ac iocundo bona & data sua fide &, sub iuramento conscienſciarum suarum ad manus nostras libere resignarunt omne *ius* & omnem accionem, quod & quam in predicta uilla TYNCZ racione sui *dotalicii* habuerunt uel habent: renunciantes eciam eidem *dotalicio* & *iuri* ac *accioni* ipsis & earum cuilibet occasione dicti dotalicii competenti, promittentes bona data sua fide ac sub consciensciarum suarum eciam *iuramento* pro se fideliter sine dolo, quod nec per se nec per alium seu alios publice uel occulte, directe uel indirecte, uerbo uel facto contractum empcionis & uendicionis huiusmodi molestare, impedire uel impetere uelle quouis modo. NOS uero WENCZESLAVS, *dux* & dominus LIGNICZENSIS, predictum *contractum empcionis & uendicionis*, *resignacionis*, *renunciacionis* huiusmodi *gratum & ratum habentes*, dictam *uillam* TYNCZ cum omnibus & singulis suis iuribus, honoribus & iurisdiccionibus, utilitatibus, censibus, redditibus, prouentibus ac obuencionibus uniuersis, piscina & iure patronatus seu presentandi ecclesie in TYNCZ supradicto domino *abbati & conuentui ac suo monasterio* GRISSOVIENSI iure *hereditario & perpetuo* ut ueris emptoribus *possidendam* de munificentia nostra libere conferimus & donamus. Constituentes dictum abbatem & conuentum ipsius & successorum eorum nomine dicti monasterii ueros & legittimos possessores. In cuius rei testimonium presentes dari iussimus, nostri sigilli maioris munimine de certa nostra sciencia diligencius roboratas. ACTVM & DATVM *Legnicz*, anno

ACTVM &

no domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, die B. Ambrosii confessoris. Presentibus nostris fidelibus dominis *Heynrico de Landiscron*, *Iohanne de Cothewicz*, *Ottone Buzewoy*, militibus *Friczkone* & *Kythano* de *Landiscron*, *Henczcone Absacz*, *Iohanne de Slewicz*, *Nicolao de Piskersdorff*, domino *Nicolao*, decano Legnizens. & *Nicolao de Schelndorff*, nostre curie notario, qui presentes habuit in commisso & aliis multis testibus *fide dignis*. DATVM 1362. *Testibus.*

ADNOTATIVNCVLA

Hi quoque domini de CZEDLICZ antehac, anno scil. 1361. uendiderunt abbati omnia bona censualia, cum media parte iuris patronatus ecclesie in predicta uilla, de quo contractu speciales ducis Wenceslai litere.

DIPLOMA XLVI.

Litterae eiusdem argumenti cum prioribus CIↃ CCC LXII.

IN *nomine domini*, *amen*. Nouerint uniuersi & singuli presencium noticiam habituri, quod coram WENCZESLAO *primo*, *duce* SLESIE & domino LIGNICENSE, *strenuo milite & fideli nostro* *statur: domino* IOHANNE dicto de COTHEWICZ, *parte ex una*; *& uenerabili & religioso uiro domino* NICOLAO KESTNERN, *abbate monasterii Grisouiensis ordinis Cisterciensis Wratisl. dyocess.* suo & sui monasterii nomine, *parte ex altera*, principaliter & personaliter constitutis, idem dominus IOHANNES COTHEWICZ, confessus est & publice recognouit, se *allodium* suum circa & *prope uillam* TYNCZ districtus *Ligniczensis* cum *piscina & iure patronatus* ecclesie- WENCESLAVS, D. Silesiae, *et* *Ioannem de Cothewiz uillam* TYNZ

ecclesie in Tyncz, dicti quoque allodii agris & seminibus omnibusque *iuribus*, *dominiis*, *fructibus*, *redditibus*, *utilitatibus* ac suis *obuencionibus* uniuersis, quocunque nomine censeantur, dicto domino *abbati*, suo *conuentui* & *monasterio* GRISOVIENSI, maturo consilio prohabito diligenti, de sue conthoralis & suorum heredum ac amicorum expresso beneplacito & consensu, pro *trecentis marcis grossorum Pragensium*, *Wratislauiensis numeri* & *consueti*, rite & racionabiliter iusto uendicionis titulo *uendidisse* ipsi domino abbati, emptori suo & conuentus ac monasterii sui nomine dictum *allodium*, *piscinam*, *ius patronatus* cum omnibus & singulis iuribus, iurisdictionibus, honoribus, fructibus, prouentibus, utilitatibus, appendiis & obuencionibus uniuersis, quibuscunque nominibus nuncupantur, cum possessione eorum in manibus nostris ex certa sciencia & libere resignando. Verum quia hoc nobis suadet innata benignitas, ut dedicatarum personarum commodis ampliandis eo sollercius debeamus intendere, quo uolumus, ut eum, per quem principamus in terris, pro nobis intimius interpellent & sic bona opera seminare in terris, ut mercedem eternam metere ualeamus in celis, unde *nos* WENCZESLAVS predictus premissa diligencius attendentes, in nostrorum ac conthoralis & progenitorum nostrorum *remedium* & *salutem*, dictis abbati & conuentui in persona & nomine sui monasterii & successorum suorum de innata nobis munificencia & gracia speciali ac beneuolo *consensu* & *assensu serenissime nostre conthoralis*, domine ANNE, *ducisse* LIGNICENS. nec non *filiorum nostrorum* karissimorum, ducum & heredum nostrorum, uidelicet RVPERTI, WENCZESLAI, BOLESLAI

monasterio Grissouiensi *uendidisse*,

consensu 1) conthoralis, 2) filiorum, 3) heredum.

LAI & HEYNRICI ac eciam de consilio nostrorum *nobilium & feodalium fidelium* beneplacito & consensu omne ius & dominium ducatus nostri, uidelicet ius & dominium supremum & infimum, magnum & paruum, quod ad nos & nostros heredes presentes ac legittimos successores nostros seu heredes in presenti pertinet & pertinere posset quomodolibet in futuro; damus, concedimus, appropriamus, incorporamus & asscribimus, cum plenaria & omnimoda libertate, abbati & conuentui & monasterio prenotatis dictum allodium prope uillam Tyncz cum omnibus iuribus, piscina & iure patronatus ac omnibus & singulis utilitatibus suis prescriptis possidendum & tenendum hereditarie & perpetue per presentes & eciam speciali libertate & gracia annuentes, quod prefatum allodium pro *Grangia* seu curia per se possideant, teneant atque colant, aut quod ipsum allodium & eius agros in perpetuum censum annonalem uel pecunialem aut in emphiteusin temporalem uel perpetuam possint & debeant exponere, prout eis placuerit, seu locare. Et quod illi, quibus dictus abbas cum conuentu suo ipsum allodium cum agris suis locauerit; perpetue uel ad tempus eadem, qua ipsi, abbas & suus conuentus, libertate gaudebunt & gaudent, gaudere debeant plenarie & libere ex nostra gracia speciali. Sic quod ipsi eciam abbas & conuentus nomine suo & sui monasterii contra uiolentos ac iniuriatores suos possint & debeant, si & quociens opus fuerit, procedere *ecclesiasticam per censuram*, quibus eciam abbati & conuentui adesse uolumus nostre magnificencie presidio & *brachii secularis* per nos & heredes ad successores nostros, quociens & quando requisiti fuerimus, uel ipsi fue-

dominio supremo & infimo.

concesso iure patronatus, piscina, reliqua

grangia.

census annonalis.

iniuriatores,

censura ecclesiastica & brachio seculari, coercendi.

fuerint requisiti. In cuius rei testimonium presentes dari iussimus, nostri sigilli maioris munimine roboratas. ACTVM & DATVM in *Parchewicz* anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, dominica, qua in dei ecclesia: *circumdederunt*, decantatur. Presentibus reuerendis patribus & dominis, *Mathia*, episcopo Trebinensi, *Tyleno*, abbate Lubensi & nostris fidelibus & nobilibus dominis *Petro* & *Tersano*, fratribus dictis de Parchewicz, *Heynrico* de Landiscron, milite, *Heinczkone* Abscaz, *Heyncone* Buch, nostro Marscalko, *Stephano* Trach, *Alberto* de Blumenrode, *Petro* de Schelndorff, nostro Notario, qui presencia habuit in commisso.

Actum & Datum 1362.

Testes.

NOTA.

Confirmacionem trium precedentium ducalium inuestiturarum episcopus *Preczlaus* dedit Legnicz XII. Kalend. Ian. anno domini 1362. presentibus uenerabilibus fratribus dominis Mathia Tribinensi & Francisco Canticensi episcopis. Nec non Conrado de Falkinhayn, Heynrico de Landiscron, Iaraczio de Pogrella, militibus, Hanlo Czamborn, nostro Marschalko, Andrea Przechod & Nicolao de Peznauia, nostre curie Notario, qui presencia in commisso habuit.

DIPLOMA XLVII.

Ciuitas *Lignicensis* resignat monasterio *Grissouiensi ius* suum in *Grossen-Tyncz*

CIↃ CCCLXII.

Ciuitas LIGNICENSIS, *ad instantiam principis*,

NOs *consules ciuitatis* LIGNICZENSIS, moderni cum futuris, tenore presencium recognoscimus uniuersis, quod *reuerendo & honorabili ac religioso uiro domino abbati totique conuentui monaste-*

nasterii in Grissow ordinis Cisterciensis, ex *iussu* & *peticione* domini nostri *ducis incliti Wenczeslai*, ymmo seniorum, scabinorum & iuratorum nostrorum maturo consilio & bona deliberacione prehabitis *cessimus* & *cedimus* de iure quae ex *parte aduocacie prouincialis* in uilla dicta GROZE TYNCZ, *Lignicensis districtus* hucusque habuisse dinoscimur, *abrenunciantes* & exuentes nos de eodem iure & omni eius impeticione nunc & in eum simpliciter & expresse. Harum, quibus ciuitatis *sigillum* nostre autenticum est appensum, testimonio literarum. *Actum & datum* feria 6. proxima post dominica Epiphanie domini, anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo secundo.

monasterio Grissouiensi *cedit* ius suum *in* GROSSEN TYNCZ. abrenunciare.

Datum 1362.

DIPLOMA XLVIII.

(Cuius tantum praecipua momenta, paucissimis notata, hic exhibentur.)

Litterae *consensus*, de uilla RABIN, monasterio *Grissouiensi* uendita CIↃ CCC LXXXI.

AGNES &c. cum *Sawischius* quondam *Vlrici Bohemi filius* tam suo, quam *Anne Sawisch* sue uxoris ac *Leutkonis* fratris sui nomine *reuerendo in Christo patri ac domino, domino* HEYNRICO, *dicto* PROBISTHAYN, *abbati monasterii gracie S. Marie*, uulgariter GRIZOW nuncupati nec non ipsius conuentui, omnia bona, quae in *uilla* RABIN possedit ac habuit, *uendidisset*: eadem *abbati contulit* in *Swydenicz*, anno domini MCCC octuagesimo primo, die S. Alexii. Presentibus fidelibus nostris *Hermanno de Czeteras*, *Vlrico Schaff* alias *Pfaffe* dicto, *Vlrico Swob*, militibus, *Heynrico de Kittelicz*, *Burggrauio in Hayn*, *Heynrico Wiltberg*

AGNES, D. Silesiae, *consentit in emtionem bonorum* Rabinensium.

Datum 1381. *Testibus.*

berg, *Iohanne Probisthayn*, fratre domini abbatis & *Iohanne Slewico*, nostro *Protbonotario.*

DIPLOMA XLIX.

Consensus AGNETIS, de bonis quibusdam in RABIN, emtis a monasterio *Grissouiensi* CIↃ CCC LXXXIII.

AGNETIS, D. Silesiae, *consensus de* uendita *uilla*, Rabin.

AGNES post strenuorum & nobilium dominorum THAMMONIS, militis & IOHANNIS fratrum uterinorum de SAMPFORD alias de REYNENBERG, *uendicione* omnium *bonorum* quae in uilla dicta RABIN habuerunt & possiderunt, contulit ea uenerabili in Christo patri ac domino, domino *Iobanni* dicto BOWMSCHABE, *abbati & monasterio Grisouiensi.* DATVM *Trowtenow*, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo tercio, in crastino S. Nicolai episcopi. Presentibus fidelibus nostris, domino *Henczelino* dicto *Coppone* de *Czedelicz*, Heynrico *Wiltberg* Marschalko nostro, *Guntbero* de *Ronow*, iudice curie nostre, domino *Iohanne* de *Sytschin*, *Heynrico* & *Reinczkone* fratribus dictis *Nase* & *Conrado* de *Betschow* Prothonotario nostro.

Datum 1383.

Testibus.

DIPLOMA L.

Extractus literarum consensus, de praedio IAROW, a monasterio *Grissouiensi* alienato, constituto sibi *censu annuo* CIↃ CCC LVII.

BOLKONIS *autoritate, monasterii-*

BOLKO testatur, quod *uenerabilis dominus* HEYNRICVS noster fidelis & dilectus *abbas* monasterii *Grizouiensis*, nomine & iussu conuentus sui, *uendi-*

uendiderit honesto uiro *Iesikkoni* de SCALEWICZ, ciui *Swydnicensi* & suis heredibus allodium seu predium suum ZAROW nuncupatum distr ctus *Swydnicensis* cum reseruacione *septem marcarum* annui & perpetui census. DATVM in uilla, quae *antiqua aqua* appellatur. Anno domini M CCC quinquagesimo septimo, decimo Kal. Iunii. Presentibus nostris fidelibus *Vlrico Schoff*, milite, *Heynrico de Tmpnicz*, *Mathia de Panewicz*, *Gunczelino de Hayn*, *Henczlino de Nebilschicz*, *Claus de Lobenicz*, *Petro de Czedlicz*, nostro *Prothonotario*.

um Grissouiense *uendit praedium* Zarow, *constituto sibi annuo* censu.

Datum 1357.

Testibus.

DIPLOMA LI.

Hermannus de Reichenbach coenobio Grissouiensi de octo calceorum scamnis in Sweidnitz censum donat ciↄ ccc XXII.

IN *nomine domini, amen.* Ne testamenta fidelium in usus consolatorios pro animarum salute perpetuo deputata aliquibus in posterum calumpniis infirmentur, necesse est, ea litteris & testibus perhennari. Ideo *nos* HERMANNVS de RICHINBACH, *iudex hereditarius*, notum facimus in his scriptis memorie posterorum, quod ad honorem misericordiae dei & intemerate matris eius laudem & gloriam, nec non in *remedium nostrorum peccaminum*, liberorumque nostrorum ac *pro salute* dilectarum HEDWIGIS, quondam *matris* nostre & anime olim *coniugis nostre* ELIZABETH, quoque *matris* prefate coniugis nostre, iam defunctarum, dedimus ac eciam resignauimus de bona uoluntate & *consensu filiorum nostrorum*, uidelicet *Conradi*, aduocati hereditarii in Munstirberg,

HERMANNVS deReichenbach, *in remedium*, *animabus salutare*,

berg, domini *Nicolai*, decani ecclesie sancte crucis apud Wratislauiam, item *Wilhelmi & Heynrici*, *octo scampna calciorum* in SWYDNICZ, quorum quodlibet unum *fertonem* dare, tenetur, racione census, duobus in temporibus determinatis annuatim, uidelicet B. WALPVRGIS, uirginis & super festum B. MICHAELIS, quolibet enim termino temporum predictorum fertonem medium presentando. Hec autem scampna quondam fuerunt *magnifici principis*, domini nostri bone memorie, BOLKONIS, dei gracia *ducis* SLESIE & domini de FVRSTINBERG, que iusto *empcionis titulo comparauimus*, domini abbati & conuentui *monastrii de Griffow* in perpetuum *testamentum* iure hereditario possidenda, tali tamen subiuncta condicione, quod singulis annis in *anniuersario* predictarum defunctarum, quod est in die conuersionis S. Pauli apostoli, de censu prescriptorum scampnorum unum *seruicium* toti conuentui debent fieri liberaliter & honeste, ut pro replicacione beneficii temporalis memoria nostri & prenominatarum defunctarum, in omnium fratrum *oracionibus apud deum*, iugiter habeatur. Dicta autem scampna sunt & ab antiquo semper fuerunt libera ab omnibus solucionibus & seruiciis tam ducalibus quam ciuilibus ac ceteris *angariis* quibuscunque. Sic eciam prefatis fratribus de Griffow in possessionem perpetuam ea sub eadem donauimus libertate. In huius igitur nostre donacionis robur & iugem memoriam presens scriptum prenominatis monasterio & fratribus *sigillo* nostro dedimus communitum. ACTA sunt hec in *Richenbach*, anno domini M CCC XXIII. in dominica, qua cantatur Oculi mei. Presentibus testibus subnotatis domino *Nicolao*, capellano

octo scampna calceorum *donat*

monasterio Griffouiensi, *sub conditione*; *celebrando*-rum anniuersariorum.

Angariae.

Sigillum.

Actum 1323.

Testibus.

lano nostro, *Petro* & *Synderamo* de *Bela* fratribus. Item *Iohanne* scriptore, *Heynrico Portario*, *Heynrico Syber*, ciuibus, item *Sinderamo* filio *Sinderami* de *Bela* & aliis pluribus fide dignis.

DIPLOMA LII.

Consensus BERNHARDI, D. Silesiae, in donationem, coenobio *Grissouiensi* factam CIↃCCCXIX.

BERNHARDVS, *dux* SLESIE & *dominus in* FVRSTINBERG, *resignante* suo milite SANDIR dicto clerico, ad honorem dei ac in remedium anime sue, dominis ac fratribus in Grizouia nomine Eleemosine super allodium suum seu curiam in Vegbutel de octo mansis *quatuor maldratis filiginis*, item in Thomaswalde de quatuor mansis liberis ad iudicium pertinentibus *duas maldratas filiginis*, h. e. de quolibet manso *sex mensuras*, annuit & confirmauit in Stregin, in curia cruciferorum, anno domini millesimo trecentesimo nono decimo, proxima feria quinta post dominicam, qua canitur Inuocauit. Presentibus his: domino *Conrado de Czirna*, domino *Riperto* iudice curie nostre, *Heynrico de Ridburg*, *Alberto de Rifinburg*, *Magno de Czirna*, *Seckelino de Frankensteyn*, *Heynrico*, filio domini *Kyliani de Hugwicz*, *Martino de Richenow* & aliis &c.

BERNHARDVS, D. Silesiae, *consentit in donationem*, *factam monasterio Grissouiensi.* Maldrata. Datum 1319. *Testes.*

DIPLOMA LIII.

Bolko D. confirmat annuum censum, testamento *Tammonis Ryme* coenobio Grissouiensi legatum CIↃCCCLI.

BOLKO II. *contulit* ex resignatione strenui mi-

BOLKONIS *consensu, donat* TAMMON *monasterio* Grissoui-ensi *annuum censum.* 1351.

litis domini TAMMONIS RIME, unius marce *censum annuum* in & super thabernam in Tschechin, nomine ueri & perpetui testamenti, uenerabili uiro domino Nicolao, abbati monast. *Grisou.* totique conuentui. Datum Czedlicz in octaua S. Iacobi apostoli, anno domini M CCC quinquagesimo primo. Presentibus Iohanne Vnru, Peczoldo de Peczow, Peschone de Rusk, iudice hereditario Strigoniensi, Heynrico de Ympnicz, Heinlino de Czirle, Hermanno Spanseyl, Petro de Czedlicz, nostro Prothonotario &c.

ADNOTATIVNCVLA.

In literis cassatis, quibus Sandir, dictus Clericus, quatuor mansos in Pylgrimshayn, dominis & fratribus in Grissow dedit, eius coniugis Katherine & filiorum Clerici & Hermanni, nec non
1318. fratris Riperti mentio fit. 1318. in vigilia SS. apostol. Simonis & Iude Landishute, quem in confirmationem harum sub eodem dato Bernhardus iudicem curie nostre nominat.

DIPLOMA LIV.

Bernhardus D. nobilibus de Rusk reditus quosdam in uilla Merica donat CIↃ CCC XVIII.

BERNHARDVS, D. Silesiae, *nobilibus de* RVSK *reditus donat X. marc.*

BERNHARDVS, *dux* SLESIE, *dominus de* FVRSTINBERG, *Tylkoni Cyras* & *Petro* genero suo filio Ticzkonis bone memorie de RVSK, *decem marcarum redditus* cum dimidio *fertone* sitos in quarto decimo dimidio manso in uilla, que MERICO uocatur, prope ciuitatem Stregoniam sine seruicio dextrariali seu seruicio quod pro expedicionibus faciendis nos contingit contulit. Nichilominus pro nobis exacciones & alia iura ad ducatum

catum noſtrum pertinencia reſeruantes. Datum in *Kanth*, anno domini milleſimo trecenteſimo octauo decimo, in die S. Trinitatis. His teſtibus preſentibus domino Kyliano de Hugewicz, domino Conrado de Czirnen, Cunado de Beczow, Heynrico de Reydeburg, Iohanne de Las, Arnoldo de Petirswalde, Gunczelino de Hodorff, domino Ticzkone, noſtro curie Notario.

DATVM 1318.

Teſtes.

ADNOTATIVNCVLA.

Hunc cenſum uendiderunt Petrus & Iohannes de Rusk, honorabili uiro domino Heynrico abbati, deuoto noſtro totique conuentui monaſterii in Grizouia, confirmante Bernhardo, in Swydnicz anno domini M CCC uiceſimo quarto, quinto Idus Maii. 1324. Teſtibus Kekelone de Czirner, milite, Riperto Vnnogel, Merbothone de Hayn, Hermanno de Seydelicz, Heydenrico de Predil, Iohanne Rungonis, Iohanne de Komeren, curie noſtre Notario.

DIPLOMA LV.

Conſenſus *Cunegundis D.* de cenſu annuo, coenobio Griſſouienſi donato CIↃ CCC XXVI.

IN *nomine domini*, *amen*. *Nos* CVNEGVNDIS dei gracia *duciſſa* SLESIE & domina de FVRSTINBERG, notum eſſe cupimus uniuerſis preſentem literam intuentibus, preſentibus & futuris, quod preceptis ſalutaribus monite & informate, quod ſancta & ſalutaris eſt cogitatio *pro defunctis exorare*, ut a *peccatis* ſoluantur; Nos honorabilibus *uiris & religioſis* domino abbati & conuentui *monaſterii* in GRIZOVIA, de bona uoluntate & maturo conſilio, accedente eciam ad hoc illu-

KVNEGVNDIS, D. Sileſiae, *donat*, *in ſalutem* animarum, *monaſterio* Griſſouienſi

illustris principis filii nostri karissimi, domini & ducis *Bolkonis fauore* plenissimo *& consensu*, *in remedium & salutem anime* serenissimi principis, domini & *mariti* nostri dilectissimi, BERNHARDI, *ducis* SLESIE & domini de FVRSTENBERG & nostre ac nostrorum progenitorum, damus, concedimus & *legamus quinque marcas* reddituum seu *census* in silua nostra RVSK, prope *Stregoniam*, nomine ueri *testamenti*, ut ibidem diuinis cultibus nocte dieque iugiter insudantes, pro nostris eo diligencius reatibus & delictis, suis precibus dominum ualeant exorare. Damus autem in hunc modum, quod, quandocunque ligna uenduntur in ipsa silua per nostros officiales tempore debito & consueto, tunc *quinque marce* ipsis dominis & fratribus in GRIZOVIA post huiusmodi uendiciones debent presentari, impedimento quolibet procul moto. Si uero ligna non uenderentur in predicta silua, annis singulis per nos & nostros successores tamen semper debent uendi in tanta estimatione, quod sepe fatis dominis ille quinque marce presententur. Adiicimus eciam, quod si prefata silua in Rusig per succisionem uel cremacionem uel quacunque de causa deperiret, tunc in agris, fundo seu fundamento ipsius silue predicte quinque marce reddituum iterum iuxta estimacionem & ualorem agrorum ipsis dominis & fratribus debent certitudinaliter assignari. Ne autem alicui in posterum de huiusmodi nostra donatione dubium possit aliqualiter suboriri: presentem literam dedimus super eo, nostro sigillo & sigillo filii nostri karissimi, domini & ducis, Bolkonis, diligencius communitam. ACTVM *Swydnicz*, anno domini M CCC uicesimo VI. in die S. Lucie uirginis, presentibus his *Gunczelino de Swyn*,

annuos census 5. marc.

Actum 1326. testi au.

Swyn, *Apeczkone de Sylicz*, *Heynrico de Reydeburg*, militibus noſtris, item *Cunrado de Beczow*, *Somkone de Michaelis uilla*, *Tammone de Sylicz*, *Riperto Vnnogil*, iudice curie noſtre, *Wernhero de Panewicz* & *Ticzkone*, noſtro Notario & aliis pluribus fide dignis.

DIPLOMA LVI.

Henricus Molberg coenobio Griſſouienſi agros quosdam legat CIↃ CCC XXI.

IN *nomine domini*, *amen.* Facere amicos de Mammona iniquitatis ſermo dominicus ſalubriter nos informat, *ego* igitur HEYNRICVS dictus MOLBERG, eger corpore ſanus tamen mente, ſciens me hic manentem non habere ciuitatem, aliquid in preſenti uita ſeminare uolens, unde metere ualeam in futuro, ad noticiam uniuerſorum deuenire cupio, quod die & termino ſubnotato, teſtibusque infra ſcriptis aſſiſtentibus, honorabilibus & *religioſis uiris* dominis ac fratribus *S. Marie in Grizow*, ordinis *Ciſtercienſis*, ſemper amicis meis, dedi & contuli tredecim uirgas agrorum directe ex oppoſito curie mee in Polsnicz uilla ſitas pure propter deum & ſalutem anime mee, ipſo iure, quo eas poſſedi tempore uite mee. Adiiciens, quod ibidem in Grizow clauſtro meam elegi publice ſepulturam. In cuius rei teſtimonium meo nec non ſuorum ſigillo, VIII. eciam uirorum ydoneorum, ſcilicet domini *Hermanni Plebani*, de antiquo *Grizow confeſſoris* mei, dominus *Heynrici*, uice plebani in *Friburg* munimine pecii conſignari. DATVM in *Polsnicz*, uilla in meo propugnaculo, anno domini MCCC uiceſimo primo. Preſentibus dilecto *filio* meo, *Gun-*

Heinricus Molberg, *per modum teſtamenti*, *monaſterio* Griſſouienſi

legat agros.

Teſtes.

Datum 1321.

Gunthero, *Iohanne*, *fratre* meo kariſſimo, domino *Hermanno*, domino *Heynrico*, prediĉtis, tunc in *Friburg*, uice plebanis, *Iohanne* diĉto de *Saydo*, *Petro* diĉto *Pilleatore*, ciuibus in *Vryburg*. Et aliis fide dignis.

DIPLOMA LVII.

Agnes D. coenobio Griſſouienſi confert duo praedia CIↃCCCLXXII.

AGNES, D. Sileſiae, *inueſtit monaſterium Griſſouienſe praediis VValthindorff & VVirchausdorff.*

Datum 1372.

Die *Hertzogin* AGNES verreicht umb *zwenczig mark Pragyſcher Groſchen und Pollniſcher Zal* von *Ruel Bycrn zwe Mark geldis*, eine in dem Dorffe WALCHEYMSDORFF, dy *andir mark* in dem Dorff WIRCHAVSDORFF, beyde des Weichbildes czum Hayne, unſerm andachtigen, *dem Apte czu Grizow* und ſyner Sammenunge Gegeben czu *Grizow* noch Criſts geburt driczenhundirt Jar, dornach in dem andirn und ſebenczigeſtem Jare, am nehſten Sonnabund noch Sant Jacobis-Tage. Des ſynt *Geczug* unſere getrawen Her *Henczil*, Her *Dypraud* und *Nikil*, Gebrüder von der *Reybnicz*, Her *Heinke von Meyenwalde*, Her *Heynke von Sydlicz*, *Hennich von Brunow* und *Slewicz*.

DIPLOMA LVIII.

Henricus D. Sileſiae coenob. Griſſou. reditum annuum, in *Berwigsdorff* percipiendum, confirmat CIↃCCCXIX.

HEINRICVS, D. Sileſiae, *aſſignat annuos reditus mo-*

HEYNRICVS, *dux* SLESIE, *dominus de* FVRSTINBERG & *in* IAWR contulit duarum marcarum *redditus*, ſingulis annis in *Berwigsdorff* percipiendos, reſignatos a *Luppoldo de Muchterich*, ob remedium anime ſue ſuorumque progenitorum ſalu-

salutiferum, religiosis uiris ac discretis domino abbati totique conuentui. ACTVM in *Conradiswalde*, in die beatorum martirum, Geruasii & Prothasii, anno domini millesimo trecentesimo nono decimo. Presentibus *Herranno* de Sydlicz, *Syfrido* & *Bernhardo* fratribus de Czedelicz, *Magno* de Boranowicz, Iuuene de Czirna & aliis quam pluribus fide dignis.

nasterio eidem.

Datum 1319.

DIPLOMA LIX.

Bolko, D. *Silesiae* testatur de dotalitio, coniugi Franczkonis adsignato CIↃ CCC XLII.

NOs BOLKO, dei gracia dux SLESIE, dominus de FVRSTINBERG & in SWYDNICZ, omnibus & singulis, quibus presens scriptum nosse fuerit oportunum uolumus esse notum: quod honorabilis domina, MARGARETHA, relicta *Nikolai Koldicz*, bone memorie, ciuis in *Swydnicz* & FRANCZKO, filius eius, coram nostra presencia constituti, in bona mencium ualetudine & corporum sospitate totam *uillam Calndorff*, in districtu nostro Swydniczensi sitam, honeste *domine, domine Enyde*, coniugi dicti *Franczkonis*, eo iure, dominio, utilitate & fructu cum omnibus ad ipsam pertinentibus, prout in suis greniciis & limitibus circumferencialiter est distincta, titulo & *nomine ueri dothalicii*, erogarunt & ipsam in nostris manibus uoluntarie resignarunt, qua quidem dacione & uoluntaria resignacione coram nobis racionabiliter facta, dictam uillam eo iure & dominio, ut prescribitur, ipsi domine ENYDE, nec non & domino Iuueni de CZIRNA ad manus ipsius domine, ENYDE, iuxta omnem ritum & consuetudinem dota-

BOLKO, D. Silesiae, *testatur*, Margaretham Koldicz nurui *suae assignasse uillam* CALNDORFF, *loco dotalitii.*

ad dies uitae. *dotaliciorum* in terra nostra conferendorum, ad tempora uite sue contulimus, quiete & pacifice possidendam. In cuius rei certitudinem presentes dari super eo iussimus, nostri maioris *sigilli* munimine roboratas. Actum & datum in *Swidnicz*, feria tertia ante diem Viti & Modesti, martirum beatorum, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo. Presentibus nostris fidelibus, *Vlrico* & *Renczone*, fratribus, dictis Schoff, *Petro* Bohemo, *Heynrico* de Swyn & Iungelingo, militibus, *Peczkone* Eyke, iudice curie nostre & *Kunczlino*, nostro prothonotario &c.

Actum & datum 1342.

Testes.

DIPLOMA LX.

Bolko D. testatur de uenditione dimidiae partis uillae *Rabin*, nobilibus de Seidelitz facta CIↃ CCCLXV.

BOLKONE, D. Silesiae, *testante*, Syffridus a Donyn *uendit iterum nobilibus* a Seidelitz *partem uillae* Rabinensis.

BOLKO, *Herczoge* in SCHLESIEN, Herre von FVRSTINBERG czur SWYDENICZ und *Marggrove* czu LVSICZ hat den *halbin teyl des Gutis zum Rabin*, des Weichbildes czur *Swydenicz* den Anke etwen Herrn *Petschen von Czirnen* eliche Tochtir irem elichen Wirto, *dem Edelin Syffride von Donyn* uffgelassen, und diser der Erbarn Vrowen *Ilsen* etwenne *Clauß von Seydelicz elichin Hußvrowen* vorkowft, diser gelegin und gelanget in Vryburg am Donyrstage vor allin Hilgen Tage, noch Gotis geburt dryzehundert Jar an dem vünff unde sechczigestin Jare, des synt Geczug unsere getrawen. Her *Peczoe* von *Beczow*, Her *Bernhart von Czedelicz von Fürstensteyn*, unser Burggreve, Her *Hanns von Czirnen*, Her *Heynrich von Czirnen*, *Nikel von Sathinkirche*, *Temchin von Seydelicz*, *Peter von Czedelicz*, unsir Lantschry-

Actum 1365.

schryber unde *Peter von Nebilschicz*, unser Hofeschryber. Hofschreiber.

DIPLOMA LXI.

Agnes D. inuestit Vlricum Boehm praedio coniugis ipsius Rabinensi CIↃ CCC LXX.

DIe *Herzogin* AGNES hat vorreicht irem liben getrawen *Vlrich Behm* alle seiner elichen Husvrowen, der Erbaren Vrowen, *Agnes*, Gut, so sie gehabin mag czu dem Rabin, welches sie ime uffgelassen czu der Swydnicz, an der nehsten Metewoche vor Synte Johannis Tag des Towsirs unsers Hirrin, do man czalte noch Crists geburt driczenhundirt Jar, dornoch in dem sebinczigestem Jare, des synt Geczug unsir libin getrawen Her *Nikel Bolcze* unser Hovemeyster, Her *Reyncz Schaff*, Her *Gunczil von dem Lazin*, Her *Nickel von dem Czeißberge*, *Nickil von der Reybenicz*, *Heynrich Wiltberg* und *Peter von Czedlicz* unser Lantschreiber. Agnetis D. *consensu de uilla, emta a marito.* Datum 1370. Testes.

DIPLOMA LXII.

BOLESLAVS D. Silesiae nobilibus de *Heinrichow* quasdam officinas *opificum Richenouiae* erigendi libertatem concedit CIↃ CC LXXVI.

I*N nomine domini*, *amen.* Nouerint uniuersi hanc literam inspecturi, quod *Nos* BOLESLAVS dei gracia *dux* SLESIE, domui in HEYNRICHOW, graciam talem contulimus, quod de bona uoluntate nostra & consensu in RICHENOW *thaber* *nam liberam*, duos *fabros*, item duos *pistores* & duos *carnifices* iure hereditario in perpetuum colloca- BOLESLAVS, D. Silesiae, *inuestit nobiles de* Heinrichow *uanariis iuribus, concedendo*

1) tabernam; 2) fabros; 3) sutores; 4) pistores; 5) carnifices.

locabunt. Hi autem artifices quidquid operabuntur noua uel uetera, ubicunque locorum ibidem in uilla decreuerint, uendent libere & quiete. Insuper uolumus & uniuersis nostris aduocatis percipimus, quod ipsos in eadem donacione nostra non impediant, nec per aliquem impedire permittant, In cuius rei testimonium & uigorem perpetuum hanc literam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum & actum Rochlicz, testantibus his: domino Heynrico de Prouin, domino Bertoldo, plebano de Iawr, Bertoldo, aduocato de auro, Cunrado, aduocato de Hayn, Petro, aduocato & aliis quam multis. Anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto.

Sigillum. *Testes.* Datum 1276.

DIPLOMA LXIII.

Instrumentum emti *census annui*, ex taberna *Richenauiensi* tollendi CIↃ CCC XVIII.

Abbati Grissouiensi *uendit* annuum censum

Anna, uidua de RICHENOW *consensu filiorum.*

IN *nomine domini, amen.* Acta mortalium subito labuntur a memoria, si non fuerint literarum ac testium fulcimine roborata. Nos igitur frater *Heynricus*, dictus *abbas gracie S. Marie*, uniuersis presentem paginam intuentibus cupimus esse notum: quod *nos* contra *dominam Annam*, relictam felicis memorie *Heynrici Clauigeri de Richenow*; & *filium* eius *iuniorem* & de consensu & uoluntate senioris filii eiusdem domine & omnium amicorum eius *emimus pro XX. marcis grossorum*, super *thabernam in Richenow*, *duas marcas annui census* libere annis singulis percipiendas, ita quod nec cum seruicio ducali, nec, quod absit, si thaberna quacunque de causa *combure-*

Cautela. *prima.*

buretur, cum edificiis occupari non tenemur, sed prefata domina uel eius filius thabernam exponere debet & nos duas marcas debemus tollere absolute. Si eciam, quod deus auertat, thaberna prenotata ad tantum *defectum* quocunque modo perueniret, quod non plus, quam duas marcas, in censu dare posset, illas nos tollere debemus &, qui nobis uendiderunt, omnino in denariis nichil tollent. Ista tamen condicio interiecta fuit: quod si prenominata femina uel filius eius iunior seu maior de uoluntate iunioris in alio loco nobis placito alias duas marcas, his eque ualentes, similiter comparauerint, ad illas nos respectum habebimus & tollemus. Thaberna uero ipsis a nostro tributo libera remanebit. Ad hoc autem tercio *thabernator*, quem emimus, *dabit* nobis anno presenti *circa festum S. Michaelis duas marcas*. Dabit similiter & deinceps semper unam marcam in *festo Walpurgis*, aliam in die *S. Michaelis* & hoc tamdiu, quo usque nos, ut premissum est, alium locum ostenderint placidum atque certum. In cuius rei testimonium presentem literam nostri *sigilli* appensione fecimus communiri. DATVM & ACTVM in estuario plebani in *Richenow*, anno domini MCCCXVIII. in dominica, qua canitur: *gaudete in domino semper*. Presentibus his domino *Ticzkone*, plebano in Pomerio, *Heynrico magno*, sororio eius, *Nicolao*, sculteto hereditario, *Theodorico Diuite, Conrado Wendilgart*, *Heynrico Vriginhusener*, *Heynrico Pulchro*, *Heynrico Fuerer* & aliis &c.

Secunda. *Pactum.* *Termini solutionis.* *estuarium.* *Datum & actum 1318.* *Testes.*

DIPLOMA LXIV.

Litterae *reuersales* NICOLAI de CZEISBERG; quod ius sibi concessum, pi-

ſcandi, *expirare* debeat cum *morte* ipſius CIↃ CCC XCVI.

NICOLAVS, *Dynaſta in* Czeisberg, *teſtatur:* *ius piſcandi ſibi a monaſterio* Griſſouienſi *conceſſum,* *ſed non niſi ad* dies uitae.

ICh *Herr* NICKEL von dem CZEISBERGE, bekenne offentlich mit dyſem Briffe, daz der *Erwürdige Vater Herr* NICCLOS VON LEGNICZ, *Apt czu Grizow* unde dy Sammenunge doſelbiſt ir *Waſſir* unde dy *Vyſcherye* czu *Reichenow* und czu *Quolisdorff* mir, *czu mynen Lebetagen*, von ſunderlicher Gunſt gelaſſin habin, daſſelbe *Waſſir* und ouch die *Vyſſcherie* ſal noch mynem tode den obgenanten deme *Apte* unde *deme Convent czu Grizow* erblich und ewiclich bleybin, an alle Anſproche und an allis Hynderungs myner Erbin unde Nachkomelinge, Erbelinge unde Hern uff deme Czeiſsberge. Und ap myner Kyndin adir Nochkomelinge keyner das vorgenante *Waſſir* unde *Vyſſcherie*, welde anevangen und recht dorczu habin dovon, das ich daz etliche czit vom Gunſt gehabt habe; ſo wedirſpreche ich das mit Crafft dyſes Briffes und bekenne: daz das oftgenante Waſſir und Vyſcherie czu Richenow und czu Quolisdorff des Cloſtirs czu Griſſow Erbe iſt unde nymand dorczu recht hat, den der Apt unde dy Sammenunge czu Griſſow. Des czu Urkunde habe ich myn *Ingeſygel* mit guter Wiſſen an dyſen Briff gehangen. Gegebin uff dem Czeiſsberge an Sant Symonis und Juden Abind. Noch Criſts geburt driczenhundirt Jar dornoch in dem ſechs und newnczigeſten Jare.

Sigillum.

Datum 1396.

DIPLOMA LXV.

Inſtrumentum *contractus libellarii* de uilla *Bertoldisdorff* CIↃ CCLVIII.

I*N nomine domini, amen.* Nouerint uniuerſi, pre-

presentes ac posteri, hanc literam inspecturi, quod *ego* BOLESLAVS, filius *Brebundi*, comitis, cum deliberatione bona & *consensu* sororii mei *Guntheri* Iunioris de *Bebirsteyn*, BERTOLDO dicto POLONO *de uilla Reimundi contuli* uillam meam *Bertoldusdorff* sitam, circa *Palascowicz*, iure *Theutonicali* populandam, addiciens eidem Bertoldo racione locacionis nouum *mansum liberum*, *tercium denarium de iudicio & omnia iura Scultecie* cum suis successoribus iure hereditario in perpetuum possidenda. Vt autem supra dicta uilla uberius excolatur, omnibus incolis eiusdem uille plenam dedi libertatis facultatem, a *festo B. Martini* proxime uenturo per tres annos: qua libertate euoluta *unam* eiusdem uille michi de quolibet manso persoluent *maldratam triplicis annone*, scilicet quatuor mensuras tritici, quatuor siliginis, quatuor & auene & *dimidiam marcam argenti*. In tercio uero anno censum dabunt per medium & nunquam ab ipsis aliqua decima requiretur. Volo eciam, ut pro ecclesia fabricanda liber mansus & integer reseruetur. In huius rei testimonium & uigorem perpetuum sibi hanc literam *sigilli* domini mei HEYNRICI, *illustris ducis* SLESIE; & sigillo sororii mei Guntheri de Bebirsteyn; ac *sigillo* MEO duxi roborandam. ACTVM & DATVM in REIMVNDI *uilla*. Anno domini MCCLXVIII. Presentibus his domino *Walthero*, plebano de *Reymundi uilla*, domino *Conrado de Czirna*, domino *Ottone* dicto *Kule*, *Theodorico Strowebir*, *Theodorico Polono* & aliis quam plurimis.

Boleslaus *confert Bertoldo uillam* Bertoldisdorff, iure Teutonicali, *populandam.*

Praestationes annuae.

Actum & datum 1268.

Testes.

DIPLOMA LXVI.

Testimonium *Scabinorum* SCHWEIDNI-

CENSIVM, de *curia* quadam, monasterio GRISSOVIENSI legata a PETRO POLONO CIↃCCCXLIV.

Aduocatus & Scabini Suidnicenses testantur: PETRVM POLONVM legasse conuentum suam in der ZIEGEVNER Gasse, coenobio Grissouiensi

EGo *Aduocatus hereditarius Swydniczensis* & ibidem *Scabini*, HANKO SLVSER, HERMANNVS VRYDEL, PETRVS BOGENER, PECZSCHO de RICHINBACH, SEYPELINVS de ARNOLDI *uilla*, MERKELINVS BAVARVS, MENCZELINVS de NYMPSCH, notum facimus uniuersis, quod PETRVS POLONVS, noster *concinis* coram *nobis* in *bannito iudicio* presencialiter constitutus non compulsus sed cum bona uoluntate & maturo suorum amicorum consilio super eo recepto *curiam* suam, in platea quae CZICHENERGASSE dicitur, situatam, eo iure, quo ipse eandem possidebat, *reuerendo uiro domino* NICOLAO de AVREO MONTE, *abbati monasterii ordinis S. Bernhardi in Grissow*, nec non *tocius conuentus uniuersitati* ibidem dedit racione ueri *testamenti* & cum fauore seniorum ciuitatis *Swydnicz.* ipsi porrexit, ac hereditarie possidendo resignauit, faciendo, dimittendo cum dicta curia, quicquid abbati quicunque est uel fuerit & uniuersitati prefati monasterii melius & conueniencius uidebitur expedire. Harum testimonio literarum. DATVM *Swydnicz*, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, feria sexta proxima ante festum Michaelis archangeli.

DATVM 1344.

DIPLOMA LXVII.

Litterae *Scabinorum* SCHWEIDNICENSIVM de *annuo censu*, uendito monasterio *Grissouiensi* CIↃCCCXCIV.

Schweidnicensis Sca-

VOr uns Scheppen czur Swydnicz, Petschen Hulfrich, Weygil Sachinkirche, Niclose Placz-

Placzmeyster, Niclose Welczil, Iacobe Gumprecht, und Niclose Hundegasse, in dem Jar do Hans Hoseman das Erbgerichte sas, gestandin ist in *gehegetem dynge* HANS YWAN, und hat recht und redelich verhowft deme Erwirdigen Herrin, dem *Apte* und der ganczen *Sammenunge des Closters Grissow* und allin yren Nochkomen und Petir Grossen czu getrawer Hand vürff Mark jerlichis Czinss uff seyn Haws in der Czichener Gassen by Steffan Grosen gelegin, und uff alle syn Gut, und der Czynss sal gevallin alle Jar unvorczoginlich halb uff *Sente Walpurgen Tag* und halb uff *Sente Michels Tag*, und geschee des nicht, so sal en der *Voyt Pfandis helffen* in und uff dem egenantin Howse und uff alle synem Gute, und die Pfande mogen sy vor yrem Czins verseczin gleicher weiss, als ab sy alle Rechte do mytte begangen hetten. Doch wenne der obgenante YWAN adir syne Nochkommen denselbin Czynss wedir *abegekewfen*, umb vunffczig gereyte Mark, so sal dat vorgenante Haws und alle syn Gut ledig und loz syn. Ouch sal man en günnen *dritte halb Mark* czinses *abezulösin* umb *vünff* und *zwanczig gereyte mark grosschen*, wenne sy das vermögen. Czu geczug synt unsere INGESYGEL an dysem Briff gehangen. Noch Gotis geburt *driczenhundirt* Jar, dornoch in dem *vyer und newnczegesten* Jare, in dem nehesten DINGE noch *Corporis Christi.*

bini testantur in gehegeten dyng, (iudicio bannito) IOANNEM YWAN uendidisse monasterio annuum censum,

additis cautelis.

Sigillum.

Datum 1394.

DIPLOMA LXVIII.

Litterae contractus, quo *ciuitas* SCHWEIDNIZENSIS uendidit monasterio *Grissouiensi* octo *scamna calceorum* C I O C CC XCVI.

Consules & Senatores ciuitatis Schweidnicensis fatentur: se monasterio Grissouiensi, pro parata pecunia XI. marc. uendidisse octo scamna calceorum.

Wir RATMANNE *der Stad Swydnicz*, *Hancko Jencz*, *Hanko Kempnottir*, *Niclos Welczil*, *Nicolaus Wisteric*z, *Franczho Goltschmet*, *unde Fricze Kegeling*, bekennen offintlich in dysem Briffe, das *der Erwirdige in Christo Vater und Herre* NICOLAVS, *von Gotlicher doldunge Apt czu Grizow* und das gancze Convent desselbin Closters czu Grissow *uns* rechtlich und redelich *gegebin* und *vorguldin habin zwelf Mark* guter *Proger grosschen Polnischer czal* vor das new gebude und vor er ACHT SCHVBENKE dy sy dorunder habin, und des selbin geldis *sage wir sy*, de egenanten Hern Apt und Convent czu Grizow, *qveith und ledig*, von der Stad wegin, nu und hernocher bys alzo lange, daz dy egenanten Schubencke abir gebudes bedörffen, do Got vor sy. Och globe wir obingeschrebin Ratmanne und dy noch uns Ratmanne gekorn in der Stad namen czur Swydnicz, das wir den egenanten Hern Apt und Couent czu Grissow von der Muwirn und gebudis wegen, das yre *acht Schubencke* antrift, nimmermehr fullin noch wellin angesprechen in keyne weys, bys das dy Schubencke abir Dachis und von newens gebudis bedürfen, dorczu sosullen sy abir gebin ere aneczal nach Benckeczal. Czu geczuge habe wir dysen Briff vorsigelt mit der Stad Swydnicz Ingesigel. GEGEBIN am Montage vor unser Vrowin Tage Lichtewye, noch Christs geburt driczenhundirt Jar, dornoch in deme sechs und newnczigestem Jare.

Sumtus computandi, NACH BAENCKE ZAHL, *pro rata.*

Datum 1396.

DIPLOMA LXIX.

Locatio uillae forensis LANDISHVTENSIS, facta conuentui *Cresoboriensi* CIↃ CC XLIX.

In

IN *nomine sancte & indiuidue Trinitatis*, *amen*. Plerumque ea, que legitime facta sunt, uetustate, que mater obliuionis est, interueniente in dubium deducerentur, nisi confectione instrumentorum & inspeccione posterorum perpetuata monstrarentur. Innotescat itaque uniuersis Christi fidelibus presentibus & futuris presens scriptum inspecturis: quod *nos* BOLESLAVS, dei gracia, senior *dux* SLESIE & POLONIE, una cum fratre nostro, domino CVNRADO, *Electo Pathauiensi*, cupientes magnificare & *augmentare redditus ecclesie*, presertim uirorum religiosorum *Heremitarum*, nunc manencium in loco, qui uocatur CRESOBOR, ad honorem dei & beatorum LAVRENCII *martiris*, NICOLAI *confessoris* & *beate uirginis* AGATHE, contulimus eisdem fratribus *Landishutte*, uillam forensem, *iure Theutonico* locandam & in quadam ibidem *insula* Claustrum eorum locandum. Que insula sita est inter fluuios *Zadrue* & *Bobir*, cui uille forensi addidimus ex parte fluuii, qui uocatur *Zadrue*, in latitudinem mensuram theutonicalem uidelicet ducentas & septuagintas uirgas theutonicales, que mensura ex parte altera *Bobre* procedet usque ad fluuium, qui uocatur *Lesk* & intrat *Bobram*. Et a *Lesk* latitudinem & longitudinem habebunt iidem fers uillas theutonicales locandas per omnes uillas siluas, que circumduntur eodem fluuio usque ad montem, qui nocatur *Camenagora*, de quo idem fluuius ortum sumpsit. Et ab eodem monte tenebunt metas siluarum cum fratribus de *Polizno* usque ad terminos Bohemorum, declaratis quoque metis aquarum & siluarum eiusdem nostre donacionis, hac prerogatiua libertatis dictam uillam forensem & omnes uillas locandas decoramus

BOLESLAVS, D. Silesiae & Poloniae, prooemio praemisso, testatur:

se ordini eremitarum Cresoboriensi

locasse uillam LANDISHVT *iure Teutonicali.*

Fines & termini.

Camenagora, *mons.*

cum iure plenissimo; excepto tamen 1) *iure* monetandi; 2) *iudicio* sanguinis; mus, ita uidelicet, quod *plenissimum ius* habebunt tam in ciuitate quam in uillis & eciam in aquis, preter *monetam & iudicium sanguinis*, super quo iudicio maiori nullum ibidem aduocatum constituemus, sed ipsi nos & successores nostri in iudicio deuote & fideliter persistemus. Et ut hec nostra donacio rata & inconuulsa permaneat in *cuius* praeses *ipse princeps.* futurum; presentem paginam conscribi iussimus & *sigillorum* nostri & fratris nostri domini *Cunradi*, *electi* Pathauiensis, appensione roborari, anno incarnacionis domini MCCXLIX. Datum Datum 1249. *Testibus.* per manum domini VALENTINI, *notarii* nostri, coram domino PAVLO, domino RAMVOLDO & aliis quam pluribus.

DIPLOMA LXX.

Priuilegium ANNAE, *Ducissae Silesiae & Poloniae*, super syluam *Cressobor*, datum *ordini sancti* BENEDICTI CIↃ CC XLII.

ANNA, D. Silesiae & Poloniae, *donat monachis ordinis* BENEDICTI *syluam* Cressobor. IN *nomine domini*, *amen*. Nouerint uniuersi quod nos ANNA, dei gracia *ducissa* SLESIE & POLONIE, de uoluntate & consensu filii nostri BOLESLAI, inspecta paupertate & humilitate uenerabilium uirorum, *Andree*, quondam *abbatis de* OPATWICZ, suorumque fratrum *ordinis sancti Benedicti*, quos bone memorie HEYNRICVS, quondam *dux* SLESIE, CRACOVIE & POLONIE, uir noster admonendum colendus, in terram suam uocauerat, huic uocacioni satisfacere cupientes fratribus eisdem locū in sylua, que CRESSOBOR nuncupatur, cum uniuersis, que propriis manibus ac sumptibus exstirpare poterunt, intuitu diuine remuneracionis, perpetuo contulimus possidenda. In cuius rei argu-

argumentum presentem cartam sigillo nostro ac filii nostri duximus muniendam. ACTVM in Wratislauia VIII Ydus Maii, anno gracie MCC XLII. ACTVM 1242.

DIPLOMA LXXI.

Instrumentum super bonis *Cresowiensibus*, BOLESLAO, *D. Silesiae* uenditis ab abbate *Oppatwiczensi* CIↃ CC LXXXIX.

IN *nomine domini*, *amen*. *Nos* TSCHASCA, diuina miseracione *abbas* in monasterio OPPATWICZ, una cum *conuentu* nostro ibidem, ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus peruenire, quod in presencia uenerabilis patris, domini THOME, *Wratislauiensis episcopi*; & in presencia aliorum uirorum nobilium, tam clericorum quam baronum, quorum nomina in subsequentibus narrabuntur; *bona*, in CRESOWE sita, cum omnibus *redditibus*, *uillis*, *cultis* & *incultis*, *siluis* nec non aliis omnibus pertinenciis ad eadem in ducatu ducissa, quecunque pro elemosina fuerant olim per fideles cristianos in iuuamen & subsidium ibi data, *uendidimus* illustri principi, domino BOLESLAO, *duci* SLESIE & de LEBENBERG, pro elemosina perpetua permanenda pro *ducent. quadraginta marcarum puri argenti ponderis polonicalis*. Quam pecuniam dictus dux BOLESLAVS & sui tres *milites* nobis in festo natiuitatis beate Marie uirginis proxime in GRECZ soluere promiserunt, uidelicet dominus *Heynemannus de Baruth*, dominus *Friczko de Waldowe* & dominus *Rudigerus de Hugewicz*. Quam si termino aduenienite non persoluerint, ut est dictum, ex tunc dominus *dux*, una cum prescriptis *militibus* LEGNICZ, ciuitatem intrabunt *obstagio* adiacendam ipsam nun-

TSCHASCA, *abbas* Oppatwicensis, *praesentibus* episcopo *&* *testibus aliis*, *bona* Cresowiensia *uendit* BOLESLAO, *duci* Silesiae; *pro* CCXL. *marcis*. Dies *&* locus *solutionis*. *Militum* 1) de Baruth; 2) *de* Waldowe; 3) *de* Hugewiz, *obligatio ad* obstagium.

 nun-

nunquam exituri, donec prenumeratum argentum in loco & termino, ducentas quadraginta marcas, persoluerint ex integro. Nos uero TSCHASCA, *abbas monasterii Oppatwicz*, cum nostro conuentu, ad manus uenerabilis domini *Thome, Wratislauiensis episcopi*, in cuius presencia hec acta sunt; & eciam in manus domini ducis Boleslai resignauimus & alienauimus bona & spontanea uoluntate tam literas & priuilegia, per quas & que possidebamus CRESSOWE, cum omnibus pertinenciis in dominio ipsius ibidem & alibi & cessimus penitus omni iure, quod uidebamur habere in eisdem, exceptis quibusdam, que adhuc optinemus in RVSIK & in DROBNOSSOWE, que pro nostra seruabimus utilitate, in quibus nos promisit protegere & tueri, hoc addito: quod nos abbas cum conuentu nostro propter recompensam bonorum predictorum in presencia nobis factam obligauimus & obligamus illustris principis BOLESLAI & suorum agere memoriam tam uiuorum quam mortuorum omnium, que ad dictum *claustrum* CRESSOW, olym suas erogarunt elemosinas. In huius ordinacionis & empcionis testimonium & uigorem presentes conscribi fecimus & sigilli nostri & nostri capituli robore confirmamus. ACTVM & DATVM in Legnicz, feria VI. post festum sancti Iacobi apostoli. Anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono presentibus dominis, qui hanc ordinacionem uisu & auditu saluis conscienciis possunt in posterum attestari, Domino *Thoma*, episcopo Wratisl. magistro *Petro*, canonico ibidem, domino *Borislao*, *Nicolao*, plebano in Iawr, *Alberto*, capellano ducis, plebano in Sweinicz, *Heynemanno* de Baruth, *Friczkone*

Cessio plurimorum; paucis *sibi reseruatis.*

Sigilla 1) abbatis; 2) capituli.

Actum & datum 1289.

Testes.

kone de Waldow, *Rudigero* de Hugewicz & aliis pluribus fide dignis.

DIPLOMA LXXII.

Boleslaus D. Silesiae confirmat donationem, conuentui Heinrichauiensi factam CIↃ CC LXII.

IN *nomine domini, amen.* Quod mayestas principis elargitur, illibatum debet fouere solercia successorum: *nos* igitur BOLESLAVS, dei gracia *dux* SLESIE, una cum *filio* nostro HEYNRICO, presentibus perpetuo protestamur, quod perspectis priuilegiis *fratrum* & *conuentus de* HEYNRICHOW, *ordinis Cisterciensis*, traditis per illustres *principes* & *duces Slesie, Polonie & Cracouie*, HEYNRICVM, *auum nostrum & patrem nostrum karissimum*, scilicet HEYNRICVM, felicis memorie, super *uillis* in nostro dominio constitutis, *quas* ipsi *pro remissione* suorum *peccaminum* & *testamento* dicte domui *contulerunt* sempiterno. Nos eorum facta racionabilia benigno fauore prosequentes dignum duximus confirmanda, uidelicet in *uilla Quolisdorff, quinquaginta mansos*, secundum situm & ordinacionem in eorum priuilegiis expressum & in *Rychenow centum mansos* numero & mensura, quo dominus NICOLAVS, prefatorum ducum olym notarius, de fauore & consensu ipsorum, dinoscitur predictis fratribus, pro sue remedio anime, contulisse. Verum quia priuilegiis nostrorum progenitorum super istis centum mansis caruerunt, nos de nostris uolentes intromittere tanquam nostris a memorate domus abbate, tunc domino *Petro* & aliis eius fratribus deuotis ammoniti precibus & inclinati, pro debito quinqua-

BOLESLAI, D. Silesiae; quo testatur se donationem, conuentui de HEYNRICHOW *factam a parentibus, confirmare per omnia; recensitis pertinenciis: adiectis etiam nouis,*

Leo remuneratione, quaginta duarum marcarum argenti, quo eisdem fuimus obligati, nobis dimisso & pro uiginti *pro remissione peccatorum obtinenda.* quoque mansis, quos in uilla *Bomgarte*, uille *Rychenow* proxima tenuerunt, nobis integre resignatis & in remissionem peccaminum nostrorum *contulimus*, eorum *domui* perpetue possidendos. Et quia, ut uiri deuoti, ex affectu pio, siquo modo eos molestauimus, nobis unanimiter indulserunt. Nos, *uice compensacionis* predictis eorum bonis in *Immunitas ab oneribus & exactionibus ad 6 annos.* terra nostra ab omni *exaccionum grauamine* a festo Pasche proxime peracto *sex annorum* dedimus *libertatem.* ACTVM in *Iawr*, sabato post octauas Pasche, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, presentibus fidelibus nostris, comite *Sboequino*, castellano Ligniczensi, comite *I-* Actum 1263. *cone*, Kamerario magno ibidem, domino *Heynri-* *Testibus.* *co* de Prouin, *Pribokone*, subdapifero nostro, *Riperto*, submarschalco, *Heynrico* de Browe, *Seydel-* Datum per manus LVDEWICI. *manno* de Salburg. Datum per manus *magistri* LVDEWICI, notarii nostri.

DIPLOMA LXXIII.

Litterae consensus de SCVLTETIA HEINRICHOVIENSI, quam RINDFLEISCHIVS uendidit monasterio ibidem CIↃ CC LXV.

IN *nomine domini, amen.* Vt ea, que aguntur BOLESLAV, D. Sil. fiae, *quo testatur*: in tempore, in perpetua hominum memoria firmissime perseuerent, dignum est, ipsis principum & nobilium testimonium suffragari. *Nos* igitur BOLESLAVS, dei gracia *dux Slesie*, publice Syfridum RINDFLEISCH *uendidisse* profitemur, quod, cum nostra bona uoluntate & consensu, uenerabilis pater & dominus *abbas* in HEYNRICHOW, cum suo conuentu, rite & racionabili-

biliter *emit Sculteciam* in RYCHENOW, ecclesie sue pertinenti, apud SYFRIDVM dictum RYNTFLEISCH, cum omnibus utilitatibus suis & pertinentibus, sicut idem SYFRIDVS eandem hactenus habuit & possedit, excepto: quod abbas aut sui fratres cum dextrario nobis minime seruire tenebuntur, sed prefatus *Syfridus* uel quicunque prefatam *sculteciam* emerit uel possederit, omnia iura illa & seruicia nostra exhibebit, sicut nobis per scultetos uenerabilis patris domini *abbatis de Leubens* plenius exhibentur. Adiicientes, quod ipse scultetus nec aliquis successorum suorum de ipsa sculltecia *thabernari* nec aliquam penitus hereditatem, ad ipsum iudicium pertinentem, quacunque necessitate compellente audeat *uendere uel alienare, nisi cum speciali licentia* ipsius *abbatis* aut sui *conuentus* fuerit & bona uoluntate, ad ipsum enim perspectis literis suis collacionem predictorum omnium siue donacionem perpetuo, fatemur, pertinere. Facta est autem hec empcio in *Rychenow*, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, in die sancto Epiphanie domini, confirmata autem a nobis in *Haynow*, testibus emptionis & confirmacionis subscriptis, uidelicet domino Hermanno Buch, domino Gunthero Byr, domino Gunthero de Richenbach, domino Wolrado de Honsteyn, domino Achille, *plebano in Richenow*, Theodorico *Sculteto* de *Quoliudorff* & aliis multis fide dignis, super quo facto, ut firmius roboretur, sepe dicto domino abbati & suo conuentui presentem literam sigilli nostri maioris appensione contulimus roboratam.

abbati & conuentui in RICHENOW *Sculteciam ibidem, cum pertinenciis, concessis iuribus singularibus.*

Datum 1265.

Testibus.

DIPLOMA LXXIV.

Donatio annuorum redituum, *XXX. mar-*

marcarum, clauſtro ad diuam MARIAM facta a BOLKONE *D. Sileſiae* CIↃ CC CXVIII.

BOLKO, D. Sileſiae, *teſtatur: ob ſpem futurorum, ſe clauſtro ad diuam Mariam reditus annuos XXX. marcarum donare, conuertendos in uſus* ſtructuramque *monaſterii, aſſignatos in teloneis* 1) Loewenbergenſi, 2) Bomslauienſi, 3) Schweidnicienſi, 4) Reichenbachenſi, 5) Franckenſteinenſi; *terminis diſtinctis;*

IN *nomine domini, amen.* Quoniam non ſunt hominis, que ſecum deferre hinc non poteſt; ſola enim memoria comes eſt defunctorum: *Nos* BOLKO, dei gracia *dux* SLESIE & *dominus de* FVRSTINBERG, diem meſſionis extreme, miſericordie ſeu pietatis opera ſeminando, cupientes preuenire, his ſcriptis ad noticiam uniuerſorum producimus. Quod de ducalibus noſtris prouentibus damus *Clauſtro gracie ſancte Marie uirginis ordinis Ciſtercienſis* noſtreque fundacionis *triginta marcas* currentis monete, percipiendas ſingulis annis inuiolabiliber & perpetualiter per fratres *cenobii* iam premiſſi. Volumus autem, ut ipſi fratres, quos ad cultum diuini ſeruicii ampliandum in eodem conſtituimus loco, *pretaxatam* pecunie *ſummam ad ſtructuram conuertant monaſterii* ſui, quod ad honorem omnipotentis dei ſueque glorioſe genetricis beate *Marie* ſemper uirginis inceperunt. His igitur in locis prefatam ſummam eis aſſignamus iugiter tollendam. Videlicet in LEWENBERG & in BOMSLAVIA in theoloneo *duodecim marcas*, in SWIDNICZ in theoloneo *ſex marcas*, in RICHENBACH in theoloneo *quatuor marcas*, in FRANKENSTEYN in theoloneo *octo marcas*, hoc interpoſito, ut iam preſcriptus numerus, in quatuor equales partes diuiſus, in quatuor temporibus cuiuslibet anni, uidelicet in prima dominica *quadrageſime, in qua cantatur Inuocauit*, in *Penteconſtes exaltatione ſancte crucis*, poſtremo in *die ſancti* NICOLAI proxime uenturo primo & principaliter autem omnem alium theolonie noſtre cenſum, quem in dictis ciuitatibus habemus, a ſuis debi-

debitoribus per has omnes & singulas ciuitates cum certa solucione dicto claustro cedente, eciam si per aliquod *accidens* aut *impedimentum* quodcunque omnino nichil magis ultra numerum *triginta marcarum* antedictum cedere possit aut dinumerari. Idem uel eius *triginta marcarum* numerus absque omni impedimento protraccione, alienacione nec non impedicione quorumcunque uel diminucione *claustro antedicto* ex integro ineuitabiliter & proporcionabiliter perpetue compleatur. Adiicientes: quod si superfluus theolonie numerus, qui superest numero *triginta marcarum* antedicto, quem claustro prefato pro cultu diuino ampliando hereditarie possidendum dedimus ac appropinquauimus, per nostros successores aliquo modo uenderetur uel commutaretur aut alicui donaretur; uolumus omnino, ut claustro memorato de censu suo aliquid proinde non depereat nec in preiudicium aliquid eueniat aut impedimentum ullum penitus non existat. Per huiusmodi autem sepe dictis fratribus in prenominato claustro sibi uicissim succedentibus recommendamus, quatenus hec & alia, que ipsis impendimus beneficia, attendentes, *tanto affectuosius ad deum pro nobis orando insistant*, quanto *sollicius curam* modo pro eis ex corde *gerimus indefessam*. In cuius rei perpetuam corroboracionem presens scriptum sigilli nostri appensione est communitum. ACTA sunt hec in *Legnicz*, anno domino millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, in die annunciacionis gloriose uirginis Marie, presentibus his domino Siffrido, comite de Anhalt, domino Lantgrauio Turingie, Friderico, domino Ludouico de Hakinborn, domino Hermanno de Barbei, Iwano de Prouin & Waltero

Casus. *sentiat* serui*e*ns,

saluo *ac integro ubique* iure monasterii.

Id quod calcat MONACHIS *immensum, ad fundendam diu noctuque* preces, *pro suo largitore.*

Actum & datum 1298. *Testibus.*

tero fratre eius, Marschalko nostro, Apeczkone de Vlok & aliis quam pluribus fide dignis. DATVM in LEGNICZ per manus Siffridi Protonotarii nostri.

DIPLOMA LXXV.

Litterae *censu*, a BOLKONE D. *Silesiae* uenditi monasterio *Grissouiensi* CIƆ CCC LVIII.

BOLKO, D. Silesiae, testatur: se consentiente serenissima conthorali, uendidisse monasterio Grissouiensi annuum censum XVI. marc. pro summa CC. marcarum. dudum numerata.

IN *nomine domini, amen. Nos* BOLKO dei gratia *dux* SLESIE & *dominus de* FVRSTINBERG & in *Swidnicz* constare uolumus huius pagine testimonio uniuersis, quod, ob ueram & euidentem nostre necessitatis indigenciam, maturo tamen nostrorum fidelium consilio precedente & precipue cum consensu serenissime domine nostre & conthoralis nostre AGNETIS, *Venerabili & religioso viro, domino* HEYNRICO de PROBISTHAYN, *abbati & conuentui monasterii graciae sancte marie uirginis* communi nomine GRIZOW nuncupati rite & racionabiliter iustoque emptionis titulo interueniente *uendidimus* & uendidisse publice profitemur *decem & septem marcas annui* & *perpetui census in & de* & *super* uillam *Knegenicz* districtus nostri *Nympschensis*, eo iure, modo & forma, quo nos habuimus & prout *dictus census* circumferencialiter est locatus *pro ducentis marcis grossorum pragensium polonici numeri & consueti*. De qua quidem summa predicta, centum & triginta marcas paratorum denariorum nobis & *simul & semel presoluerunt* & *septuaginta marcas* ipsis in predicta empcione defalcamus pridem nobis per ipsos abbatem & conuentum gratuite mutuatas, quas ipsis soluere tenebamur. Et

Et ſic *ſumma* ſiue *ſors* empcionis prediĉte ad *ducentas marcas* ſe extendit. Nos igitur diĉtam uendicionem per nos faĉtam amplius ratificare & confirmare uolentes, eundem ſenſum ſeu bona cum omnibus & ſingulis iuribus noſtris ducalibus, que ad nos pertinebant, *abbati & conuentui* iam diĉti monaſterii in perpetuum *appropriamus, dedimus* & *donamus* ab omni cuiuscunque generis ſeruicio libera, a *cenſibus*, *exaĉtionibus*, *petitionibus*, *colleĉtis* & *monetali peccunia*, *ueĉturis*, *araturis*, *ſtacionibus*, que LEGER dicuntur, ceterisque *angariis* & *parangariis*, quocunque nomine nuncupantur, hereditarie & eccleſiaſtico iure poſſidenda. Cum omni eciam & *pleno domino* ac *ſupremo iudicio*, quod ſe *ad manus* & *capitis pleccionem* ſeu penam extendit. Ita quod nec iudex curie noſtre nec quisquis iudicum noſtrorum hereditariorum uel prouincialium nec camerarii noſtri ullam cauſam paruam uel magnam habent nec debent in premiſſis bonis iudicare uel iudicio preſidere. Ruſticos eciam diĉtorum bonorum ab omnibus *citationibus* quorumcunque iudicum noſtrorum preſentibus literis *libertamus*. Sed ſi quis aduerſus eos quidquid agere habuerit, ibidem in bonis aut coram abbate ipſos conuenire debet, ad iuſticiam faciendam; adiungentes, ſi abbas uel conuentus diĉti monaſterii per quascunque perſonas in poſſeſſione diĉtorum bonorum impeterentur, *coram nullo* alio iudice *quam eccleſiaſtico debent reſpondere*. Promittentes ipſis *domino abbati & conuentui* prediĉtum cenſum ab omnibus impeticionibus, ut iuris eſt, *warandare* & nihilominus a qualibet impeticione *disbrigare*. Eciam ſi aliquis in poſterum *inſtrumenta* ſeu *literas*, per nos aut progenitores no-

Confirmatio *huius* uenditionis.

Leger.

iure eccleſiaſtico.

Exemtio a iudicio ſeculari *prouinciali* camerariorum.

Guarandare, *dubrigare*.

noſtros datas huic contractui produceret contrarias, per que uel per quas abbas & conuentus in dictorum bonorum pacifica poſſeſſione poſſent quolibet modo impediri, ea uel eas preſencium tenore *caſſamus*, *deſtruimus*, *annullamus* & nullius roboris eſſe uolumus & uigoris. Eciam interiectum eſt empcione in predicta, ſi quid eis in dicto cenſu deperiret, quoad complecionem *decem & ſeptem marcarum*, hoc ipſis *ſupplere debent* in alio certe loco *integre* & *complete*. Eciam quod *noſtros* aut *noſtri ſucceſſores* memoratum *cenſum*, quocunque tempore nobis expedire uidebitur, pro *ducentis marcis* ſimul & ſemel *abbati* & *conuentui* payatis & numeratis plenariam reemendi habebimus poteſtatem. Annuentes eciam, ſi prefatum cenſum *uendere* uel de monaſterio *alienare* decreuerint & ſi noſtro in ducatu pro illa pecunia alium cenſum emere aut comparare uoluerint, eundem cenſum noſtros aut noſtri ſucceſſores monaſterio promittimus porrigendo *reſignare*. Ut autem hec omnia preſcripta firma & inſtabili uigore permaneant; ea conſcribi fecimus & appenſione noſtri maioris ſigilli iuſſimus communiri. DATVM & ACTVM in Swydnicz feria ſexta proxima ante dominicam, qua cantatur miſericordia domini, Anno domini M CCC quinquageſimo octauo. Preſentibus fidelibus noſtris NICOLAO de SYFFRIDOW, FREDERICO de PECHWINKEL, ALBERTO dicto SECKEL, IANO de KORDEBOVS, *Militibus*, RVDIGERO de WILTBERG, NICOLAO de SACHINKIRCHE, HEINLINO de CIRLA, PETRO de CZEDLITZ, noſtro *Protonotario* & ALEXIO curie noſtre notario & aliis pluribus fide dignis.

Cautela alia. — *payare.* — *Cenſus alienabilis.* — DATVM & ACTVM 1358. — *Teſtes.*

DIPLO-

DIPLOMA LXXVI.

NICOLAVS D. *Silesiae* confirmat donationem mediae uillae *Strigouiensis*, ab auo ipsius factam coenobio *Grissouiensi* CIↃ CCC XL.

IN *nomine domini*, *amen*. *Nos* NICOLAVS dei gracia *dux* SLESIE, *dominus de* EVRSTINBERG & de MVNSTIRBERG notum facimus uniuersis: Quod dudum felicis memorie illustris quondam *princeps & dominus dux* BOLKO, *auus noster* carissimus, *fundator monasterii gracie sancte Marie*, quod communiter GRICZOW uocatur, *ordinis Cisterciensis Wratisl. dyoecesços* prope *Landishutte* in terminis Bohemie, eidem claustro *Grissow* mediam uillam STRIGOW, *uiginti paruos mansos* agrorum habentem, *ortos* eciam nec non *prata* in *parua* WANWOLWICZ prope altam ecclesiam in districtu ciuitatis nostre *Strelin* donauit, dedit & *contulit* in suorum remissionem peccaminum, in perpetuum *testamentum*, prout hec omnia supra dicta in suis *metis* atque *greniciis* ab antiquis sunt distincta temporibus & sunt, ea monasterium predictum in GRIZOW citra *quinquaginta* annorum curriculo pacifice sine omni impedimento ac quiete possedit. Veniens autem uir religiosus, dominus NICOLAVS, *abbas dicti monasterii*, *compater noster carissimus*, ad nostram in *Swydnicz* presenciam, presente *patruo nostro* BOLKONE, illustre *duce* SWYDNICZENSI, nobis humiliter supplicauit, quatenus *mediam uillam* STRIGOW prescriptam *ortos*que & *prata* cum *rubeto* in WANWOLWICZ, ut prescribitur, sibi suoque cenobio ac fratribus ibidem domino famulantibus ex super abundanti dignaremur cautela, de benignitate nobis inolita, perpetue

NICOLAO, D. Silesiae, *quo donationem mediae uillae* Strigouiensis, *olim ab auo ipsius factam*, *in remedium animae salutare*, *per omnia confirmat.*

tue confirmare. Nos uero diligencius attendentes, quod licet ea, que per dictum dominum auum nostrum gesta sunt prouide, ulterioris porro applicacionis firmitate non egeant, ut tamen erga sepe dictos fratres in *Grissow* presentes & posteros principalis nostra munificencia clareat & ut ipsi pro nostra nostrorumque salute *libencius* *Preces emtae.* *deum orent*, quodque premissis suffragium cautele super abundancioris accedat, cuncta prescripta monasterio GRISSOW prescripto & eius *conuentibus*, ac si ea per nos eidem cenobio donassemus, cum omnibus iuribus & utilitatibus, sicut ea nunc possident & usque ad nostra tempora possiderunt, presenti priuilegio ex certa sciencia confirmamus, uolentes, ut hoc nostrum presens autenticum perpetuo ualiturum tantam ubique uim tantumque robur firmitatis in iudicio & extra optineat, ac si aui nostri prefati originale donacionis primarie priuilegium appareret. Promittimus eciam in his scriptis *habitatoribus* dicte *medie uille* STREGOW & WANWOLWICZ, nullam per nos uel nostros unquam uiolenciam facere in perpetuum nec aliqua eos *peticione* seu *extorsione* pecunie *aggrauare* uel in aliquo *molestare*, sed benigne & pacifice *defensare*. Acta sunt hec in castro Swydnicz in die beati Thome apostoli, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto coram nostris fidelibus & nobilibus dominis Matthia de Trenczsch, fratre nostro karissimo, Ioanne Budow, Reynardo de Byschouisheym, militibus, Wytkone Bohemo; Iohanne Saxone, prothonotario nostre curie. Et aliis pluribus fide dignis. DVTVM sub nostro maiori sigillo.

Poenalis sanctio contra uiolatores huius priuilegii. defensare.

Actum & Datum 1346.

Testes.

Sigillum maius.

DIPLO-

DIPLOMA LXXVII.

AGNETIS D. *Silesiae* renunciatio *Scultetiae* in STREGOW ; addita declaratione : quod illud *priuatiue* competat coenobio *Grissouiensi* CIↃ CCC LXVII.

I*N nomine domini, amen.* Ut omnis dubietatis scrupulus de re certa funditus relecetur, expediu modum & formam geste rei literaliter cum testibus exarari. Hinc est quod *nos* AGNES dei gracia *ducissa* SLESIE & *domina* in STRELIN uniuersis tam presentibus quam posteris uolumus esse notum, quod quodam tempore ad nostram uenientes presenciam NICOLAVS & IACOBVS *fratres* & *sculteti* in *uilla* STREGOW districtus nostri *Strelinensis*, residentes in bonis abbatis monasterii *Grizouiensis* in uilla predicta empcionem & uendicionem inter se factam pronunciantes in hunc modum : quod dictus NICOLAVS, inter eos *Senior*, unum *mansum* prefate *Sculteciae* in STREGOW, quam multis temporibus post mortem suorum parentum sorte hereditaria ad eum deuolutum possederat, IACOBO, *fratri sua Iuniori*, rite ac racionabiliter *uendidisset* : quare nostram *serenitatem* precibus instantiuis impulsabant, ut dictum contractum nostra gracia confirmaret. NOS uero precibus ipsorum beniuole inclinati resignacionem NICOLAI, tanquam *uendentis*, in manus nostra *recepimus* & IACOBO, tanquam *ementi*, *porreximus* hereditarie possidendam, sibi eandem porreccionem inscriptione literarum nostrarum sub appensione maioris nostri sigilli ratificamus approbando. Quod intelligens *uir uenerabilis*, *abbas* GRISSOVIENSIS *Compater nostri dilectus* ad nostram

AGNES, D. Silesiae, *protestatur* : *se emtionem & uenditionem mansi unius in uilla* Stregow, IACOBO *factam a* NICOLAO, *ad instantiam eorum*, bona *quidem* fide, *confirmasse* ; sed *iam iam abunde* constare :

stram uenit presenciam coram *nobis* & nostris *foedalibus* tam *militibus* quam *clientibus* nec non *ciuibus nostris Strelinensibus literas magnifici ducis* BOLKONIS *ducis* SLESIE, sui fundatoris, producens, per quas *nos* & *nostri feodales* clare & expresse & sufficienter informauit, quod quociescunque aut quandocunque sepe dicta *scultecia* in STREGOW contigerit per uendicionem seu commutacionem cuiuscunque possidentis *uacare*, ab abbate *Grizouiensi* solummodo *recipi collacionem* seu *porreccionem* & non ab alio quocunque: qua informacione sufficiente facta humiliter ac deuote nostre gratie suppeditauit, quatenus predictum *testamentum* sue fundacionis *non infringeremus* sed pro laude dei & sue gloriose genetricis benignitate speciali, & gracia dignaremur, confirmare. Ea propter suis peticionibus fauorabiliter & graciose inclinati cum iuste petentibus non sit denegandum, uolentes seminare in terris, quod metere uoluimus in celis, dictum *testamentum* prefati ducis BOLKONIS, *fundatoris monasterii Griffouiensis*, testimonio presencium de consensu & uoluntate nobilium ac feodalium nostrorum, sepedicto abbati & suis successoribus uniuersis ac monasterio Grizouiensi presentibus *confirmamus*, *ratificamus* ac *approbamus*, ex certa sciencia *abrenunciantes* libere & expresse pro nobis & nostris successoribus uniuersis omni collacioni, porreccioni *scultecie* in uilla STREGOW prope *Strelin* in bonis *monasterii Grisouiensis* iam facte per nos presentibus reuocantes & literas super eo datas uigore presencium cancellamus, annullamus, destruimus & nullius uigoris esse uolumus aut momenti. Pronunciantes ex certa nostra sciencia *collacionem* seu porreccionem *scultecie* in uilla *Stregow*, nostri *Streli-*

quod non *sibi*; *sed* monasterio Grissouiensi, *ui* priuilegii *specialis*, *uere competat ius*, *inuestiendi emtores in uilla* Stregouiensi

Tantum itaque abesse, *ut monasterio* ius *suum* quaesitum auferre *uelit*; *ut* potius *priuilegia ipsius* augere *studeat*.

Inde reuocatio, *addita* DECLARATIONE: *sculletiam*

Strelnensis districtus, quociescunque uel quando-cunque per uendicionem seu commutacionem uacare contigerit, pro nunc & in eternum, prout in antea *ad abbatem Grisouiensem* & suum monasterium pertinuit, similiter & nunc *perpetuo pertinere*. In cuius rei testimonium presentes nostras desuper scribi & dari mandauimus nostras cum sigilli nostri munimine roboratas. Datum Strelin, feria quinta proxima post exaltacionem sancte crucis, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, presentibus dominis Cunrado de Ysenberg, Cunrado de Rideberg de Rosenaw, Bernhardo de Korwicz, Cunrade de Rideberg, filio domini MVLINGI, militibus Heynrico Wustehube, Apeczkone de Heyn, fidelibus nostris & FRANCZKONE, Notario ciuitatis nostre Strelin, testibus ad premissa per nos deputatis.

& facultatem inuestiendi emitores in uilla Stregouiensi, monasterio Grissouiensi priuatiue competere.

Datum 1367. Testes.

DIPLOMA LXXVIII.

Donatio VI. *marcarum*, monasterio GRISSOVIENSI facta a nobilibus de CHEDLICZ & de MEYENWALDE CIƆ CCC LXXIX.

IN *nomine domini, amen.* Ne facta, que a fidelibus pro eterna salute laudabiliter fiunt, per defluxum temporis obliuionis nebula contegantur, dignum est, ut ea, sub fideli testimonio, literis semper uiuentibus inscribantur. Nouerint igitur uniuersi & singuli presentes & posteri, harum noticiam habituri. Quod *nos* HEYNKO, OTTO & TYCZKO, *milites & germani dicti de* CZEDLICZ & de MEYENWALDE, solicide & prudenter animaduertentes, quod uite presentis condicio statum habet instabilem & ea, que habent existi-

Milites de CHEDLICZ & de MEYENWALDE, cogitatione mortis,

existenciam tendunt uisibiliter a domino esse. Volentes, itaque diem peregrinacionis extreme, dispositione salubri & testamentaria preuenire, ad honorem omnipotentis dei & intemerate genetricis eius decus & gloriam *in remissionemque nostrorum peccaminum*, animarum nostrarum remedium perpetuum & salutem nec coacti nec errore seducti, sed in bona mentis & corporis ualetudine constituti, adhibita eciam deliberatione diligenti, *damus, conferimus* & eciam *assignamus* religiosis & deuotis uiris, domino HEYNRICO, dicto PROBISTHAYN, *abbati* totius *conuentui in Grissow* & eorum successoribus uniuersis nomine ueri & perpetui testamenti, SEX MARCAS ANNVI & perpetui census *in* & *super bonis nostris omnibus*, post uite nostre decursum, prout inferius lacius scribitur, requirendas sic, quod quilibet *nostrum duas marcas* in suis *singulariter* bonis assignat. *Ego* igitur HEYNKO, qui super predictis fratribus in Grissow *duas marcas, unam in festo* beati *Michaelis* & *aliam* in *festo* beate *Walburgis*, post uite mee decursum, percipiendas *assigno* & per singulos annis requirendas in bonis meis tribuo, presencium sub uigore; omnium heredum meorum & successorum seu quorumlibet amicorum contradictione ac impedimento sublatis. Similiter & ego OTTO, *Miles*, qui supra iisdem fratribus in *Grissow duas marcas* annis singulis in meis specialiter bonis in duobus *terminis suprascriptis* post *obitum meum* percipiendas *deputo* presentibus & *asigno*, quouis obstaculo seu impedimento heredum & successorum meorum aut quorumcunque aliorum procul moto. *Ego* quoque TYCZKO, *Miles*, qui supra sepe dictis fratribus in *Grissow* in bonis meis omnibus pari forma, sicut

in remedium animabus ipsorum salutare,

donat & assignat religiosis Grissouiensibus,

census *perpetuos, VI.* marcarum,

tollendos post mortem.

cut & fratres mei predicti *duas marcas assigno* presentibus asscribo, omni penitus contradictione heredum & successorum meorum remota, ea tamen *condicione* adiuncta, quod si in patria nos mori contingat, ipsi fratres in Grissow sepedicti extincta nostra *corpora in suum monasterium uehere* & ducere debent & ibidem inter parentes nostros debitis exequiis *sepelire*, si uero extra patriam discedere nos oportet, similiter nobis faciant; si tamen corpora nostra perducere sine graui periculo ad se possunt.

Donatoribus tamen reseruato ime, sepulcra *sua inuenendi in* monasterio.

Si quis autem nostrum in terra aliena & adeo remota obiret, ubi eius corpus dicti fratres ad suum claustrum nullatenus ferre possent; illius bona a *solucione duarum marcarum* predictarum quieta & *libera* remanebunt.

Alias donatio erit nulla.

Adiungentes; quod si heredes cuiuslibet nostrum, post uite nostre terminum, bona nostra prefata ab huiusmodi census obligacione uoluerint *exbrigare*, ex tunc alium censum huic equiualentem de consilio & consensu domini *Heynrici* abbatis prescripti uel sui successoris, pro tempore existentis, suis debent peccuniis comparare.

exbrigare.

In quorum omnium *sigilla* nostra presentibus sunt appensa.

Sigilla.

DATVM Grissow XII. die mensis Septembris, Anno domini MCCCLXXIX.

Datum 1379.

presentibus his: domino BERNHARDO, *Plebano* in NEWEKIRCHE, domino PETRO de MEYENWALT, *fratribus* nostris; dominis BERNHARDO de FVRSTINSTEYN, TYCZKONE WEGESTE KOPPONE de CZEDLICZ, *militibus* & *patruis nostris* & *aliis* pluribus fide *dignis*.

Testibus.

DIPLOMA LXXIX.

Donatio *annui census* 2. marc. facta a

 Ioan-

Ioanne & *Nicolao* de CHEDLIZ monasterio *Griffouiensi* CIↃ CCC LXXIX.

Ioannis & Nicolai de CHEDLICZ, quo testatur: se annuum censum duarum marcarum, in salutem animae parentis defuncti, conuentui Griffouiensi, cum consensu patruorum, legasse ac irreuocabiliter assignasse,

IN *nomine domini*, *amen*. Suadet racio, pietas ammonet & debitus ordo requirit, ut pia fidelium munificencia, locis religiosis impensa, tanto stabilius testibus muniatur & literis, quanto gracius deo obsequium exhibetur. Inde est, quod ego IOHANNES & NICOLAVS, una cum fratribus nostris, annos pubertatis ad[illegible]c non habentibus, *filii domini* ADALBERTI olim strenui militis *dicti* CZEDLICZ, ad uniuersorum presencium & futurorum cupimus deuenire presentibus nocionem: quod *duas marcas annui* & perpetui *census* in '& ad remedium anime predicti domini, Adalberti, Patris nostri felicis memorie, in perpetuum testamentum, religiosis & deuotis uiris, domino HEYNRICO de PROBISTHAYN, *abbati* & suo *conuentui in* GRISSOW, ubi dictus Pater noster corporaliter requiescit, testamentaliter legamus, donamus & irreuocabiliter assignamus de consilio & assensu patruorum nostrorum, dominorum *Bernhardi* in NEWEKIRCHE, *Heykonis* de BVCHWAED, *Ottonis* & *Tyczkonis* de CZEDLICZ, *Bernhardi* de FVRSTENSTEIN, *Copponis* de CZEDLICZ, militum & aliorum amicorum nostrorum multorum bene placito accedente, easdem duas marcas in bonis nostris Hakenow, prefatis fratribus in Grissow & eorum successoribus annis singulis, duobus in terminis, uidelicet unam in festo beate Walburgis, proxime nunc futuro, inchoando & reliquam marcam in festo beate Michaelis absque omni contradiccione & obstaculo percipiendas & habendas *assignamus* & specialiter per presentes *asscribimus*, illa tamen interposita condicione, quod si postmodum, accedente fortuna, facultas nobis

nobis suppetat, ut possimus & uelimus bona nostra in *Hockenow* supradicta de huiusmodi census obligacione eximere uel eciam *exbrigare* ex cxbrigare. tunc alias *duas marcas* annui & perpetui census, his equaualentes, de consilio & assensu domini *Heynrici*, abbatis predicti siue sui successoris, nostris debemus pecuniis comparare, ut exinde anima patris nostri optato salutis gaudio feliciter potiatur. In cuius rei certitudinem sigillum meum scilicet *Ioannis*, pro me & pro omnibus fratribus meis, est appensum. DATVM *Griffow*, XII. die Septembris, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, presentibus patruis nostris & amicis superius expressatis.

Census sit intranslocabilis, nisi cum consensu abbatis.

Datum 1379.

DIPLOMA LXXX.

Census annui ex allodio OLSINENSI *translatio* in allodium KOWFVNGENSE CIↃ CCC LXXIV.

IN *nomine domini*, *amen*. Humane acciones omnimode a memoria hominum soluerentur, si non testium subsidio scriptureque amminiculo firmarentur. *Nos* itaque TYCZKO & NICOLAVS, *germani de* CAWFVNGE, ad uniuersorum presencium & futurorum noticiam presentibus uolumus deuenire & publice recognoscimus in his scriptis: quod *abbas* & *conuentus* monasterii GRISSOVIENSIS habuerunt & multis temporibus possiderunt *sex fertones grossorum annui* & perpetui *census*, quod IOHANNES, olym de SIDELICZ, in & super tribus mansis agrorum allodii nostrii in OLSIN ipsis nostre ueri testamenta rite & racionabiliter noscitur assignasse, de quibus quidem sex fertonibus *Nos* TYCZKO & NICOLAVS supradicti tres

TYCZKO & NICOLAVS de CAWFVNGE fatentur: *censum annuum, moderastio Griffouiensi ex allodio Olsinensi debitum, translatum esse,*

tres fertones tum racione trium manſorum predictorum ſoluere & parare debemus; preterea

in allodium, dictum KOWFVNGA, cum ſupradictum *allodium* in OLSIN *uendiderimus*, negocii noſtri qualitate poſcente, eosdem tres fertones,quos hactenus de premiſſis bonis in Olſin ſoluere debuimus & ſoluimus *abbati & conuentui in Griſſow* predictis de cetero in & ſuper

ut ex hoc ſoluatur, praefixis terminis, bonis allodii noſtri in *Kowfunge*, in feſto beati Michaelis, annis ſingulis ſine omni contradiccione ſoluendos & preſtandos, tanquam *cenſum eccleſiaſticum, aſſcribimus, appropriamus & preſentibus aſſignamus*, ea tamen ſub condicione; quod quandocunque nos aut noſtri heredes *abbati & conuentui monaſterii Griſouienſis*, ſupra dictas SEPTEM MARCAS cum *dimidia paratorum groſſorum*

payare. Pragenſium Polonici numeri dare & payare poterimus, ex tunc ſupra dictum allodium noſtrum in Kowfunge ab omni impeticione & obligacione cenſus huiusmodi liberum eſſe debet & ſolutum. In cuius rei certitudinem *ſigilla* noſtra pre-

Actum & datum 1379. ſentibus ſunt appenſa. ACTVM, DATVM in *Swydnicz*, in craſtino beati Andree apoſtoli, anno domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo nono, his preſentibus *Ioanne Probiſthayn* & *Iohanne Herdani*, ciuibus in *Swydnicz*, item *Conrado Agnetis de Goltberg* & *Heynrico de Caldenbuze* & aliis pluribus fide dignis.

DIPLOMA LXXXI.

BOLKONIS conſenſus de *noua Richenauia*, uendita monaſterio a nobilibus de CZIRNEN CIↃ CCC LIV.

BOLKONIS, D. Sileſiae, IN *nomine domini, amen. Nos* BOLKO dei gracia *dux* SLESIE *dominus de* FVRSTINBERG & in

in SWYDNICZ ad uniuerſorum tam preſencium quam futurorum huius pagine teſtimonio uolumus deuenire nocionem, quod *fideles noſtri ſincere dilecti*, *ſtrenuus miles* CONRADVS de CZIRNEN, una cum fratre ſuo, IOHANNE de CZIRNEN, olim *filii ſtrenui militis dicti* MITTELSTE de CZIRNEN clare memorie, ad noſtre uenerunt preſenciam, ſuarum omnium compotes uirium, non compulſi nec ſeducti; ſed maturo ſecum & ſuorum *amicorum* prehabito *conſilio* partem ſeu *porcionem uille* ac *bonorum* in *noua Richenow*, diſtrictus noſtri *Landishuttenſis*, ipſos fratres ex ſucceſſione paterna ſeu radice hereditaria ultra partem reſiduam dicte uille & bonorum per patrem ſeu genitorem ipſorum uidelicet MITTELSTE de CIRNEN, militem prefatum, nomine teſtamenti & *in* VERVM TESTAMENTVM ſue & predeceſſorum ſuorum *animarum omnium ob ſalutem*, uenerabilibus & religioſis uiris, dominis & fratribus, ſcilicet *abbati & conuentui monaſterii ſeu cenobii ordinis ciſtercienſis gracie Marie*, *uulgariter* GRIZOW nuncupati, *datam*, *legatam*, *deputatam* libere & uoluntarie *donatam* legittimeque de mera uoluntate & *aſſenſu puerorum* ſuorum & *heredum* omnium, aſſignatam quolibet contingentem, ipſis uenerabilibus & religioſis dominis & fratribus, *abbati & conuentui monaſterii* noſtri premiſſi, deuotis noſtris & ſincere dilectis, iuſto emptionis interueniente titulo, uendiderunt *pro certa ſumma* pecunie iam totaliter *perſoluta* in uſus ſuos utiles & neceſſarios applicata *pleno iure*, *dominio*, *modo & forma pro*, *ut* dicta pars ſua & porcio hereditaria a patre & genitore ipſorum retroactis habuerunt, tenuerunt & hucusque eciam poſſiderunt cum omnibus & ſingulis *appendiis* & *pertinenciis* ſuis uniuerſis

quo teſtatur: fratres de CZIRNEN *partem reliquam bonorum ſuorum in* NOVA RICHENOW, *uendidiſſe pro parata pecuniae ſumma, conuentui* Griſſouienſi, *cum pleno*

iure, censibus, piscinis, lignis, aquis reliquisque.

uersis utputa *censibus*, *redditibus*, *honoribus*, *pratis*, *pascuis*, *piscinis*, *lignis*, *aquis* aquarumque *decursibus* & generaliter cum omnibus *emolumentis*, *utilitatibus*, *usufructibus & obuencionibus* cunctis & singulis, quibuscunque censeantur nominibus, *nihilo* penitus *excluso* & excepto, sed prout eciam in suis *metis*, *terminis*, *gadibus* & *greniciis* dicta uilla & bona limitata sunt circumferencialiter & distincta; sponte & libere nostras in manus resignarunt renunciantesque cum hoc simpliciter & expresse, pro se & suis heredibus legittimis & successoribus uniuersis & omnibus aliis, quorum interest pro nunc uel interesse poterit quolibet modo in futurum omni *iuri*, *iuris accioni*, *impeticioni*, *uindicacioni*, *occupacioni omnibusque aliis iuris & legis beneficiis*, que eis in dicta uilla & bonis competere possent nunc aut quouis tempore successuro; promiserunt eciam dictam uillam & bona ab omnibus *impeticionibus*, *infestationibus* & *inuexacionibus* quorumcunque *exbrigare* & secundum consuetudinem & morem terre nostre *Warandare*. Nos uero uotiuis eorum precibus de principatus nostri munificentia & gracia speciali generosius inclinati, dictam *uillam nouam* RICHENOW districtus nostri *Landishutensis* cum omnibus & singulis suis *appendiis* & *pertinenciis uniuersis*, *censibus*, *reditibus*, *honoribus*, *utilitatibus*, *usufructibus*, *emolumentis & obuencionibus*, *omnibus pratis*, *pascuis*, *lignis*, *nil penitus excluso & excepto*, *prout superius clarius* est expressum, premissis uenerabilibus & religiosis dominis & fratribus deuotis nostris & sincere dilectis, uidelicet *abbati & conuentui monasterii nostri ordinis cisterciensis graciae sancte Marie*, uulgariter GRIZOW nominati, qui iam sunt & pro tem-

Renunciatio *omnium iuris beneficiorum.*

GVARANDATIO *siue evictio praestanda,*

in singulis partibus,

CONFIRMATIO.

tempore fuerint, quos pio fauore prosequi generosissime affectantes, intendimus eo iure, dominio, modo & forma, quibus premittitur, contulimus, asscribimus & incorporamus eosque uirtute presencium inuestientes, uillam & bona premissa perpetuis temporibus iuxta lubitum sue uoluntatis faciendi & dimittendi cum eisdem pacifice & qviete pro nobis & nostris successoribus singulis possidenda. Harum, quibus sigillum nostrum de certa nostra sciencia & iussu speciali est appensum, testimonio literarum. DATVM *Swydenicz* in die *sancti Michaelis*, archangeli, Anno domini M CCC. quinquagesimo quarto, presentibus nostris fidelibus, *Vlrico* SCHOFF, militibus, *Conrado de* CZEDLICZ, *Syfrido de* RVSINDORFF, *Cunemanno de* SYDELIGZ, YEYNZCONE SCHOFF, *Nicolao* SACHIN KIRCHE, *Hermanno* SPANSEIL, *Hermanno de* CZEDLIZ, nostro *protbonotario* & aliis quampluribus fide dignis.

Sub sigillo.

Datum 1354.

Testes.

DIPLOMA LXXXII.

Donatio *Scultetiae* QVOLISDORFFENSIS, facta monasterio GRISSOVIENSI a IVVENE de CZIRNA CIↃ CCC XVIV.

IN *nomine domini*, *amen*. Que aguntur in tempore, sub cursu temporis labuntur a memoria, nisi fuerint literis & testimonio fidelium roborata nos igitur IVVENIS dictus de CZIRNA, militari ciuctus habitu, omnibus presentem paginam intuentibus cupimus esse notum: quod in *bona ualetudine* mentis & corporis constituti, diuina nobis gracia inspirante maturaque deliberatione prehabito de consilio & *consensu* domine MARGARETHE, dilecte *coniugis nostre*, nec non aliorum

IVVENIS *de* Czirna, *usu bona ualetudine & consensu contboralis*, *Conuentui* Grissouien-

si donat & cedit Sculteciam *seu iudicium in* Quolisdorf.

rum amicorum nostrorum *dedimus* & contulimus *dominis & fratribus de* GRIZOWIA, *Cistercienfis ordinis, Wratislauienfis dioecefeos*, ubi & nostram elegimus sepulturam, pure propter deum & salutem anime nostre & uxoris nostre, *Sculteciam* seu *iudicium* in QVOLISDORF, cum omnibus prouentibus, iuribus & utilitatibus, quibuscunque nominibus censeantur, sicut nos habuimus annis multis; post mortem nostram & uxoris nostre; perpetuè possidendum, impedimento quolibet procul moto; adiecta tamen condicione tali, quod predicti fratres unum *altare* suis sumptibus *edificare* tenentur, super quod ad honorem dei & gloriose matris eius *Marie nostramque salutem*, dum commode fieri potest, *qualibet die sacra hostia immoletur.* Insuper cum salubre sit & utile pro defunctis *exorare*, uoluntatis nostre fuit, ut nobis in uita presenti non existentibus in *anniuersario die obitus* nostri de eisdem bonis per abbatem, qui pro tempore fuit, conuentui de una marca super consueta cibaria in communi refectorio seruiatur, ut fratrum oracionibus adiuti cicius ad celestia transeamus, ubi cibum, qui non perit, sed qui secundum euangelium permanet in eternum, sine fastidio mandicabimus cum electis. Ne autem alicui in posterum de huiusmodi donacione dubium ualeat suboriri, presentem literam, desuper confectam nostroque sigillo roboratam, prefatis fratribus contulimus bona fide. DATVM & ACTVM in *Hayn*, anno domini millesimo trecentesimo uicesimo nono, in octaua apostolorum, Petri & Pauli, presentibus his domino *Cunrado de Czirna*, domino *Opeczkone de Seydelicz, domino H. de Czirnen, domino Nicolai,* dicto *Hemgi Luppellone de Nuchtericz* & aliis pluribus fide dignis.

sub modis:

1) *aedificandi* altare,

2) *ibidem sacram* hostiam *immolandi,*

3) *peragendi* anniuersaria,

in salutem animae,

idque in die obitus.

Actum & datum 1324.

Testes.

DIPLO-

DIPLOMA LXXXIII.

Confirmatio donationis C. *marcarum*, monasterio *Grissouiensi* factae c I ɔ ccc XXVI.

I*N nomine domini*, *amen*. *Nos* BOLKO, dei gracia *dux* SLESIE, *dominus de* FVRSTINBERG & de SWYDNICZ, notum facimus uniuersis, presentem literam intuentibus, quod cum *pater noster karissimus*, *illustris princeps* BERNHARDVS, debitum carnis soluere deberet, domino sic uolente, in remedium & *salutem anime* sue & suorum progenitorum, *uiris religiosis dominis in* GRIZOVIA *centum marcas legauit* ac pro testamento dandas assignauit, *uolens* ibi *cum suis antecessoribus* & *pueris sepeliri*. Nos ergo illi, quem dileximus uiuentem, mortuo non minus uolentes ostendere signa dileccionis singularis; talem pecuniam, *centum marcas* uidelicet, cum non haberemus aliis debitis oneratam; ne huius testamenti per *patrem nostrum karissimum* facti impeditor esse uideremur, sed magis fidelis *amator* & *promotor* ipsius, *dominis in Grizouia* assignauimus de nostra bona uoluntate de maturo consilio matris nostre karissime, *domine & ducisse* CVNEGVNDIS & nostrorum fidelium *decem marcas* reddituum singulis annis in *uillis suis*, in KYCHENOW uidelicet & in QVOLISDORFF, de nostra *exaccione ducali* percipiendas & tollendas. In festo scilicet *Walpurgis quinque marcas* & in feste *S. Michaelis* tantum; que pecunia ipsis dominis & monachis per nostros notarios & officiales debet temporibus prenotatis, dum nostra exaccio conscribitur, presentari &, si quidquid residuum fuerit, pro nobis & nostro iudice curie reseruari. *Si* uero *bona* illa quocunque modo, quod absit, *destruerentur*,

BOLKO, D. Silesiae, *donationem* centum marcarum, *factam* Grissouiensi *conuentu a parente Bernhardo*,

confirmat censumque annuum, *tollendum ex uillis hic notatis*, assignat;

quod ipsi domini *de Grisonia* non possent sub forma denariorum percipere *summam prenotatam*; tunc in *annona exaccionis* uel *defectus monete* secundum estimacionem ipsis debet tribui integraliter & in toto. Quacunque uero dierum nos uel nostri posteri ipsis sepe dictis dominis de Grizouia *centum marcas* in parato *dederimus*; tunc prefata nostra *donacio est cassa & uana & minime* ualitura. Si eciam predicti aliquid percipient uel tollent domini, hoc ipsis in summa *centum marcarum* debet nullatenus *defalcari*. Nichilominus eciam iura nostra ducalia in illis prenotatis in *Rychenow* & in *Qualisdorff* pro nobis reseruamus. In cuius testimonio presentem literam nostro *sigillo* iussimus communiri. ACTVM & DATVM *Swydenicz*, anno domini MCCC uicesimo sexto, in die *sancte Lucie* uirginis, presentibus his *Gunczelino de Swyn*, *Apeczkone de Sylicz*, *Claus de Sylicz*, *Heynrico de Rydeburg*, *militibus nostris*, *Cunrado de Bezow*, *Tomkone de Micheuilla*, *Tammone de Sylicz*, *Wernhero de Panewicz*, nostris feodalibus, domino *Tyczkone*, nostro *notario* & aliis multis.

usque dum ipsa sors C. marcarum soluta.

Actum & Datum 1326.

Testes.

DIPLOMA LXXXIV.

Bolkonis, D. Silesiae, relaxatio seruitii dextrarialis & concessio iuris supremi, data monasterio *Griffouiensi* CIↃ CCC XXVI.

BOLKO, D. Silesiae,

IN *nomine domini, amen.* Placens deo sacra *fratrum ordinis Cisterciensis* religio, in qua summe maiestatis gloria & diuine frequentia laudis attollitur, principum & nobilium *excitat animum* & inducit, ut personas ordinis ipsius & lo-

ca fauore beneuolo profequentes,ad ea, que ipforum & *bonorum* refpiciunt & *commodum*, munificentie dexteram extendere debeant liberalem. Ea propter *nos* BOLKO, dei gracia *dux* SLESIE *&* *dominus de* FVRSTENBERG *&* *in* SWYDENICZ, nihil in huius uite ftadio iudicantes falubrius, quam diem ultionis extreme mifericordie operibus preuenire, ad uniuerforum noticiam uolumus publice peruenire, quod cum felicis memorie *genitor nofter carisfimus*, *inclitus uidelicet dux*, BERNHARDVS, debitum condicionis humane, uocante Deo, exfoluiffet, *nos*, licet in annis conftituti minoribus, bona tamen uoluntate deliberatoque animo illuftrium nichilominus principum, HEYNRICI & BOLKONIS *ducum Slefie*, *patruorum* noftrorum confilio informati, *religiofis uiris*, domino *abbati &* *conuentui monafterio in* GRIZOW *terciam partem unius dextrarii*, in quo nobis de bonis fuis in WIRBENA tenebantur feruire, uoluntarie relaxauimus & *pro remedio* & folacio *anime* patris noftri ceterorumque progenitorum noftrorum, qui in dicto monafterio funt *fepulti*, dictum & monafterium & conuentum in GRISSOW prefato feruicio perpetue *abfoluentes*, non obftante, fi dictum feruicium de noftro *regiftro feruiciorumque libro* abrafum fortaffe non fuerit uel deletum; ab omnibus quoque *feruiciis* aliis, fiue *iuribus ducalibus*, paruis & magnis, quibuscunque cenfeantur uocabulis, nobis exhibendis & impediendis, dicta bona *Wirbena* libera relinquimus, perpetuis temporibus & foluta. Infuper ut & ipfi fratres in *Griffow*, domino iugiter feruientes, noftri ac progenitorum noftrorum omnium in bono apud Deum memoriam facientes, pro noftre falutis augmento ftudeant deuocius & alacrius exorare,

iuuenilibus licet annis,

sed autoritate accedente sereniſſimorum cognatorum,

conuentui Griſſouienſi tertiam partem unius DEXTRARII *donat atque remittit.*

Regiſtrum, Ritter-Rolle.

Exemtio ab omnibus ſeruitiis & iure ducali.

Conceſſo inſuper iure & dominio ſupremo & infimo; omne *ius & dominium ſupremum* ſcilicet & *infimum magnum & paruum*, quod ad nos & noſtros heredes ac legittimos ſucceſſores de predictis bonis ipſorum in *Wirbena*, in preſenti pertinet uel pertinere poterit quodlibet in futurum de conſilio & bene placito *glorioſorum & principum* HEYNRICI & BOLKONIS, *ducum Sleſie patruorum noſtrorum* predictorum ipſius liberaliter *damus, conferimus & donamus* atque per preſentes *aſſcribimus* cum plenaria libertate ex ſpeciali denique noſtri fauoris gracia annuentes, quod pre-

Grangia; ſiue curia; facultate locandi bona aliis in cenſum perpetuum. fata *bona* ipſorum in WIRBENA, pro grangia ſeu curia, per ſe poſſideant atque colant, aut quod eadem bona in *perpetuum uel temporalem cenſum annonalem ſeu pecunialem* poſſint & debeant, prout eis utilius expedire uidebitur, abſque contradiccione & impedimento quorumlibet exponere uel *locare* & quod illi, quibus dicti *abbas & conuentus monaſterii in* GRISSOW ſepe dicta bona in *Wirbena* cum eorum pertinenciis & uſibus quibuscunque *locauerint* aut expoſuerint perpetue uel ad tempus; eadem, qua ipſe abbas & conuentus monaſterii ſepedicti libertate uſi ſunt & utuntur, gaudeant, gaudere & uti debeant ex noſtra munificencia ſingulari ſic, quod ipſi eciam *abbas & conuentus monaſterii* GRISSOVIENSIS memorati continere quoslibet iniuriatores, offenſores, moleſtatores & rebelles poſſint & debeant, ſi & quociens opus fuerit, in antea procedere eccleſiaſticam per cenſuram. Vt autem hec pia primariaque noſtra donacio *robur* obtineat perpetue *ualiturum*; preſens ſcriptum noſtri maioris *ſigilli* munimine ex certa noſtra ſciencia iuſſimus roborari.

Sigillum.

Actum & datum *Actum & datum* in caſtro Swydniczenſi, in vigilia Penthecoſtes ipſo anno migracionis a ſecu-

lo

lo patris noſtri, principis preclariſſimi, uidelicet ſub anno incarnacionis dominice M CCC uiceſimo ſexto, preſentibus noſtris fidelibus nobilibus infra ſcriptis, domino *Kyliano* de Hugwicz, *Hermanno* de Ronow; *Gunczelino* de Swyn, domino *Iuuene* de Czirna, *militibus*, item *Merbothone* de Hayn, *iudice curie noſtre*, *Cunrado* de Bezow, *Hermanno* de Sydlicz aliis pluribus, *datum* per manus domini Tyczkonis, *prothonotario* curie noſtre. 1326. *Teſtibus.*

DIPLOMA LXXXV.

BERNHARDVS, D. *Sileſiae, IV. manſos*, coenobii GRISSOVIENSIS, ſitos in *Bertoldisdorff* & *Stregow*, liberos edicit atque *immunes* a *ſeruiciis* CIↃ CCC XVII.

IN *nomine domini*, *amen*. Cum uita preſens certo ſubiaceat periculo, utile eſt, ut facta memoria digna literarum inſcriptionibus roborentur. Hinc eſt, quod nos BERNHARDVS, dei gracia *dux* SLESIE *& dominus de* FVRSTINBERG, ad uniuerſorum noticiam uolumus preſentibus publice deuenire, quod *deuoti & dilecti noſtri fratres in* GRIZOW a nobis humiliter petiuerunt, quatenus *duos manſos*, quos de noſtro conſenſu & fauore in *uilla* ipſorum BERTOLDISDORFF, ſuis pecuniis exemerunt, cum illis *duobus manſis*, quos eis HEYNRICVS FLECHSERVS, *ciuis in Stregow*, coram nobis, nomine ueri *teſtamenti*, dedit hereditarie poſſidendos, ſolita dignaremur clemencia *pro ſalute anime* noſtre, ab omnibus exaccionibus, grauaminibus & ſeruiciis nobis debitis *liberos* relinquere & ſolutos. *Nos* igitur attendentes, quod quicquid in opera pietatis impenditur, non mi-

BERNHARDVS, D. Sileſiae, *duobus* manſis *in* Bertoldisdorff; *quos* oneroſo; *& duobus* manſis *in* Stregow, *quos* lucratiuo *titulo acquiſiuit coenobium* Griſſouienſe,

nuitur, ſed donanti in premium reſeruatur, ſupradictorum fratrum in GRIZOW ſupplicacionibus graciosius inclinati ſupra nominatos *quatuor manſos*, ad inſtanciam *fratris noſtri kariſſimi incliti principis* domini BOLKONIS, ab omnibus *exaccionibus tam pecunialibus*, quam *annonalibꝰ, uecturis, araturis, grauaminibus* & ab omnibus *aliis ſeruiciis* a *iuribus* eciam *ducalibus*, quibuscunque cenſeantur nominibus, magnis & paruis nobis exhibendis ſolutos & *liberos* prefatis *fratribus* in GRIZOW, pure *propter deum*, *donamus*, *conferimus* & *aſſcribimus*, cum omni iure, dominio & libertate perpetue poſſidendos, ex ſpeciali eis gracia concedentes, quod eosdem *quatuor manſos* in *perpetuum* vel *temporalem cenſum* pecunie uel frumenti, ſi ipſorum hoc utilitas exegerit, poſſint & debeant exponere uel *locare*. Volumus nihilominus eos, quibus prefati manſi per eos dimiſſi fuerint & locati, eadem, qua ipſi *fratres in Grizow* uſi ſunt & utuntur libertate, gaudere de noſtri principatus munificencia ſingulari; hoc obſeruato, ut ſepe dicti fratres in GRIZOW *unam lampadem perpetue* & ſine intermiſſione *ardentem ſuper tumbam* kariſſimi principis noſtri, *illuſtriſſimi principis domini* BOLKONIS, *clare memorie*, de prouentibus predictorum manſorum *confouere* debeant perpetuis temporibus in futurum. Vnum inſuper ſeruicium cum pietanciis ſepe dictis fratribus in Grizow in ipſorum refectorio annis ſingulis in feſto aſſumpcionis glorioſe uirginis Marie, miniſtrari & fieri debet de prouentibus memoratis, ut ex hoc fratres predicti ad deuotum deo obſequium & iugem noſtri memoriam ſint feruencius inclinati. In cuius donacionis & libertatis certitudinem *ſigillum* noſtrum preſentibus eſt appenſum.

ad inſtantiam BOLKONIS, *tribuit manſos, immunitatem ab omnibus ſeruiciis;*

conceſſo pleno iure, dominio & poteſtate, illos locand. in cenſum.

Hoc tantum obſeruato: ut lampas ardens perpetue alatur & *celebrentur* anniuerſaria.

Actum

Actum & *datum* in *Landishutta*, anno domini MCCC XVII. in die Palmarum, presentibus his *Ruperto*, iudice curie nostre, *Iohanne de Czirna*, *Franczkone Schyndel*, *Rulkone Curdebug*, *Gunczlino de Hayn* & *Tyczkone*, *notario* nostro, qui presentes literas a nobis habuit in commissis. *Actum & datum 1317. Testibus.*

DIPLOMA LXXXVI.

Instrumentum contractus *emphyteutici*, initi inter SOBESLAVM & Bertoldum de uilla Raymundi, super uilla *Bertoldisdorff* CIↃ CC LXVIII.

IN *nomine domini*, *amen*. Nouerint uniuersi presentes & posteri, hanc literam inspecturi. Quod *ego* SOBESLAVS, *filius* BRESVMLI *comitis*, cum deliberacione bona & *consensu sororii* mei, GVNTHERI IVNIORIS de BEBIRSTEYN, BERTOLDO dicto POLONO, *de uilla Reimundi*, contuli uillam meam *Bertoldisdorff*, sitam circa *Palascowicz*, iure *theutonicali* populandam, addiciens eidem *Bertoldo* racione locacionis *nouum mansum* liberum *tercium denarium* de *iudicio* & omnia *iura scultecie* cum suis successoribus iure hereditario in perpetuum possidenda. Vt autem supra dicta *uilla* uberius *excolatur*, omnibus incolis eiusdem uille plenam dedi libertatis facultatem a festo beati Martini, proxime uenturo per tres annos, qua libertate euoluta unam eiusdem uille mihi de quolibet manso persoluent maldratam *triplicis annone*, scilicet *quatuor mensuras tritici*, *quatuor siliginis* & *quatuor auene* & dimidiam marcarum argenti, in tercio uero anno censum dabunt per medium & & nunquam ab ipsis aliqua decima requiretur. Volo eciam, ut pro ecclesia fabricanda liber mansus

SOBESLAVS, consensu sororii, confert iure Teutonici alii BERTOLDO *de uilla* REIMVNDI *uillam Bertoldisdorff & partem iudicii, cum scultecia;*

ut canonem annonalem soluat quotannis.

ſus & integer reſeruetur. In huius rei teſtimonium & uigorem perpetuum ſibi hanc literam *Sigilla.* *ſigillo* domini mei *Heynrici*, illuſtris *ducis Sleſie* & *ſigillo ſororii* mei, *Gintheri de Bebirſteyn* & *ſigillo* Actum & datum 1268. *meo* duxi roborandam. ACTVM & DATVM in *Reimundi* uilla, anno domini M CC LXVIII. Preſentibus his domino *Walthero*, plebano *de Rei-* *Teſtes.* *mundi uilla*, domino *Conrado de Czirnen*, domino *Ottone*, dicto *Kule*, *Theodorico Strowebir*, *Theodorico Polono* & aliis quam pluribus.

DIPLOMA LXXXVII.

Donatio uillae *Callndorff*, ab AGNETE, D. *Sileſiae*, facta coenobio *Griſſouienſi* CIↃ CC XCV.

AGNES, D. Sileſiae, *ad teſtandum* amorem *erga defunctum* maritum, IN *nomine domini*, *amen.* Ad perpetuum rei memoriam *nos* AGNES, dei gracia *ducıſſa* SLESIE, *domina de* FVRSTINBERG, in SWYDENICZ & in IAVR, notum facimus tenore preſencium uniuerſis, quod diligenti meditatione penſitantes dileccionis integre puritatem & plenam fidei conſtanciam, quibus clare memorie *illuſtris princeps, dominus* BOLKO, olym *dux Sleſie*, *dominus de Furſtinberg*, *in Swydenicz & Marchio Luſacie*, *conſors noſter cariſſimus*, *nos*, dum uiueret, proſequi eſt dignatus, cum nec talia ex corde noſtro poſſint excidere, quin, ut debemus ex debito, anime eius recompenſam debitam faciamus, non improuide neque per errorem, ſed deliberacione pre- *cum conſenſu ſuorum* uaſallorum, habita diligenti de conſilio beneplacito pariter & *conſenſu* expreſſo terre noſtre *nobilium*, *baronum*, *procerum*, *uaſallorum*, *ciuium ciuitatum* & locorum omnium noſtrorum fidelium, de certa noſtra ſciencia, de principali pietate & gracia munificencie

cencie specialis, in *remedium* & memoriam perpetuam predicti *consortis nostri* karissimi, nostre & progenitorum suorum omnium *animarum*, nomine & racione ueri legitimi & perpetui testamenti, assignamus, conferimus liberaliter & donamus auctoritate presencium uenerabilibus & religiosis uiris fratribus, *Nicolao*, dicto KISTENER, *abbati* moderno *Grissouiensis monasterii Cisterciensis ordinis*, *Wratislauiensis dyoces. Capellano nostro* precipuo & deuoto dilecto & eiusdem monasterii conuentui & ipsorum successoribus, nec non ipsi *Grissouiensi* monasterio. ubi prefatus consors noster karissimus corporaliter in domino requiescit, integram *uillam*, CALLNDORFF uulgariter nuncupatam, consistentem in nostro *Swydniczensi districtu Wratislau. dyoeces.* supra dicte, tenendam, habendam & liberaliter in perpetuum possidendam cum ipsius uille libero & pleno ducali dominio, supremo & infimo mero & mixto imperio ac aliis iuribus, iurisdiccionibus, iudiciis, supremis & infimis & iudiciorum supremorum & infimorum penis, multis & castigacionibus & signanter cum potestate plena & libera cognoscendi, iudicandi & sentenciandi ad *penam sanguinis*, uidelicet *capitis diminucionem*, uel *membrorum* trunccacionem, in quibuscunque causis, *criminalibus* uel eciam *ciuilibus*, magnis, maximis, mediocribus atque paruis, sanguinis penam, ut premittitur, uel *pecuniam* concernentibus qualemcunque, nec non cum *censibus hereditariis*, *pecunie*, *frumentorum bladorum* & *annonarum* cuiuslibet grani atque cum quibuscunque *exaccionibus*, *talliis*, *tributis*, *collectis*, *imposicionibus*, *solucionibus* & specialiter censu pecunie monetalis cum honoribus *honoranciis*, redditibus, fructibus, usibus, usufructibus, utilitatibus

in salutem animae ipsius, donat coenobio Grissouienti *uillam* CALNDORF, *cum dominio* ducali, *item* mero *& mixto imperio, ad poenam sanguinis, capitis plexionem;* mulcta; *censu, tum* annonali; *tum* pecuniali; talliis; honorancis;

tibus

tibus, prouentibus, obuencionibus & emolumentis, terris, agris, cultis & incultis, montibus, uallibus, planis, pratis, pascuis, rubetis, uirgultis, ortis & arboribus, edificiis & structuris, aquis aquarumue decursibus, piscaturis, hereditatibus, possessionibus & hereditatum possessoribus, incolis *sculteto*, *iudice* & rusticis, agriculturis, appendiis, appendiciis & aliis pertinenciis uniuersis & singulis, quibuscunque nominibus uel uocabulis, communibus uel singularibus possent quocunque ingenio uel uerborum expressionibus designari, nihil excepto penitus & excluso; ac ea liberalitate & *immunitate ducali* plenissima, qua predictus consors noster karissimus eandem *uillam Calndorff* emit, tenuit, antiquis temporibus habuit & eciam possedit, sicut eciam ad nos iure ducali & hereditario libere dinoscitur deuoluta & prout eciam in suis terris, *gadibus*, metis, *greniciis*, limitibus & circumferenciis circumquaque a bonis & uillis uicinis distincta est antiquitus & locata, transferentes auctoritate presenciam in uerum legitimum & perpetuum testamentum & nomine ueri legitimi & perpetui testamenti predictam uillam *Calndorff* cum uniuersis suis iuribus, dominiis & pertinenciis supradictis in abbatem, *conuentum & monasterium* memoratos, nihil nobis aut nostris successoribus ducibus *Swydniczensibus* aut terre ibidem dominis pro tempore existentibus iuris aut dominii in eis aut eorum aliquo penitus reseruato, constituentes nichilominus de potestate nostra ducali eosdem *abbatem*, *conuentum & monasterium* predicte uille & pertinenciarum suarum liberos absolutos & perpetuos possessores & dominos temporales; absoluimus insuper & *exigimus* in perpetuum per presentes auctoritate ducali pre-

rubetis; *sculteto*; *iudice*; *immunitate ducali*; *gadibus*; *greniciis*;

predicta de libertate & de noſtra certa ſciencia *uillam predictam Calndorff* cum uniuerſis ſuis pertinenciis ſupradictis ab omnibus & ſingulis oneribus, grauaminibus, ſtacionibus, *ſteuris*, uecturis, araturis, uexacionibus, impoſicionibus poenarum uel ſolucionibus & moleſtacionibus alterius cuiuscunque, *angariis* & *parangariis*, quibuscunque nominibus uocabulis aut uerborum expreſſionibus cenſeantur & ſpecialiter, quod ibidem in *Calndorf* ex nunc in antea nunquam aliquis *iudex curie noſtre* aut ſucceſſorum noſtrorum uel *alius* quicunque iudex hereditarius uel *prouincialis* ſeu *camerarius* cognoſcere ſentenciare uel iudicare *criminalem* uel *ciuilem* ſanguinis aut pecuniariam in predicta uilla aut infra limites pertinenciarum ſuarum debeant ullam cauſam magnam, mediocrem uel paruam, neque noſtri aut ſucceſſorum noſtrorum aucupatores, *uenatores*, *falkenarii* aut quicunque officiales alii uel moleſtatores quocunque cenſeantur nomine, debent accedere, agere uel facere ſtacionem in uilla predicta *Calndorf*, neque infra pertinenciarum ſuarum limites, ſed abbas, conuentus & monaſterium ſupra dicti predictam uillam *Calndorff* cum ſuis uniuerſis pertinenciis ſupradictis in omnibus libertatibus & immunitatibus, tanquam res mere *eccleſiaſticas*, libere in perpetuum poſſidebunt auctore domino pacifice & quiete. Quam eciam uillam *Calndorff* cum ipſius uniuerſis pertinenciis memoratis, tanquam res mere eccleſiaſticas, liberas & immunes ab omni poteſtate & *grauamine laycali*, *ducali* uel quacunque alia temporalis dominii ſeruitute abbati, conuentui & monaſterio ante dictis in perpetuum incorporamus, inuiſceramus, adiungimus & de certa noſtra ſciencia pre-

Exemtio a ſteuris; angariis; parangariis *& iudicio* prouinciali, *in cauſis tam* ciuilibus, *quam* criminalibus.

Immunitas a recipiendis Falkenariis, uenatoribus.

Inſtar rei eccleſiaſticae.

non obnoxiae grauaminibus laicalibus, *aut ſeruitutibus.*

presentibus, applicamus. Volentes ac eciam decernentes auctoritate presencium, quatenus predicta *uilla Callndorff* cum suis pertinenciis uniuersis, ut premittitur, & cum suis limitibus & terris memoratis potiri & gaudere debeant perpetua incolumi ecclesiastica libertate & nullo alio, quam *ecclesiastico iure* nunc & in futurum censeri, prouiso tum, quod *abbas & conuentus Griffouiensis* monasterii antedicti, qui sunt uel qui pro tempore fuerint, ex nunc in antea perpetuum, diebus singulis in *altari*, *ante sepulchrum* consortis nostri predicti constructo, *missam legere* debeant negligencia sine quauis & *cerium* super ipsius tumulum, quod sine intermissione *ardere* iugiter curabunt perpetuis temporibus affuturum, in anime dicti nostri consortis remedium salutare; ceterum diem *anniuersarii* prefati nostri consortis annis singulis in perpetuum cum uigiliis, missis & oracionibus defunctorum, iuxta ecclesie consuetudinem, sollempniter celebrabunt. Ita eciam quod abbas, qui pro tempore fuerit, cessante iusto impedimento aut si iuste impeditus fuerit, frater, uices tenens illius, ipso die anniuersarii summam missam pro defunctis sollempniter decantabit. Porro ut amplior omni modo nostri carissimi consortis sit memoria salutaris, tenebuntur abbas & conuentus predicti in quatuor anni temporibus singulis affuturis, uidelicet quarta uigilia & quinta feria subsequenti missam pro defunctis celebrare sollempniter & deuote; quam eciam missam abbas iusto impedimento cessante uel si impeditus fuerit, uices eius tenens, ut premittitur, decantabit. Vt autem ad deuotum dei obsequium & iugem nostri consortis memoriam fratres predicti conuentus sint feruencius inclinati, nostre inten-

Iure ecclesiastico.

Vt missa legatur, ardente *per totum tempus* lampade;

in salutem animae *mariti defuncti*, ANNIVERSARIVS *celebretur.*

Pro missa, quinquies *per annum* *celebrand.*,

intencionis & uoluntatis exiſtit, ut in die anniuerſarii ſupradicti & in diebus quatuor temporum uidelicet quinta feria, in qua celebranda eſt miſſa, ut predicitur, hoc erit annis ſingulis *quinquies*, pro qualibet uice *tres marcas greſſorum uſualium polonici pagamenti* in pecunia numerata de prouentibus uille *Calndorff* ſupradicte fratribus conuentus predicti pro *pietancia* ſpeciali abbas tenebitur erogare, ut in cibo & potu, preter uictum conſuetum, largius procurentur, nec uolumus pretextu huiusmodi ſuſtentacionem conſuetam minorari. In quorum omnium teſtimonium & euidenciam pleniorem preſentes ſcribi fecimus & ex certa ſciencia maioris noſtri ſigilli munimine roborari. ACTVM & DATVM in Swydenicz, proxima feria quarta poſt dominicam, qua in eccleſia dei Quaſi modo geniti decantatur, anno incarnacionis domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono. Preſentibus fidelibus nobilibus noſtris domino *Iohanne de Hakinborn*, *Heinkone de Redern*, *Gunczelino* & *Nicolao* fratribus dictis de *Swyn*, *Reinczkone*, *curie noſtre iudice*, dicto *Schaff*, *Nicolao de Czeysberg*, *Wythone Bohemo Iuniore*, militibus, *Han de Logow*, *Nicolao Bolcze*, magiſtro curie noſtre, *Petro de Czedlicz*, curie noſtre *prothonotario*, qui preſentes literas a nobis habuit in commiſſo.

honorarium ſoluatur trium marcarum.

Pietancia.

Actum & datum 1369.

Teſtibus.

DIPLOMA LXXXVIII.

Confirmatio Caeſarea *donationis* praecedentis CIↃ CCC LXIX.

KAROLVS *quartus*, diuina fauente clementia ROMANORVM *imperator*, *ſemper auguſtus &* BOHEMIE *rex*. Notum facimus tenore preſencium

CAROLI IV. *R. imperatoris*,

quo priuilegium AGNETIS, D. Silesiae, um uniuersis, quod accedens nostre mayestatis presenciam illustris AGNES, *ducissa Swydniczens.* *princeps & consanguinea nostra carissima*, quoddam nobis obtulit *priuilegium testamenti*, quod ipsa de communi omnium *terrigenarum* & ciuitatum Swydnicens. & Iaurensium ducatuum *consensu* & uoluntate recolende memorie, illustri quondam BOLKONI, duci Swydniczens. eius *marito* & ob ipsius *anime remedium* fecisse dinoscitur, supplicans nobis humiliter & deuote, quatenus una cum *illustri* WENCZESLAO, *Bohemie rege, filio nostro carissimo*, tanquam heredes & successores legitimi predictorum ducatuum huic testamento consensum adhibendo beneuolum, ipsum una cum prefato priuilegio desuper confecto *religiosis abbati & conuentui monasterii Griczouiensis approbare, ratificare & confirmare* graciosius dignaremur. Tenor uero predicti priuilegii sequitur in hec uerba: *In nomine domini &c.* (*uti in precedenti priuilegio*) *Nos* igitur qui uota quorumlibet iuste petencium semper graciose complectimur ob sinceri amoris *affectum*, quem ad supra dictum nostrum sororium, dum in humanis ageret, digne gessimus & ad ipsius anime salutem, gerere perpetuis temporibus affectamus, precibus prefate nostre consanguinee ipsius relicte benignius inclinati, huiusmodi testamento una cum WENCZESLAO, antedicto *nostro filio* consensum adhibendo beneuolum ipsum una cum priuilegio supra scripto & omnibus in eo contentis, in omnibus suis *sentenciis, tenoribus, articulis, punctis* & *clausulis*, prout de uerbo ad uerbum exprestantur superius, animo deliberato, non per errorem uel improuide: sed sano *principum, baronum & procerum consensu*, de certa sciencia, auctoritate regia

datum coenobio Grisouiensi,

tenore literarum;

cum filio WENCESLAO

& consensu procerum,

regia Bohemie, confirmamus & nos, WENCZESLAVS, prefatus dei gratia *Bohemie rex, marchio Brandenburgensis & Slesie dux*, de expresso & singulari prefati nostri genitoris & domini iussu & mandato, supradicta omnia & singula una cum ipso nostro genitore percarissimo *approbamus*, *ratificamus* & tenore presencium, de recta nostra sciencia & *regie potestatis plenitudine*, confirmamus, presencium sub imperialis nostri, KAROLI, prefati *imperatoris* & nostri, WENCZESLAI, predicti *regie mayestatis sigillorum* testimonio literarum DATVM Wratislauie, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono, indictione septima VII. Kal. Octobris, regnorum nostri Karoli prefati imperatoris anno uicesimo quarto, imperii uero quinto, decimo nostri uero Wenczeslai regis Bohemie, prefati anno regni septimo.

confirmat per omnia, ex plenitudine potestatis. Sub sigillis maiestatis. Datum 1369.

DIPLOMA LXXXIX.

Priuilegium exemtionis a iudicio prouinciali, concessae coenobio Grissouiensi CIↃ CCXCV.

Wir WENCZLAW, von Gotis Gnadin, *Römischer Konig, czu allin Geczeiten merer des Reichs und Konig czu Behmen*, bekennen und thun kunt offentlich mit dysen Briffe allen den, die en sehn odir herin lesin, daz wir durch besserunge und nuczzes willen des *Clostirs czu Griczow* Graens Ordens, gelegin in unserm Furstenthume und Lande czur *Swydnitz den geistlichen Apte unde Convent dessełbin Klostirs*, unsern liben andechtigen dyese besundere *Vryheyde* und *Gnade* getan habin, und tun en dy ston Koniclichir Mechte czu Behmen in Crafft diss Briffis, daz

WENCESLAVS, R. imperator, coenobium Grissouiense exemtum esse

keyn

keyn Landvoyte, noch *Landrichter* uff yren und yres Clostirs Gütern czu *Gerichte ſiczczen* odir obir yre Lute richten ſullin in keynen weyſs, ſundern ſy ſullin und mogin ſelbir Richter ſeczzin, dye alle und igliche Clage eygentlichen vorhörn und eyme iczlichen Clegir eynis volhommen Rechtin helfen ſullin, als das von aldirs herkommen und gehaldin iſt, und dorumme gebyten wir allin und iglichin unſern Undertanen und getreuen, die in unſern Fürſtintumen und Landen czu der *Swydnicz* und czum *Jawr* geleſſin ſint ernſtlichen und veſticlichen mit dyſem Briffe, daz ſy die egenanten *Apt* und *Convent* des Cloſtris czu Grizow an ſulchen Freyheiden und Gnadin nicht hindern noch irren in keynen weyſs, ſunder ſy dobey gerulichin bleibin laſſin. Und geby en ouch dem *Houbtmanne* und den *Hoferichter* czur *Swydnicz*, czum *Jawr* und czu *Richenbach*, unſſern liben getrewen, die nu ſeyn oder hernoch in czeyten werden, daz ſy den egenannten Apt und Convent bey ſulchin unſſern Gnaden und Friheyden von unſern wegin getrewlich handhabin, ſchuczczen und beſchirmen, und do by behaldin ſullin, alz ſy unſre *ſwer Ungnadin* vormeydin wöllin. Mit Urkunt dys brifes vorſygelt mit unſer *Könicglicher Mayeſtat Ingeſiegel. Gegebin* czu *Prage*, nachs Chriſts Geburt dryczenhundirt Jar und dornoch in dem funff und neunczigeſten Jare, der Metewochen nach ſand Petrus Tage, ad uincula, unſer Riche des *Bemiſchen* in dem dry und driſigeſten, und des *Romiſchen* in dem Sechs und ſczwengczigeſten Jaren.

[Margin notes: *nult a iu dicio* prouinciali. — *Vt hoc probe obſeruent* praefecti *ac iudices quicunque*, — *euitaturi* indignationem *ipſius grauiſſimam* — *Sigillum maieſtatis.* — Datum 1395.]

DIPLO-

DIPLOMA XC.

WENCESLAI, R. *imperatoris* interdictum ad *iudices prouinciales*, de *non* amplius *turbando* coenobium *Grissouiense* in rebus *iurudictionalibus* CIↃ CCC XCIX.

Wir WENCZLOW, von Gotis Gnadin ROMYSCHER *Konig*, *czu alltn czeytin Meerer des Riches und Konig czu* BEHMEN, empyten dem *edelen Benysch von* CVSSING Heuptmann, Janken von COTTYMVZ, Unter-Heuptmann, den *Hoffrichtern*, *Mannen* und *Stettin* unser Fürstinthumen und Lande czur *Swydnicz*, czum *Jauer*, czu *Richenbach* und czur *Strygow* und allen andirn unser Undertanen und Getrawen, dy das beruren mag, unser Gnade und alles Gut. Liben Getrawen, wir habin vornomen, wie daz ir dy geistlichen *Abt und Convent des Clostirs zu Grizow graes Ordens* unsere libin andachtigen an yren Rechtin, *Freyheiden* und aldin *Gewonheyden*, mit Namen: daz kein Lantvogete noch Lantrichter uf yren und yrs Klostirs Guten zu Gerichte sizzen oder obir yre Lute richten sullin, sundir daz sy selbir richtere sezzen mogen, dy alle und iglicheKlage eygentlich verhoren und eynen yglichen Kleger synes vollkommen Rechten helffen sullin, alz das von *Aldies herkommen und gehaldin ist*; *hyndert und yrret*, und sy der nicht gebruchen læsset wieder solche unsere Mayestat briffe, dy wir en ouch vormals der obir gegeben habin. Do von so *gebyten wir euch* allen und enir iglichen sonderlichen *ernstlichen* und vestiglichen mit dysem Brife, daz ir die egenanntenAbt und Convent zu Grizow an den egenanten *Rechtin*, *Freyheiden*, *Gnaden* und unsern

WENCESLAVS R. imperator rescribit: *Mannen*, i. e. uasallis, coenobium *Grissouiense* conqueri de *attentatis non competentium* iudicum; cum ipse *abbas* sit *iudex* in sua *corte*, prorsus a *prouincialibus* iudiciis exempta. Inde *interdictum* de non amplius turbando.

unsern Brife *nicht hindert* noch irret in keynen weys; Sundir sy do bey, noch unser Brife laute und aldie Gewonheyten, gerulichen blibin lasset und auch dobey von unser wegin getrewlich hanthabet, schuzzet und schirmet, als libe cuch sye unsere swere Ungnade zu vormeyden. Gegebin zu Prage, des Montagis nach synten Iacob Tage unser Riche des Bemischen in dem acht und drysigesten und des Romischen in dem siban und zwengczigesten Jaren.

DATVM 1399.

DIPLOMA XCI.

Formula donationis mansorum *censualium*, factae coenobio *Grisouiensi* a BOLKONE, D. *Silesiae* CIↃ CC XXII.

IN *nomine domini, amen.* Quoniam iustus in morte sua sperat, sicut vox diuina sonat. *Nos* BOLKO, Dei gracia *dux* SLESIE & *dominus de* FVRSTINBERG, ut fructum tam beate spei consequi ualeamus, iusticie operibus insistentes, huius scripti tenore omnibus notum esse uolumus. Quod *claustro sancte Marie uirginis* communi ligwagio *Griczow* dicto amplius ex debito fundacionis uenire prospicientes, quandam *donationem* eidem claustro per nos in ordeo iam dudum *factam* in locis cercioribus *in melius commutamus*. Praefato itaque claustro & fratribus, ibidem Deo famulantibus, quaedam bona uidelicet *octo mansos* circa antiquam ciuitatem *Furstenow*, de pascuis ibidem per nos nouiter locatis *octo marcas usualis numismatis* annis singulis in festo beati *Michaelis* soluentes, conferimus ad perpetuitatem possidendos. Item in *Villa* GRODIS circa *Swidnicz duos man-*

BOLKO, D. *Silesiae*

(*ligwagium pro lingua*) coenobio Grissouiensi

mansos censuales, in *Furstenow*;

Grodis;

mansos, duos malderatas ordei soluentes. Item in PFAFFINDORFF *tres mansos, tres malderatas ordei* preter duas mensuras soluentes, quas uidelicet pretaxatas *malderatas* siuguli debitores in singulis uillis sibi uicissim succedentes, in GRODIS scilicet & in PFAFFINDORFF, omni *exaccione ducali submota*, iam dicto Claustro annis singulis in festo beati *Martini* propriis eciam uecturis in suum granarium ineuitabiliter presentabunt; supradicta itaque bona in FVRSTENOW in GRODIS & in PFFAFFINDORFF ita plene & ex omni cordis nostri premeditata dileccione conferimus omni iure, libertate & dominio, tanquam bona *feodalia* perpetue possidenda adiungentes; quod si aliquid in ea processu temqoris domino Deo opitulante accreuerit, hoc totum cedet & cedere debet fratrum nostrorum karissimorum usibus predictorum. Item prefato Claustro & fratribus ibidem Deo seruientibus *Villam nostram Schreyberdorff* uulgariter nuncupatam circa *Schwidnicz* sitam singulis annis in festo beati *Michaelis* *octo marcas & nouem scotos currentis monete* censualiter soluentem cum omni iure libertate, dominio ac omni alia utilitate in ea ad nos pertinente absolute & liberaliter damus & conferimus in perpetuum possidendam nihil nobis inibi reseruantes. In huius commutacionis robur perpetue ualiturum presentem Kartham sigillo nostro uolumus communiri. ACTA sunt hec in *Kanth* in die sancte Elizabeth Anno Domini M. ducentesimo nonagesimo octauo presentibus hiis, uidelicet: Domino LVDWICO de HACKENBORN, IWANO *iudice Curie nostrae, Ottone de* SYCZEN, *Teynczkome* de SWENKINVELT, *Conrado de* BRVNOW, *Hermanno* & *Ioanne* fratribus dictis PESCHAN, sed & aliis pluribus fide dignis.

Pfaffindorf; exemtos a iure ducali;

confert in *feodum*.

Praeterea donat census in uilla SCHREYBERDORF.

ACTVM 1292.

 Datum

Datum. Datum in *Kanth* per manus SYFFRIDI *Prottonotarii* noſtri.

DIPLOMA XCII.

BOLKONIS Confirmatio generalis omnium priuilegiorum, quibus gaudet coenobium *Griſſouienſe* CIↃ CCC LII.

BOLKO, D. *Sileſiae*, praemiſſo prooemio, teſtatur: ſe *imitatorem* maiorum ſuorum, pro ſalute animarum, de coenobio *Griſſouienſi* uelle bene mereri. Inde *confirmatio* omnium *priuilegiorum*.

IN *nomine domini amen. Nos* BOLKO, Dei gratia *dux* SLESIE *dominus de* FVRSTINBERG & *in* SWYDNICZ deuocius attendentes, *nos* per hoc gratum altiſſimo preſtare obſequium ac noſtre praecurare ſalutis profectum, ſi loca religioſa in quibus nomen Domini piis iugiter ueneratur obſequiis ampliare & ab imminentibus ſathagimus contrariis preuenire; hac meditacione commoniti, *notum facimus* uniuerſis. Quod cum *illuſtris princeps*, dux BOLKO preclare memorie *auus* noſter *fundatos Monaſterii Gracie ſancte Marie, quod Griſſow* uulgariter nominatur, *ordinis Ciſtercienſis* noſtro domino dictum monaſterium *Griſſow* ſpeciali fauore & ſingulari ueneracionis affectu ipſumque preciaris ac dignis ſit beneficiorum muneribus proſecutus. Nos quoque ad pii *patris* anhelantes praepoſitum eiusque ſequi ueſtigia cupientes ab animarum dicti aui noſtri ceterorumque progenitorum noſtrorum uenerande recordacionis remedium & ſalutem proprieque ſalutis augmentum iuſtis & racionalibus domini Abbatis & Conuentus dicti monaſterii Griſſow ſupplicacionibus fauorabiliter annuentes & futuris ipſorum incommodis atque calumpniis occurrere affectantes, *uniuerſas & ſingulas donaciones teſtamentarias* ſupra dicti domini ducis *Bolkonis*, aui noſtri

noſtri kariſſimi, dum uiueret, nec non felicis memorie Illuſtrium principum Progenitorum noſtrorum, quas dicto Monaſterio Grizow literis ſuis autenticis aſſcripſerunt & omnia & ſingula, in quibus cunque rebus exiſtant & quibus nominibus appellentur, queue ex litteris omnium progenitorum noſtrorum, & generaliter aliarum quarumlibet & qualiumcunque perſonarum cuiuscunque condicionis aut ſtatus, exiſtant potuerit approbari; ex certa ſcientia *approbamus*, *ratificamus*, *innouamus* & tanquam per nos facta & a nobis procedencia noſtro ac ſucceſſorum noſtrorum nomine *confirmamus*, promittentes bona noſtra fide & ſine omni dolo dominum Abbatem & Conuentum monaſterii *Griczow*, qui ſunt & qui pro tempore perpetuo fuerint penes uniuerſos & ſingulos tenores omnium literarum ſuarum, ut premittitur, in omnibus clauſulis & ſentenciis earundem de uerbo ad uerbum, prout ſcripte ſunt, manutenere, defenſare pariter & tueri neque ipſos aut ſucceſſores eorum aduerſus earum continenciam aut contra preſentis noſtre ratificationis ſeriem ullatenus moleſtare aut inquietare permittere, uel per quemuis alium impediri. Decernentes preſentem noſtre ratificationis & approbacionis literam tanti uigoris, efficacie & ualoris ſeu uirtutis exiſtere, ut coram nobis & uniuerſis Officialibus iudicariis ſeu noſtris iudicibus quibuscunque, nec non in heredum aut ſucceſſorum noſtrorum preſencia, in iudicio & extra iudicium, quum & quocies oſtenſa fuerit, tantum ualeat, ac ſi uniuerſa originalia in figuris & ſcripturis ſuis propriis uiderentur. ACTVM & DATVM in *Griczow* ſub anno incarnacionis domini Chriſti ccc quinquageſimo ſecundo in die ſancti BARNABE Apoſtoli preſentibus noſtris fi-

addita ſanctione poenali.

ACTVM & DATVM 1352.

delibus Kekelone de CZIRNEN, *Vlrico* & *Reinczkone* fratribus dictis SCHOFF, *Conrade* de *Czirne* militibus *Luppoldo* de VCHKRICZ, *Nicolao* de SYFRIDOW, *Petro* de CZERLICZ, Prothonotario nostro, qui presencia habuit in commissa.

DIPLOMA XCIII.

Instrumentum compositionis amicabilis de iure *piscandi* in fluuio *Zedir*, magnopere adhuc disceptato CIↃ CCC XCIX.

Benischius ALVSSNIG, testatur: coenobium *Grissouiense* & ciuitatem *Landisbusensem*, transegisse de caussis, inter se *controuersis*. *Brach.* *Czweung.*

WIr *Benisch* von LVSSNIG, *von Koniclicher Macht czu* BEHMEN *Heuptmann in Furstintumen Swydnicz* und *Jawr* bekennen uffentlich mit dysem Brife allin den, dyen sehen odir herin Lesin; Dacz vor uns kommen seynt der *Erwirdige*, *der Apt von* GRITZOW von synen und von des ganzin Convents und Clostirs wegin zu *Grissow* an eynem teyle, und den vorsichtigen und Wysen *dy Ratmanne und Geswornen czur Landishute* von yren und der ganczin Gemeynne wegin daselbinst an dem andern teyle und habin sich recht und redelich vorrechtet und gutlich entscheyden und alle *Broche* und *Czweunge*, dy sy keyin den andirn gehabt habin, von dess Wassirs wegin czisschen, dem Closter Grissow und der Stad *Landishute*, das da genant ist der *Czedir:* in sulchie masse, daz dy *Ratmanne und dy Stad czur Landisbute* und ihre Nachkommen an demselbin Wassir alzo vere, alz is fleuset und gehet, uf des egenanten Clostirs Gute und Gebyte. Und vornemlich bicz durch das Dorff dacz auch *Czedir* genant ist, keyn Recht habin sullin. Und alz

daz

daz nymant uczder Stad *Landishute* dorynne *vyschen* sal, sundern daz der Apt und Convent des egenanten Clostirs czu *Grissow* dasselbe Wassir habin, haldin und genyessen sullin, und noch der aldin Brife lawt, dy vormals dariber geschrebin synt, gemachsam und ewiclichen besiczczen von den obgenanntin Ratmannen und der Stad czur *Landishute* und von allir mennegleyche ungehindert. Sulchin Entscheydunge und Verrichtunge und alles das obin geschribin steht, habe wir von koniclicher Machte von Behmen Stete und gancz, und bestetigen daz och mit Craft diz Brifes der czwischen vorsigelt ist mit unsirs Herrin des Koniges anhangenden *Ingesygel* daz wir von synen wegin alz eyn Heuptmann in den vorgenantin Furstintumen obir *Lehn und Sachen* gebruchen; *Geschehen* und *gegebin* czur Swydnicz, Christs Geburt dryczenhundert Jar, dornoch in dem newn und newnczigsten Jare des Montags an synte *Egidii* Tage dobey synt gewest die edlen Herr *Ulrich* SCHAFF Pfaffe genant, Herr *Nikel* FRISE Ritter *Goczcze* SCHAFF, *Janko von* CHOTIMICZ Undirheuptmann czur *Swydnicz*, und Herr *Johannes* KOLMAS Pfarherr czur *Swydnitz* der dysen kegenwertigen Brief gehabt hat in Bevelunge.

Ius piscandi sit solius coenobii.

Sigillum feudale.

ACTVM & DATVM 1399.

DIPLOMA XCIV.

Donatio bonorum *Heydensium*, facta nobili de *Rusius* a BEATRICE, D. *Silesiae* CIↃ CCC VIII.

IN *nomine domini amen.* Ab humana memoria multa elabuntur nisi testimonio iterarum uel scripture memoria aut uoce testium eternen-

BEATRIX D. *Silesiae*, in remunerationem *fidelissimorum* seruitiorum nobili de RVSIVS uillam *Heydam* donat & confert iure hereditario.

tur. Hinc est quod *nos* BEATRIX Dei gratia *ducissa* SLESIE & *Domino de* FVRSTINBERG ad noticiam singulorum presentem paginum intuencium publice cupimus peruenire: quod nos propter fidelissima nec non grauia seruicia, que nobis *Ticzko* de RVSIVS fecit & exhibuit, sibi omnia bona nostra in *Villa, dicta* HEYDA, circa *Strigouiam* nostris denariis rite & racionabiliter *empta* & comparata dedimus, *donauimus* & contulimus pleno iure dominii, sicut per nos sunt & fuerunt hactenus possidenda & possessa, sibi & suis legitimis successoribus iure hereditario possidenda. Ne igitur aliquis in posterum possit uel ualeat nostram donacionem in his bonis irritare uel impedire, presentem literam munimine nostri sigilli iussimus roborare. ACTVM & DATVM in *Kanth* anno domini MCCC octauo XV. Kalend. Presentibus nostris fidelibus Domino *Ticzkome* de OSTICZRA HELWICO & PECZOLDO, *Cappellanis* nostris, HEYNRICO, nostre *Camere Magistro*, *Hermanno*, *dicto Rofs*, *Conrado* SEYMEL, ciuibus nostris de *Stregouia*, *Helwico Conrado* MOYGES & aliis multis fide dignis.

Datum 1308.

Testes.

FINIS.

INDEX

INDEX I.

TOMIS V. ET VI. COMMVNIS, NOMINVM, LOCORVM FAMILIARVMQVE.

Boluze

de

Cala-

de *Gi-*

de

Kopal

Ladvvii

Line-

Lu-

Mecheln

de *Monte*

Parisiae

de

de

Sattir-

de *Se-*

Slicina

Sticnixia

Svveide-

Treut-

Vasconia

Zvveczen

INDEX II. RERVM TOMIS V. ET VI. COMMVNIS.

Autben-

Bot-

Carolus V.

Excom-

Falfis

For-

Prin-

uus

FINIS.

